

Casa 11
Gab. 31
Est. 15
Tab. 15
N.º

M4-2

D - P 44 - 2

H
D
21
17

Sala 26
Gab. 15
Est. 3
Tab. 3
N.º

Francisco Antonio Marquez Giraldez de los Rios

Dep. = J = 11

H
D
21
17

Dep. = J = 11

S
G
E
I
N

THOMÆ
VALASCI
J. C.
LUSITANI.

as
al
st
ab
°

THOMAS
WALSH
J.C.
LUSITANIA

THOMÆ
VALASCI

J. C.

LUSITANI,

ET IN CURIA PORTUENSI ADVOCATI
celeberrimi,

ALLEGATIONES

SUPER VARIAS MATERIAS,
OPUS OMNIBUS JURIS PONTIFICII, ET CÆSAREI
Professoribus, Judicibus, & Advocatis utile, & necessarium.

EDITIO TERTIA,

A MENDIS QUIBUS PRIORES SCATEBANT, EXPURGATA,
& duobus Indicibus, uno allegationum, altero rerum locupletata.



Jos. de Castro

CONIMBRICÆ:

Apud LUDOVICUM SECCO FERREIR

M.DCC.XXXI.

Cum facultate Superiorum.

Impresso à sua custa.

Livr. 2.ª R. Coll. da Militar



THOMAS
VALASCI

LUSTITIA

RT IN CURIA FOR TUE NSI ADVOCATI
colpitioni

ALLEGATIONES

SUPER VARIAS MATRIAS
OPUS ONIVS ILLI BONIFICII ET DESARII
Hoc opus, quod in auctoritate & necessitate

EDITIO TERTIA

N. M. DE V. QUART. ANTON. J. G. W. P. R. N. W. B. U. R. G. I. A.
C. G. W. P. R. N. W. B. U. R. G. I. A. C. G. W. P. R. N. W. B. U. R. G. I. A.



Handwritten signature or scribble in the left margin.

COMIMBRICAE

Apud LUDOVICUM SECCO FERREIRAM Anno Dni
MDCCLXXI

Cum facultate superiorum.
Impresso a J. S. Costa

Handwritten notes or signatures at the bottom of the page.

INDEX ALLEGATIONUM,

Quæ in hoc Tomo continentur.

Allegatio 1. De definitione Ordinis
pag. 1.

Alleg. 2. Ordo est unum de septem
Sacramentis, p. 2.

Alleg. 3. Quid significet hoc nomen Cleri-
cus, p. 4.

Alleg. 4. Quo tempore possint dari, & conferri
prima tonsura, & minores Ordines. p. 6.

Alleg. 5. A quo accipiendi sunt prima tonsu-
ra, & Ordines. p. 7.

Alleg. 6. An Ordo Clericalis nobilitet. p. 16.

Alleg. 7. Qua ætate quis possit obtinere Or-
dines, & beneficium. p. 21.

Alleg. 8. An sufficiat annum 14. attigisse, ut
possit beneficium obtinere, an requiratur
quod sit completus, p. 22.

Alleg. 9. Circa Ordines nihil est immutatum
per decretum Concilii. p. 27.

Alleg. 10. Ante Concilium omnis Clericus
etiam primæ tonsuræ gaudebat privilegio
fori, post Concilium autem alia requirun-
tur, ut Clericus in minoribus illo uti possit.
p. 32.

Alleg. 11. Quales debent esse vestes Clerica-
les, & qualis debet esse coronæ modus.
p. 34.

Alleg. 12. Quod Clerici scribantur in matri-
cula, & an possit Episcopus semel deputa-
tum servitio alicujus certæ Ecclesiæ in ali-
am mutare. p. 36.

Alleg. 13. Quæ requirantur de jure Lusita-
no, & Castellæ, ut Clerici in minoribus
fori privilegio utantur, & in ea multa alia
tractantur. p. 39.

Alleg. 14. quæ requirantur post Concilium,
ut Clerici in minoribus fori privilegio
fruantur. p. 74.

Alleg. 15. Clerici in minoribus gaudent pri-
vilegio fori in causis criminalibus, sive cri-
minaliter, sive civiliter intententur, & in
ea traduntur multa. p. 78.

Alleg. 16. Quod non possint Clerici reconve-
niri, sive reconventio intentetur crimina-
liter, sive civiliter. pag. 84.

Alleg. 17. An gaudeat privilegio fori, qui
post delictum commissum ordines suscepe-
rit. p. 86.

Alleg. 18. An complices delicti cum Clerico

gaudeant privilegio ejusdem fori, vel de-
beant dividi. p. 89.

Alleg. 19. Qualiter se judex sæcularis debet
habere in remissione Clerici ad judicem
Ecclesiasticum, p. 91.

Alleg. 20. An filiusfamilias Clericus possit
stare in judicio sine patris consensu. p. 96.

Alleg. 21. Clericus provocans ad Ordines
solvit expensas, & incurrit alias pœnas de
jure Regni Lusitani, & quid de jure Castel-
læ. p. 99.

Alleg. 22. Omnis homo præsumitur laicus,
& qui se Clericum dicit, ut remittatur, &
gaudeat privilegiis Clericalibus, debet hoc
probare, & quibus modis probandus est
Clericatus, ubi multa de materia tractan-
tur. p. 105.

Alleg. 23. An Clericus, qui post remissionem
ad judicium Ecclesiasticum se fecit biga-
mum, vel habitum, & tonsuram deposuit,
privilegium fori amittat, & possit judex
sæcularis cognitionem reassumere de illo
crimine pro quo fuit remissus. p. 109.

Alleg. 24. An Clericus possit uti privilegio
fori, licet se condemnari patiat per judi-
cem sæcularem, & an solvat expensas. p. 110.

Alleg. 25. An Clerici in minoribus pro debi-
tis civilibus possint carcerari, vel pro de-
bitis criminalibus, & in quibus casibus pos-
sunt Clerici capi. p. 111.

Alleg. 26. An possint Clerici officium Tabel-
lionis exercere. p. 113.

Alleg. 27. An Clerici possint in causis advo-
care, vel procurare. p. 115.

Alleg. 28. An & quando Clerici habeant im-
munitatem, ne cogantur solvere Regiæ
tributa. p. 117.

Alleg. 29. An Clericatus liberet filium à pa-
tria potestate, ubi multa alia tractantur.
p. 126.

Alleg. 30. An Clericus faciens testamentum
teneatur observare solemnitates juris civi-
lis. p. 147.

Alleg. 31. An Clerici possint esse venatores,
& de variis venationum speciebus. p. 148.

Alleg. 32. An Clericatus impediat Clericum
succedere in bonis Regiæ Coronæ. p. 150.

Alleg. 33. An Clericus accipiens heredita-
tem

INDEX

- tem, vel legatum sub tacita fide de restituendo incapaci, perdat illud, & cui fisco fit applicandum. p. 153.
- Alleg.* 34. De concubinis Clericorum, & an puniantur etiam concubinæ Clericorum in minoribus. p. 156.
- Alleg.* 35. Quod nullus possit ad Ordines sacros promoveri, nisi vel beneficium habeat pacificum sufficiens ad sustentationem, vel patrimonium, vel pensionem, quæ sufficiat ad sustentationem. p. 158.
- Alleg.* 36. Clericus in minoribus an teneatur dicere horas Canonicas. p. 160.
- Alleg.* 37. Quando Clericus moritur nullo relicto hærede ex testamento, vel ab intestato usque ad decimum gradum, quis ei succedat. *Ibid.*
- Alleg.* 38. An Clericus in minoribus possit esse Vicarius Episcopi. p. 163.
- Alleg.* 39. De Clericis conjugatis, quando fruuntur privilegio Clericali. p. 164.
- Alleg.* 40. An Clerici Possint uxorem ducere, & an ducendo perdant beneficia, & pensiones Ecclesiasticas. p. 165.
- Alleg.* 41. Clerici in minoribus, ut fruuntur privilegiis Clericalibus, debent esse conjugati cum unica, & virgine, & de bigamis. p. 168.
- Alleg.* 42. Clerici conjugati, ut fruuntur privilegio Clericali, debent portare coronam, & vestes. p. 174.
- Alleg.* 43. Clerici conjugati, qui cum unica, & virgine contraxerunt, habent duo privilegia, fori, & canonis. pag. 175.
- Alleg.* 44. Clerici conjugati, ut fruuntur privilegiis Clericalibus, ultra quod sint conjugati cum unica, & virgine, debent portare habitum, & tonsuram, & observare alia requisita Concilii, & an competant eorum uxoribus. p. 176.
- Alleg.* 45. De objectionibus quæ possunt allegari contra exceptiones Ordinis, quas Clerici in minoribus faciunt, ut remittantur. p. 180.
- Alleg.* 46. Agitur de reprobanda decisione Cabed. in 1. part. p. 185.
- Alleg.* 47. Quod extra duos casus fori, & Canonis, in cæteris Clericus in minoribus conjugatus, ut laicus censetur, ubi multa traduntur. p. 191.
- Alleg.* 48. An Clerici conjugati possint pro debitis carcerari, & uti beneficio, c. Odoardi de solut. p. 196.
- Alleg.* 49. An Clericus in minoribus conjugatus possit beneficium Ecclesiasticum habere. p. 197.
- Alleg.* 50. An Clerici, vel Ecclesiæ possint cogi per iudices sæculares reparare ædes, quas habent in civitate ruinam minantes, ne ex eo defectu publicus aspectus deformetur. p. 198.
- Alleg.* 51. In casibus, in quibus Clerici in minoribus amittunt privilegium Clericale, & veniunt ultimo supplicio puniendi, non est necessaria degradatio, nec est moribus recepta in Lul. tamen in aliquibus casibus requiritur degradatio. *Ibid.*
- Alleg.* 52. An text. in Auth. de sanctissimis Episcopis. §. sed & hoc præsentis, collat. 9. procedat in Clericis in minoribus. p. 199.
- Alleg.* 53. An appellatio interposita de remissione Clerici ad Ordines ad iudicem Ecclesiasticum, pertineat ad iudicem Regiæ Coronæ, an ad Auditores criminales. p. 201.
- Alleg.* 54. An percutiens Clericum incurrat excommunicationem Canonis, & quando. p. 203.
- Alleg.* 55. An Clerici possint laicos, qui sibi injurias fecerunt, accusare coram iudice Ecclesiastico, & an idem competat Clericis in minoribus. p. 204.
- Alleg.* 56. De consuetudine reprobata per Concil. & de privilegiis in contrarium sublati. p. 206.
- Alleg.* 57. An filiusfamilias possit esse fideiussor, & qualiter conveniatur, & de cautela. p. 209.
- Alleg.* 58. An interdictum, unde, intentetur post annum, & tractantur alia multa utilia. p. 210.
- Alleg.* 59. An filius, in quem mater donavit maioratum in vita, quem possidebat, & ad quem per ejus mortem pertinebat teneatur conferre, vel imputare fructus, quos percepit viva matre. p. 215.
- Alleg.* 60. An semel accusatus de crimine possit rursus de eo accusari, sic jubente Rege, cum clausula non obstante sententia. p. 217.
- Alleg.* 61. An nominatis emphyteusis facta in testamento, quod annullatur ob filii præteritionem, valeat, vel annulletur, stante Ord. Lusit. p. 219.
- Alleg.* 62. De quodam navigio Gallico, quod ad portum Larache merces prohibitas asportavit, & dum rediret, captum fuit per quendam Capitaneum Catholici Regis Hispanii, an foret confiscandum, & quid fuerit iudicatum. p. 225.
- Alleg.* 63. An parentes possint conveniri, ut bonorum quæ asserunt, fiat maioratus pro primogenito nascituro in præjudicium aliorum filiorum, si qui supernascentur, an sustineatur in tertio. p. 230.
- Alleg.* 64. An maritus possit persequi injuriam factam uxori, & an uxor injuriam sibi factam persequens, debet habere licentiam

ALLEGATIONUM.

- mariti & an maritus possit remittere injuriam factam uxori. p. 231.
- Alleg.* 65. De viduis, pupillis, personis miserabilibus quando possunt trahere suos adversarios ad Curiam, ubi multa tractantur. p. 234.
- Alleg.* 66. De Monasteriis, an possint trahere suos adversarios ad Curiam. p. 243.
- Alleg.* 67. De chartis securitatis, vulgo, cartas de seguro, quas assumunt delinquentes, ut possint de criminibus objectis, pro quibus pronuntiati sunt ad capturam, in judicio se defendere, & quando possint valere, & de defensionibus, & tractantur alia multa. p. 246.
- Alleg.* 68. An possit quis facere testamentum ad pias causas sine testibus, & animam suam instituere, & dandus sit curator bonis, p. 254.
- Alleg.* 69. Quando Metropolis fuit recusatus à suo suffraganeo, & ei fuit judicatus suspectus appellationes ad eum pertinentes, an debeant interponi ad eum, ut assumantur arbitri, an debeant interponi ad Sedem Apost. p. 260.
- Alleg.* 70. An in casibus visitationis, & correctionis possit Episcopus recusari, & quatenus operetur recusatio in illis casibus. p. 262.
- Alleg.* 71. An iudex recusatus teneatur super suspicionibus turpibus, vel crimina continentibus sibi objectis, depositionem suam exhibere. p. 265.
- Alleg.* 72. Agitur de Ord. lib. 3. tit. 45. in antiq. & tit. 59. in novis, in qua multa utilia tractantur. p. 267.
- Alleg.* 73. An legata relicta in testamento solemniter possint adimi alia voluntate minus solemniter, & an fiat ipso jure, vel ope exceptionis, & an sufficiant duo testes ad probandam exceptionem. p. 288.
- Alleg.* 74. An possit Episcopus Portugal. presentare fabricatorem sepulturam, an Thesaurarius Sedis Portug. & an fecerit attentatum. p. 290.
- Alleg.* 75. De restitutione spoliis faciendis, antequam spoliatus teneatur respondere: an pendente spolio super decimis possit tertius se opponere, & an cognitio oppositionis tangentis jus sit remittenda ad iudicem Ecclesiasticum. p. 291.
- Alleg.* 76. In qua agitur de Ord. lib. 3. tit. 16. in antiq. & tit. 25. in nov. & de aliis legibus circa obligationes ex scripturis publicis, vel privatis, & qualiter sit in illis procedendum. p. 294.
- Alleg.* 77. Circa regul. Cancell. 1. 2. 3. 4. & 5. circa decimas. p. 309.
- Alleg.* 78. In qua agitur de regul. Cancell. 6. p. 312.
- Alleg.* 79. In qua agitur de regul. Cancell. 7. *Ibid.*
- Alleg.* 80. In qua agitur de reg. 8. p. 315.
- Alleg.* 81. In qua agitur de reg. 9. & 10. Cancell. p. 316.
- Alleg.* 82. In qua agitur de regul. 11. & 12. p. 318.
- Alleg.* 83. In qua agitur de regul. 13. & 14. p. 320.
- Alleg.* 84. In qua agitur de regul. 15. & 16. p. 321.
- Alleg.* 85. In qua agitur de regul. 17. & 18. p. 323.
- Alleg.* 86. In qua agitur de reg. 19. p. 326.
- Alleg.* 87. In qua agitur de reg. 20. p. 328.
- Alleg.* 88. In qua agitur de reg. 22. p. 330.
- Alleg.* 89. In qua agitur de reg. 23. p. 333.
- Alleg.* 90. In qua agitur de regul. 24. in materia revisionis. p. 337.
- Alleg.* 91. In qua agitur de reg. 25. p. 342.
- Alleg.* 92. In qua agitur de reg. 26. p. 343.
- Alleg.* 93. In qua agitur de regul. Cancellariæ 27. usque ad regul. 94. p. 344.
- Alleg.* 94. In qua agitur de Scribis Cancellariæ, ne sententias per eam transeuntes regestent ad longum, sed tantum verbum condemnationis, & quod ex tali non exigant aliquid à partibus condemnatis. pag. 345.
- Alleg.* 95. In qua agitur, an debeat decima de condemnatione expensarum in processibus criminalibus, in quibus accusatio facta est pro parte justitiæ, & an Promotores, & Procuratores Regii possint condemnari in expensis. p. 346.
- Alleg.* 96. In qua agitur de materia suspicionum, quæ obijciuntur contra iudices, & notarios. p. 348.
- Alleg.* 97. In qua agitur de cautionibus in recusationibus. p. 366.
- Alleg.* 98. In qua agitur de quibusdam dubiis, quæ proposita fuerunt, & quibus responsum fuit. p. 370.
- Alleg.* 99. In qua agitur, quod non debetur decima de condemnatione pœnarum, quando pars sententiam non extraxit, nec eas à parte exegit, & quod non debetur de sententiis latis super factis, quæ non recipiunt æstimationem. p. 375.
- Alleg.* 100. Quod exceptiones allegans ad non solvendam decimam non audiatur, nisi deponat, vel nisi alleget paupertatem, & quod exceptiones terminentur intra tres menses, & illis elapsis remittantur ad Calculatorem Patrimonii Regis. p. 379.

MUSEOTAGLIA



LICENCAS

P Ode-se tornar a imprimir o Livro de que se trata, & depois de impresso tornará para se conferir, & dar Licença, que corra sem a qual não correrá. Lisboa Occidental 20. de Fevereiro de 1731.

Alencastro. Cunha. Teixeyra. Silva.

P Ode-se tornar a imprimir o Livro de que se faz menção, & depois de impresso tornará para se conferir, & dar licença, que corra sem a qual não correrá. Coimbra 25. de Mayo de 1731.

Doutor Souza.

Q ue se possa tornar a imprimir vistas as Licenças do Santo Officio, & Ordinario, & depois impresso tornará à Meza para se conferir, & taxar, & sem isso não correrá. Lisboa Occidental 5. de Julho de 1731.

Com duas Rubricas.

C Ohæret suo exemplari. Conimbricæ. In Colleg. Doct. Max. die 7. Septembris anni 1731.

Fr. Josephus Caietanus.

P Ode Correr. Coimbra em Meza de Setembro 10. de 1731.

Paes.

P Ode Correr. Coimbra 14. de Outubro de 1731.

Souza.

T Axaõ este Livro em mil, & cem reis. Lisboa Occidental 18. de Setembro de 1731.

Pereyra Teixeyra.



THOMÆ
VALASCI
ALLEGATIONES
SUPER VARIAS MATERIAS.

ALLEGATIO I.

De definitione Ordinis.

SUMMARIUM.

- 1 Qui materiam aliquam tractare intendunt, solent ejus definitionem præmittere, ut sciatur id, de quo agitur.
- 2 Quid sit Ordo Ecclesiasticus secundum Magistrum.
- 3 Quid sit Ordo Ecclesiasticus secundum alios.



QUI materiam aliquam particularem explicare intendunt, solent ejus definitionem præmittere, ut sciatur id, de quo agunt, ut docet Cicero *lib. 1. de officiis*, Ulpian. *in L. 1. ff. si certū pet.* Bald. *in proœmio feudorū n. 8.* Cum igitur multa in primis tractaturi simus circa Ordinem Clericalem, relicta ejus verbi multiplici significatione, de qua per Rebuff. *in L. pupillus 239. §. munus publicū, p. mihi 1051. ff. de verb. sign. verb. Ord. lib. 13.* Prateus *in suo Lexicon,*

verbo Ordo, Jacobo de Graffis 2. p. suarū decisionum aurearum, lib. 1. cap. 9. n. 1.

Ordo Ecclesiasticus quoad nostrum intentum secundum Magistrum *in 4. dist. 24. litera K.* est signaculum quoddam, in quo spiritualis potestas traditur ordinato: quod idem docent Sylvest. *verb. Ordo in primo, num. 1.* Petrus Martyr. *Episcopus de Elna in suo directorio curator. titulo de Sacrament. ord. cap. 8. §. 1.* vel secundum alios definitur in hunc modum: Est signaculum Ecclesiæ, quo traditur ordinato spiritualis potestas circa conficiendum Eucharistiæ Sacramentum in sacrificio Missæ, ut docent Domin. *de Soto in 4. distinct. 24. artic. 1.* Martin. *de Ledesma in 2. quarti, quest. 39. art. 2.* Navar. *in Manuali Latino, cap. 22. num. 17.* Vivald. *in Candelab. Ecclesiæ, tit. de Sacram. ord. num. 3.* Emmanuel Roder. *in 2. tom. sue Summæ, cap. 13. de Sacram. ord. n. 1.* Henriquez *lib. 10. de Sacram. ord. cap. 1. vers. definitur hujusmodi,* Jacob. *de Graffis, ubi supra, n. 2.* Veg. *2. tom. de Curas, cap. 14. §. 1. num. 2.* Pet. *de Ledesma, verbo Ordo, cap. 1. in 6. conclus.*

ALLEGATIO II.

Ordo est unum de septem Sacramentis.

SUMMARIUM.

- 1 Ordo est unum de septem Sacramentis, & est conclusio de fide.
- 2 Idem comprobatur auctoritate Concilii.
- 3 Tale sacramentum fuit institutum à Domino nostro.
- 4 Ultra Sacerdotium sunt alii Ordines maiores, & minores.
- 5 Quot sunt ordines, controvertunt Doctores, Canonistæ tenent esse novem.
- 6 Secundum Theologos sunt septem.
- 7 Tenenda est opinio Theologorum.
- 8 Alii tenent esse octo ordines.
- 9 Licet ordo sit sacramentum, omnes tamen ordines sunt unum sacramentum.
- 10 In quo convenient, & quale officium habeat quilibet istorum septem ordinum.
- 11 Minister hujus sacramenti est Episcopus.
- 12 Hoc sacramentum Ordinis est voluntatis.
- 13 Datur tamen casus, in quo poterit esse necessitatis.
- 14 Extra casum necessitatis erit voluntatis hoc sacramentum.

O Rdo est unum de septem Sacramentis, & est conclusio de fide Catholica, ex text. in cap. ad abolendam de heret. & in proem. titul quarti, partit. 1. Summistæ, verbo Sacramentum, & habetur in sacrosancto Concil. Trid. sess. 7. Canon: 1. ubi ita cavetur: Si quis sacramenta novæ legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, & pauciora, quàm septē, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse

verè, & propriè sacramentum, anathema sit.

Idem probatur in eodem Concil. sess. 23. Canon. 3. ubi cavetur: Si quis dixerit ordinem, sive sacrã ordinationē non esse verè, ac propriè sacramentū à Christo Domino institutum, vel esse figmētum quoddam humanum excogitatum à viris rerum Ecclesiasticorum imperitis, aut esse ritum quendam eligent ministro verbi Dei, & sacramentorum, anathema sit. Eandem doctrinam ponunt Joseph. Angles de Sacrament. Ord. in conclusione primæ definitionis, Victoria in eodem tractatu de Sacramento Ordinis. numer. 225. Vivald. in Candelab. Ecclesiæ, tit. de Sacrament. Ord. num. 4. ubi allegat prædictum Canonem 3. d. sess. 23. & eundem Canonem citant Jacob. de Grass. d. cap. 9. num. 3. Vega d. cap. 14. numer. 3. Ledesma verbo Ordo cap. 1. in 5. quæst.

Et tale Sacramentum fuit institutum à Domino nostro, ut docetur in prædictis Canonibus, & auctoritate Anacleti Papæ, & B. Ambrosii, super locum Divi Pauli ad Ephes. Ipse dedit quosdam Apostolos: tenet Joseph. Angles de Sacrament. ord. in concl. definit. quando fuit hoc Sacramentum institutum à Christo, & in hanc assertionem concurrunt Victoria de Sacram. ord. n. 226. ad fin. Episc. de Elna dict. loc. Vivald. in d. Candelab. tit. de Sacram. ord. n. 5. Henriquez de Sacram. ord. lib. 20. c. 3. Jacob. de Grass. d. c. 9. n. 4.

Addo, quòd ultra Sacerdotium sunt etiam alii ordines maiores, & minores: quod ita definitur in Concil. Trid. sess. 23. Can. 2. ubi cavetur: Si quis dixerit præter Sacerdotium non esse in Ecclesia alios ordines maiores, & minores, per quos, velut per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur, anathema sit. Citant. Vivald. d. loco num. 9. Vega dict. cap. 14. §. 3. col. penultim.

Quot autem sunt ordines hujusmodi, controvertunt Doctores; eam juris Canonici professores tenent novem esse ordines, computando inter eos primam

nam tonsuram, & ordinem Episcopalem per text. in cap. Cleros 21. dist. & in cap. perlectis 25. dist. & in cap. cum contingat, de etat. & qualit. Idem tenet Gofred. in Summa de ordinatis ab Episcopo n. 3.

6 Theologi autem tenent esse septem ordines, nempe Sacerdotium, Diaconatum, Subdiaconatum, Acolytum, Exorcistam, Lectorem, Ostiarium, ut docent Magister in quarta dist. 24. lit. B, ubi Dominic de Sot. quest. 1. art. 3. Lambert. de jur. patronat. 1. part. lib. 2. art. 2. quest. 7. numer. 4. & 5. Sanctus Raymund. lib. 3. sue Summae sub titulo de etate, §. 13. Frater Martin. de Ledesma 2. quarti, quest. 39. art. 2. Armilla aurea, verbo Ordo, num. 2. plures in confirmationem hujus assertionis citant Vivaldus in Candelab. Eccles. tit. Sacram. ord. num. 9. Navar. in Manuali Latino, cap. 22. n. 18. Joseph Angles de Sacram. ord. in definition. an Sacramentum ordinis, in conclus. 2. Episcop. de Elna in suo directorio, de Sacrament. ord. d. §. 2. Catechismus Roman. de Sacramento ordin. cap. 2. Jacob. de Grass. d. c. 9. à n. 5. ubi bene loquitur.

7 Et dicit Sylvest. in sua Summa, verbo Ordo, in primo num. 1. tenendam esse opinionem Theologorum, quia loquuntur in propria materia, Canonistæ in aliena: & de istis septem ordinibus loquuntur Imperator in L. Presbyteros, Cod. de Episcop. & Cleric. Brisson. lib. 3. de verb. signific. verbo Clericos, & de illis facit mentionem Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 2.

8 Alii tenuerunt esse octo ordines, computato ordine Episcopatus, quos refert Vivald. in suo Candelab. Ecclesie loco citato, numer. 10. tenet & Fulvius Pacian. lib. 2. de probat. cap. 34. numer. 8.

9 Licet autem ordo sit Sacramentum, omnes tamen ordines sunt unum Sacramentum, ut ex Divo Thoma tenet Sylvester d. verbo Ordo in primo, numer. 2. Petr. de Ledesma, verbo Ordo cap. 1. vers. 4. q. citat. Concil. Tridentin. sess. 7. Canon. 1.

10 In quo autem conveniant, & quale offi-

cium habeat quilibet istorum septem ordinum, explicat cap. Cleros 21. dist. cap. perlectis 25. dist. Magister in 4. dist. 24. L. 9. 10. & 11. tit. 1. part. 1. Catechism. Rom. de Sacram. ord. cap. 7. à n. 15. Henriques de Sacrament. ord. lib. 10. cap. 6. 8. & 9. Jacob. de Grass. d. cap. 9. n. 6. & n. 15. Vega d. cap. 13. §. 4. L. 11. tit. 6. part. 1.

11 Minister autem hujus Sacrament. ordinis est Episcopus, ut post Divum Thom. in 4. dist. 25. tenet Sylvester verbo Ordo, in 3. n. 1. Victoria de Sacram. ord. num. 234. Catechism. Roman. ubi supra n. 29. Candelab. Ecclesie d. loco n. 17. Jacob. de Grass. lib. 2. decision. aurear. 2. part. cap. 10. num. 1. & lib. 2. cap. 12. numer. 1. Vega d. cap. 14. §. 8. Petr. de Ledesma verbo Ordo, cap. 5.

12 Quamvis hoc Sacramentum Ordinis sit voluntatis, quia nemo cogitur ordines suscipere, nisi ad hunc effectum voluntatem accommodet; tamen ubi defecerint Clerici in Republica Christiana, jure optimo poterunt laici prudentes, & digni compelli ab Ordinariis Ecclesiasticis, ut ordinentur, & ministri fiant Sacramentorum, ac rerum Ecclesiasticarum, ne deficientibus ministris deficiat Sacramentorum administratio, ut in his terminis oblata hac occasione necessitatis docent Ojeda de beneficior. incompatibilitate 2. part. cap. 9. n. ult. & Cesar Lambert. de jur. patr. 1. part. lib. 2. art. 18. quest. 7. principali num. 6. vers. fallit tertio, ubi citat textus in cap. placuit, & cap. consuluit 74. dist. & in terminis quos ponit Gofred. in sua summa, tit. de etat. & qualit. à n. 10. facit Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 17. ad fin sicut enim Sacramenta sunt necessaria ad salutem animarum, ita similiter ministri sunt necessarii.

14 Et extra casum necessitatis, erit voluntatis hoc Sacramentum Ordinis, & tale dicitur, ad quod invitus nemo compelli potest, cap. 1. & 2. 74. dist. cap. quæris, de etat. & qualit. Cesar Lambert. ubi proxime, n. 4.

ALLEGATIO III.

Quid significet hoc nomen Cleros.

SUMMARIUM.

- 1 *Quid significet hoc nomen Cleros.*
- 2 *Sunt dicti Clerici, quia sunt de sorte Domini.*
- 3 *Primus gradus Clericorum est prima tonsura.*
- 4 *Est nomen initiati verticis.*
- 5 *Abrasio capitis in Clerico significat omnium temporalium rerum depositionem.*
- 6 *Abbates possunt Monachis suis tonsuram conferre, si hoc habeant ex privilegio.*
- 7 *Prima tonsura, Psalmista.*
- 8 *Prima tonsura an numeretur inter ordines.*
- 9 *Tonsura, vel corona, est janua ad alios ordines.*
- 10 *Per primam tonsuram fit Clericus.*
- 11 *Quemadmodum se habet gramatica ad alias ciencias, & artes liberales, sic se habet prima tonsura, tanquam principium, & fundamentum ad alios ordines.*
- 12 *Qualiter definiatur prima tonsura in Constitution. Conimbricēs. editis per felicissimum, & Illustrissimum Episcopum Comitem Dominum Alphonsum de Castelbranco.*
- 13 *Exemplum de quo in d. Constitut. & aliud de sponsalibus ad matrimonium ponit Cathecism. Rom.*
- 14 *Psalmista, & Cantor non est nomen ordinis specialis.*
- 15 *Clerici habentes quatuor ordines sunt vocati portio Dei.*

1 **H**oc nomen Cleros dicitur fors, Latine hæreditas, & sunt dicti Clerici, quia de sorte Domini sunt, dict. cap. Cleros 21. *distinēt. glossa cap. 2. de Cleric. venator. Alciat. lib. 5. parergon. cap. 22. Tiraq. de primog. quæst. 17. opi-*

nione 1. n. 8. *Osasc. dec. Pedemont. 30. n. 11. Pet. Tholosan. lib. 16. syntagmat. juris universi, cap. 1. n. 5. Prateus in Lexicon juris, verbo Cleros, Bartholom. Carthagin. lib. 1. de exposition. juris Canon. tit. 22. vers. 2. observatio est, Joan. Altenstaig. in suo Lexicon. Theologico, verbo Clericus. Idem probatur in L. 1. tit. 6. part. 1. Catechism. Rom. ubi supra, n. 13. Didacus Ximenes in suo Lexicon Ecclesiastico, verbo Cleros, Anton. Cardoso. de Amaral in praxi judicum, verbo Clericus, num. 1.*

Primus autem gradus Clericorum est prima tonsura, estque initiati verticis nomen, dum Dei ministeriis se primum inscribunt, qui talem gradum accipiunt, & tyrocinium cælestis militiæ profitentur, de tonso leniter capillo ab Episcopo, vel Abbate, si ad hunc effectum potestatem habeat, & initiandus sit Monachus sibi subditus. Et significat illa abrasio capitis in Clerico omnium temporalium depositionem, *cap. duo sunt 12. quæst. 1. Montalvus in suo repertorio, verbo Clericus exercere, Henricus lib. 10. de Sacramento ordin. cap. 9. ad fin. Catechism. Rom. ubi supra, n. 13. multa congerit Petrus Tholosan. d. cap. 1. num. 11. Zælius Zechius de Republic. Christiana, cap. 29. sub tit. de Cleric. in communi, n. 1.*

Dictum est autem de Monacho ab Abbate, quia Abbates possunt suis Monachis tonsuram conferre, si hoc habeant ex privilegio, servando formam ab Ecclesia præscriptam, juxta text. in *cap. cum te de ætat. & qualit. & in cap. Abbates ad fin. de privileg. lib. 6. vers. nec eis, Rebuff. in praxi beneficior. tit. de Cleric. & à quibus, & quomodo, n. 14. Casan. Cathalog. gloriæ mundi 4. p. consideration. 32. vers. item possunt. Probatur in sacrosanto Concil. Trid sess. 23. c. 10. Nicol. Vigel. in method. juris Pontificii lib. 3. cap. 4. sub titul. à quibus ordinand. fol. mibi 250. regula 6. Petr. Cened. collectan. 105. ad decretales, & videndus est Rebuff. quem citat respons. 2. Vega 2. tomo de curas, cap. 14. §. 8. n. 31. Petr.*

ALLEGATIO III.

Petr. Ledesma, verbo Ordo, cap. 5. in 2. quæst. Zerol. in praxi Episcop. 1. part. verbo Abbas, Flores lib. 3. Navarr. quæst. ultim.

7 Vocatur autem prima tonsura, *Psal- mista cap. Psalmista 23. dist. & alio no- mine prima tonsura, cap. cum inter, ibi: Tonsuratis, de re judic. & probatur ex cap. cum contingat, ibi: Per primam ton- suram, de ætat. & qualit. & ibi glossa, verbo Abbate, gloss. 2. & gloss. 4. in pro- æm tit. 6. partit. 1. Navarr. consil. 12. lib. 1. de temporib. ordinandor. Henriq. d. §. 9. ad finem dicens cum Navarro non esse de essentia hujus primæ tonsuræ di- cere ea verba (Dominus pars hæredita- tis meæ) imò valere, licet ea verba non pronuntientur: & idem tenet *Emman. Roder. 2. tomo suæ summæ cap. 17. con- clus.**

8 Hæc prima tonsura licet per *Cano- nistas, & in præmio tituli 6. partit. 1. numeretur inter ordines, ut supra dixi- mus, tamen secundum Theologos non est ordo, sed est quædam dispositio ad maiores ordines cum privilegio Cleri- cali, ut tenet *Droux Thomas in quæst. 40. articul. 2. in additionib. ad tertiam partem, Paludan. in quarto, dist. 24. art. 1. num. 6. Domin. de Soto de just. & jur. lib. 10. quæst. 5. articul. 2. Frater Mar- tin. de Ledesma, in 2. quarti, quæst. 42. artic. 2. Anton. Euchus de institutionib. canonic. lib. 5. tit. 8. de Sacram. ordin. Sylvester in sua summa, verbo Ordo, in primo num. 1. vers. secundo est dubium de Psalmista, Joan. Altenstaig. in suo Lexicon, verbo Ordo, numer. 3. Surdus concil. 259. num. 8. lib. 2. Covar. in cap. quia nos, numer. 4. de testament. Petr. Tholosan. diæt. cap. 1. n. 8. dicens hanc primam tonsuram, vel coronam, esse ja- nuam ad alios ordines, ut qui ea caret, incapax sit beneficiorum Ecclesiastico- rum, quia per eam fit clericus, citans interpretes *d. cap. cum contingat, & in Clementin. 2. de vita, & honest. Cleric. idem Jacob. de Grassis lib. 1. decision. aurear. 2. p. cap. 9. à n. 11.***

11 Et *Vivald. in Candelabr. Ecclesia,*

*titulo de Sacrament. ord. num. 11 dicit, quod quemadmodum se habeat gram- matica ad alias scientias, & artes libera- les, ita se habet prima tonsura, tanquam principium, & fundamentum ad alios ordines: adde *Henricum lib. 10. de Sa- crament. ord. cap. 10. §. 4. & probatur in L. 11. titulo 6. part. 1. ad fin. ibi: Y or- den de corona, es entrada para los otros grados, que havemos dicho, e es comtien- ço de la Cleresia. idem docent *Menoch. cons. 912. numer. 21. lib. 10. Vicent. de Franch. decis. 189. num. 9. inducens pro hac opinione text. in hoc nostro decreto, dum extra ordines minores ponit ini- tiatum in prima tonsura, Vega d. cap. 14. §. 2. n. 4.***

Et in novis Constitutionibus Co-¹² munitatis editis per Illustrissimum & felicissimum Episcopum Comitem D. Alphonsum de Castelbranco, idem deciditur, & alia comparatione compro- batur in *titul. 8. constit. 2. in princip. in hæc verba: A primeira tonsura, posto que não seja sacramento por não ser ordem, nem grão delle, he huma disposiçãõ para õrdens; porque assim como os que haõ de receber o sacramẽto do Bautismo, se pre- paraõ com exorcismos, assim para o da Ordẽ pela primeira tõsura se dedicaõ a Deos para o mysterio da Igreja os que saõ ordenados, e por esta tonsura se lhes poem o nome de Clerigos, por ficarem electos á sorte, e herança do Senhor.*

Hoc exemplum, & aliud de spon-¹³ salibus ad matrimonium ponit *Cate- chism. Roman. de Sacrament. ord. cap. 7. n. 13. Et dicit *Jacob. de Grass. d. cap. 9. num. 12. quod non est ordo, sed officium ordini annexum, quia etiam Psalmi cum cantu pronuntiantur, ideo dicitur *Psal- mista, & Cantor, allegando cap. *Psal- mista 23. distinctio. Hoc autem non est nomen ordinis specialis, tum quia can-¹⁴ tare pertinet ad totum chorum; tum quia non habet aliquam relationem specialem ad Eucharistiam, subjungens, sic corona non est ordo, loquendo propriè de or- dine, inde est quod jura inter ordines non posuerunt tonsuram, c. feriatim 32.****

dist. in cap. illud 77. dist. sed largè pro deputatione ad divinum cultum, & novissimè Hieron. Cævall. de communibus contra communes quæst. 524. recitando utramque opinionem, & authores ejus & sequaces, concordat ut primâ opinio intelligatur de ordine impropiè, secunda de ordine propriè, cum Emman. Mendes de Castro in tractatu de bonis quælib. numer. 116. & octo effectus hujus tonsuræ refert Jacob. de Graff. d. cap. 9. n. 13.

Clerici qui habent quatuor ordines, sunt vocati portio Dei, *cap. cui portio 12. quæst. 2. Bolog. consil. 22. numer. 10. Henriq. lib. 10. de Sacrament. ord. cap. 14. & omnes vocantur Clerici, sive sint insigniti prima tonsura, sive maioribus ordinibus sint decorati, cap. Cleros 21. distinct. cap. de persona 11. quæst. 1. glossa, & Doctores in cap. duosunt genera 12. quæst. 1. & probatur ex L. 1. tit. 6. partit. 1. ad fin. ibi: E por onde todos aquellos que son ordenados de corona, o donde arriba, son llamados Clerigos communalmente, quer sean maiores, quer menores. Et ibi Gregor. Lop. verb. son llamados, Aymon cons. 616. num. 14. lib. 4. Philip. Port. cons. 164. numer. 25. Petr. Gregor. Tholosan. d. cap. 1. num. 5. & de partitionibus juris-Canonici, lib. 2. tit. 9. cap. 1. Prateus Lexicon juris, in verbo Clerici quo generali.*

ALLEGATIO IV.

Quo tempore possint dari, & conferri prima tonsura, & minores ordines.

SUMMARIUM.

- 1 Prima tonsura, ubi est consuetudo, & minores ordines possunt conferri eadem die, & omni tempore eidem personæ.
- 2 Concordandus Henriq. lib. 10. de Sacrament. ord. cap. 11. §. ult.
- 3 Prima tonsura potest conferri omni tempore.

4 Minores ordines potest Episcopus dare uni, vel duabus, vel pluribus, in diebus festivois, vel Dominicis, dummodo non fiat generalis ordinatio.

5 Hoc non est mutatum per Conc. Trid. circa collationem minorum ordinum.

6 Quod non mutatur, permanet.

7 Licet omnes ordines sint unum sacramentum, tamen constituitur ex diversis specialibus omnibus, qui ordinantur ad unum actum, scilicet ad Eucharistiæ consecrationem.

8 Qualis sit consuetudo Episcoporum circa collationem minorum ordinum.

Prima tonsura, ubi est consuetudo, & minores ordines possunt dari, & conferri eadem die, & omni tempore eidem personæ, ex gloss. *cap. de eo, de temporibus ordinand.* quam licet impugnent aliqui, ut per Anton. & Abbat. ejus tamen opinio est in practica recepta, ut per Armill. auream verbo *ordo, n. 6.* & probatur ex Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 11.* & ex Concil. Provinc. Brachar. *actio. 2. cap. 1* ubi relinquuntur prudentiæ Episcoporum, an simul, vel per interstitia temporum debeant conferri ordines minores: addo Sylvest. verbo *Ordo in 2. quæst. 3. vers. tertium. Navarr. in Manuali Latino, cap. 25. n. 71. Vivald. in Candelab. Eccles. de Sacram. ordin. vers. sexta.*

Et sic concordandus Henriq. lib. 10. de Sacrament. ord. cap. 11. §. ult. dum asserit ordines quatuor minores, simul cum prima tonsura non posse uni conferri simul, & eadem die, & multo minus minores simul, & Subdiaconatum, nisi consuetudine excusetur, qui sciente Episcopo sic recepit, quia nullo jure prohibetur, ubi inter alios citat Armillam auream, d. num. 60. verbo *Ordo*, & novissimè prosequuntur Simon Majol. de irregularitate lib. 4. cap. 11. num. 1. Salzeed. in addit. ad Bernard. Dias in sua practica crimin. cap. 25. verb. *eadem die*, Jacob. de Graff. lib. 3. decis. aurear. 2. part. cap. 12. numer. 20. Menoch. de arbitrar. centur. 6. casu 564. num. 4. ubi num.

numer. 8. advertit, quod *Concil. sess. 23. cap. 11.* omnem sustulit consuetudinem in contrarium.

3 Prima autem tonsura potest conferri omni tempore, ut tenent *Hostiens. & Joan. Andr. in cap. consultationi de tempor. ordinandor. Armilla aurea, verbo Ordo numer. 7. Emmanuel Rod. 2. tomo sue summæ, cap. 16. num. 3. Henriques lib. 10. de Sacrament. ordin. cap. 12.*

4 §. 1. Minores verò potest Episcopus dare uni, vel duobus, vel pluribus, in diebus Dominicis, vel festivis, dummodo non fiat generalis ordinatio, ex d. *cap. de eo, Sylvest. verbo Ordo, in 2. num. 6. Armilla aurea d. num. 7. Henriq. d. c. l. cap. 13. §. 1. Vivald. Hispanus in Candelab. Eccles. tit. de Sacramento ord. num. 36. vers. tertia concl. Emmanuel Roder. d. cap. 16. num. 3. Jacob. de Grassis, dict. cap. 12 num. 20.*

5 Nec hoc est mutatum per *Concil. Tridentin. in d. cap. 8. circa collationem minorum ordinum, sess. 23. de reform.* dum jubet, quòd sacri ordines conferantur statutis temporibus, quia tantum disponitur de minoribus ordinibus sacris, & nihil disponitur, nec immutatur in minoribus, de quibus loquitur, & disposuit in *dict. cap. 11. & quod non mutatur, permanet, L. sancimus, Cod. testam. L. precipimus, Cod. appellat. nec inducenda est legum correctio, L. 1. C. de inoffic. dotib. cap. cum expediat, de election. lib. 6. & facit;*

6 quia licet omnes ordines sint unum sacramentum, tamen constituitur ex diversis specialibus ordinibus, qui ordinantur ad anum actum ultimum, scilicet ad Eucharistiæ consecrationem, ex *Turrecremat. in dict. cap. Cleros, num. 9. vel secundum Archid. ibi, numer. 18. sunt unum sacramentum, quia ad unum ordinantur, ad collationem scilicet gratiæ in altero; sequitur Jacobus de Grass. d. cap. 9. numer. 23. Vega dict. cap. 14. §. 2. num. 1. Qualis autem sit consuetudo Episcoporum circa collationem minorum ordinum docet Henriq.*

7 *d. c. 12. §. 2.*

ALLEGATIO V.

A quo accipiendi sunt prima tonsura, & ordines.

SUMMARIUM.

1 Prima tonsura, vel minores ordines, & maiores accipiendi sunt à proprio Episcopo, vel ab alio de ipsius licentia.

2 Excipitur, nisi ordinandus sit familiaris Episcopi, & fuerit commoratus per triennium, & beneficium quacumque fraude cessante illi conferat, consuetudine etiam immemorabili non obstante.

3 Facultas data Episcopis conferendæ Ordines, intelligitur de iis, qui habent diœcesim, non verò de aliis, qui non habent diœcesim: & referuntur verba Cocilii Trid. sess. 24. de reformat. cap. 2.

4 Licentia data ab Episcopo, ut subditus ordinetur ab alio, non expirat per ejus mortem, & qualiter sint expediendæ dimissoriae, sive reverendæ.

5 Qualiter sunt expediendæ chartæ, vulgo, cartas de guia, datæ aliis, qui in exilium mittuntur, & n. 6.

7 Quando Episcopus est absens, vel non est certum de ejus morte, Vicarius ejus in spiritualibus potest has reverendas concedere subditis, ut ab alieno Episcopo ordinentur.

8 Qualiter Episcopus dicatur in remotis agere.

9 Potest Vicarius Episcopi concedere dimissorias, si hoc habeat in mandatis, etiam præsentem Episcopo.

10 An idem tenendum sit, stante dispositione cap. Concil. Trid. sess. 7. c. 10.

11 Capitulum, Sede vacante, jus ordinandi non habet, poterat tamen reverendas concedere de jure antiquo.

12 Hæc tamen facultas est restricta per Concil. in d. decreto, ut infra annum à die vacationis non possit illas concedere,

- dere, nisi ordinandus arctatus sit occasione beneficii Ecclesiastici recepti, vel recipiendi.
- 13 Dimissoria concessa per Episcopum, Sede vacante, non expirat per adventum Episcopi de novo provisi.
- 14 Testimonium ad assumendos ordines non sufficit fieri per Provisorē Sedis vacantis infra annum vacationis.
- 15 Vicarius capituli Sede vacante potest concedere dimissorias subditis euntibus ad studium.
- 16 Episcopus ad quem spectat ordines concedere, vel est Episcopus originis, vel beneficii, vel domicilii.
- 17 Sortitur quis forum in ea patria, ubi natus est.
- 18 Quis est civis, ubi ortus est.
- 19 Hoc declaratur procedere, quando nascitur ex parentibus, qui ibi habent domicilium, non verò si nascatur ex parentibus alio pergentibus, vel ad tempus moram trahentibus in aliquo loco, ubi natus est fortuito.
- 20 Proprius Episcopus non est qui fuerit ejus diœcesis, in quo promovendus natus fuit casu fortuito, sed erit Episcopus ejus diœcesis, ubi parentes domicilium habuerunt, & fingitur ibidem natus.
- Ibid. Filius acquirit domicilium originis paternæ.
- 21 Quod procedit in filiis natis ex legitimo matrimonio.
- 22 Filii illegitimi sequuntur originis maternæ domicilium.
- 23 Filius in hoc Regno Lusitano non acquirit domicilium originis, licet nascatur ex patre forensi, & matre naturali, nisi pater forensis ex quo procreatus est, in eo habeat domicilium, & bona, & in eo vivat per decennium continuum.
- 24 Ex decennali habitatione præsumitur quis domicilium constituisse.
- 25 Licet filius acquirat originis paternæ, vel maternæ domicilium, hoc intelligitur quoad honores, & res temporales, non quoad ordines.
- 26 Sufficit ordinari ab Episcopo, in quo ordinandus habet beneficium, sive respectu ipsius ordinem susceperit, sive non.
- 27 Lex generaliter loquens, & sine distinctione, sic intelligenda est.
- 28 Idem procedit, sive beneficium sit perpetuum, sive ad tempus, ad nuntum removibile.
- 29 Ibi censetur quis habere domicilium, ubi beneficium suum situm est.
- 30 Ampliatur, licet beneficium sit tale, quod non requirat residentiam, ad effectum assumendi ordines, non ad alios effectus, & n. 31.
- 32 Respectu domicilii ponuntur exempla, remissivè.
- 33 Decem modi quibus contrahitur domicilium, sive naturalitas, remissivè secundum Ord. Lusitanam.
- 34 Alius modus refertur.
- 35 Alius modus.
- 36 Alius modus.
- 37 Alius modus, quando quis acquirit dignitatem in aliquo loco, vel officium Regis, vel Reginae, vel domini illius loci, vel Concilii ipsius, quod sufficiat ad congruam ejus sustentationem, & de facto ex eo vivat, & habitationem habeat in eodem loco, vel in ejus comitatu, in quo ea dignitate, vel officio fungitur.
- 38 Refertur contingentia facti in filio Senatoris, & Cancellarii Senatus Portugalsis.
- 39 Pater censetur habere domicilium in ea civitate, & diœcesi, in qua illis officiis fungebatur, & Senatores censentur habere domicilium ubi sunt Senatores, & ibi nati fuerunt, nec mutatur forus originis per forum ubi Senatoria dignitate utuntur.
- 40 In duobus locis quis potest de jure habere domicilium.
- 41 Sicut pater censetur habere domicilium, sic & filius in sua potestate retentus.
- 42 Verificatur in ea hypothese, quod dicitur posse Episcopum conferre ordines, ubi ordinandus habet originem, vel beneficium, vel domicilium.

ALLEGATIO V.

9

- 43 Filius non sequitur domiciliū patris; quādo alibi habitat seorsum à patre.
- 44 Potest filius constituere suum domiciliū seorsum, & diversum à patre.
- 45 Agitur de intellectu L. pen. ff. de Senatoribus, & L. municipes 33. ff. ad municipal.
- 46 Referuntur privilegia Senatorum in Regno Lusitano, remissivè.
- 47 Sunt aliqui casus, in quibus alienus Episcopus potest ordines cōferre alienis subditis, etiam sine dimissoriis.
- 48 Religiosi ibi habent domiciliū, ubi habent Monasterium, in quō morantur.
- 49 Si subditi sunt ejus diœcesis ubi Monasterium situm est, ab ejus Episcopo ordinari possunt.
- 50 In exemptis possunt eorum Prælati literas commendatitias concedere.
- 51 Provinciales possunt concedere eas commendatitias subditis suis quia in eos habent jurisdictionem ordinariam.
- 52 In literis dimissoriis debet causa exprimi rationabilis, quare Episcopus dimittens nolit, aut nequeat dimissum ordinare.
- 53 In aliquibus Provinciis consuetudine est receptum, ut nulla causa assignetur.
- 54 Agitur de intellectu Cap. 11. Conc. Trident. sess. 7. in decreto de reformatione.
- 55 Episcopus invitatus pro ordinandis Clericis in diœcesi aliena debet habere expensas.
- 56 Declaratur text. in Concil. Trident. sess. 14. de reformatione, cap. 2.

H Ujusmodi tonsurā, & minores ordines, sicut & maiores accipiendi sunt à proprio, vel ab alio Episcopo de illius licetia, ex cap. 2. & 3. distinct. 71. cap. 1. 9. quest. 2. cap. quoad translationē de temporib. ordinand. cap. ult. eodem tit. lib. 6. Alber. in L. nemo videtur fraudari, numer. 3. ff. de reg. jur. Franciso. Mart. decision. 175. in 1. part. Roland. conf. 4. numer. 18. lib. 1. Joan. Cæphal. concil. 572. numer. 12. lib. 4. & probatur

ex Concil. Trident. session. 23. cap. 3. ib. Episcopi per semetipsos ordines cōferant, quod si ægritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quā probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant: Frater Emman. Roder. 2. tom. suæ summæ, cap. 14. n. 1.

Excipitur, nisi ordinandus sit familiaris ipsius Episcopi, & cum eo fuerit per triennium commoratus, & beneficium quacumque fraude cessante illi conferat, consuetudine etiam immemorabili non obstante, de quo meminerunt Henriques lib. 10. de Sacramento ordin. cap. 22. §. 2. & Salzedo ad pract. crimin. Bernard. Dias, cap. 26. glossa sine licentia, vers. tertius, per text. quem citat, & in quo hæc conclusio definitur in Concil. Trident. session. 23. cap. 9. de reform. ib. Episcopus familiarem suum non subditū ordinare non possit, nisi per trienniū fuerit cum eo commoratus, & beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat, consuetudine quacumque etiam immemorabili in contrarium non obstāt. Et tenuerunt citati per Domin. in cap. cum nullus, n. 9. de temporib. ordinand. lib. 6. Navarr. conf. 23. lib. 1. sub. tit. de temporib. ordinandor. Jacob. de Graffis lib. 3. 2. part. decisionum aurearum, cap. 12. num. 7. Henriq. d. cap. 12. §. 1. Petr. Ledesma, verbo Ordo, c. 5. in 9. conclus. vers. Es tanto.

In quo tamen sunt advertenda, primum, quod hæc facultas conferendi tonsuram, vel alios ordines, data Episcopis, tantum procedit in illis Episcopis, qui habent diœcesim, non in aliis, qui non habent diœcesim, quia non possunt ministrare ordines, nec etiam prætextu familiaritatis continuæ, commensalitatis suæ, absque proprii Prælati expresso cōsensu, aut literis dimissoriis ad aliquos sacros ordines, aut minores, vel ad primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat, ut cavetur in Conc. Trid. sess. 14. de reform. cap. 2. ubi habetur in hæc verba formalia, quæ sequuntur.

Et quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium con-

2

3

con-

consistūt, Clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, nam quæ Jesu Christi, sed alienas oves inscio proprio pastore quærentes, dum per hanc Synodum sanctam se Pontificalia jura in alterius diœcesi, nisi de loci Ordinarii expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantū exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligunt, & quoscumque ad se venientes, etiam si suorum Episcoporum, seu Prælatorum literas commendatitias non habeant, Clericali caractere insignire, & ad sacros ordines etiam presbiteratus promoveri præsumunt; quo plerūque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui a suo Episcopo tanquam inhabiles, & indigni rejecti fuerint ordinati, nec divina officia peragere, nec Ecclesiastica Sacramenta rectè valeant ministrare. Nemo Episcoporum qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diœcesis etiam exēpto, aut aliquo Monasterio cujusvis ordinis resederint, aut moram traxerint vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam prætextu familiaritatis continuæ, & comensalitatissuæ absque sui proprii Prælati consensu, aut literis dimissoriis ad aliquos sacros, aut ordines minores, vel ad primam tonsuram promoveri, seu ordinari valeat: contra faciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promotus ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælati visum fuerit, ipso jure sint suspensæ. Docent. Henric. d. cap. 12. §. 1. & cap. 22. §. 2. Salzedo ad Bernard. in sua practica crim. d. cap. 26. verb. sine licentia, vers. tertius casus, ad fin. in impressione facta Compluti, anno salutis 1594. Navarr. cum quo declarat cons. 20. num. 2. lib. 1. de temporib. ordinand. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 3. cap. 48. vers. sexto.

Secundum quod diximus advertendum, illud est, quod licentia concessa

per Episcopum subdito suo, ut ab alio ordinetur, non expirat Episcopo dimittente mortuo. Imol. cap. ultim. de Cleric. non residentibus, Gonçal. de Villa-diogo de legat. quest. 16. numer. 25. Roland. cons. 38. n. 5. lib. 3. Rebuff. in practi benefic. tit. de formul. dimissor. n. 43. quos, & alios refert Joannes Gutierrez. practicar. question. lib. 2. quest. 75. numer. 5. Henric. dict. cap. 22. §. 3. ad finem elegantissimè Salzedo dict. verbo sine licentia, vers. postquam, uti multa circa dimissorias (quas etiam vulgus reverendas nuncupat) congerit satis utilia, & proficua: Azor. d. 2. part. instit. moral. lib. 3. cap. 49. vers. quinto Ledesma verbo Ordo cap. 8. in 4. conclus. Gutierrez. lib. 2. canon. quest. cap. 17. à n. 14.

Qualiter autem sint concipiendæ, & expediendæ hujusmodi dimissoria, seu reverendæ, declarant Concil. Trid. sess. 23. cap. 16. & Concilium Provinciale Bracharense 1. part. actione 2. capit. 12. ibi: In cōmendatitiis literis, quæ dimissoria vocantur, atque in reverendis ad ordines suscipiendos, personarum in illis cōtentarum signa quædam, & peculiare notæ explicentur à notariis, neque fraus per suppositas personas fieri possit, quod aliquando evenisse fuit compertum. Azor d. cap. 49. vers. sexto.

Sicut in simili observatur in nostra Lusitania in iis, qui relegantur, & in exilium mittuntur, in quod condemnati sunt per relicta sua, cum charta, quæ vulgari sermone nuncupatur carta de guia, ex Ordin. lib. 5. tit. 143. in princ. ibi: Com delaração dos nomes, e idades, e sinaes que tem, e para que lugar, e por quanto tempo são degradados, e quem deu as sentenças; & erat provisum per legem reformationis justitiæ §. 60.

Quando autem Episcopus erat in remotis absens, vel non erat certus de ejus morte, Vicarius ipsius in spiritualibus poterat has reverendas subditis concedere, ut ab alieno Episcopo possent ordines accipere, ut probatur in cap. cum nullus de temporib. ordinand. lib. 6. ad fin. & ibi notant communiter scribentes,

Re-

8 *Rebuff. in praxi benefic. in forma Vicariatus, n. 48. Jacob. de Grassiis lib. 3. decisionum aurearum, cap. 12. numer. 2. & numer. 10. Et qualiter dicebatur agere in remotis, docet glossa in eodem cap. cum nullus, verbo in remotis ad fin. quam ibi sequuntur Joann. Andr. Perusin. & Francus n. 5. Petr. Tholosan. lib. 4. partition. juris canonici, titul. 2. cap. 3. littera K.*

9 Vel quando habeat hoc in mandatis ab Episcopo, ut posset concedere hujusmodi dimissorias, vel reverendas etiam præsente Episcopo, ut docent Host. in cap. relatū, de sent. excom. Archidiacon. in cap. 2. de testamentis lib. 6. Rebuff. ubi proxime. Imò, & solere Episcopum talem licentiam concedere, testantur Joan. Andr. in d. cap. cum nullus, & ibi additio ad gloss. verb. in remotis, Perusin. & Franc. Petr. Tholosan. dict. loco, Jacob. de Grassiis d. n. 10.

10 Cæterum licet hæc ita sint de jure statuta, ut etiam deduxit Salzedo ad Bernard. Dias d. cap. 26. verbo sine licentia; videtur tamen insinuare, quòd hodie stante Concil. Trident. sess. 7. cap. 10. cujus verba infra referemus, cessant; quod tamen non est admittendum. Imò & hodie servandum esse, quod in hoc articulo dispositum est in dict. cap. cum nullus ut possit Vicarius in spiritualibus absente Episcopo in remotis, vel si id habeat in mandatis, etiam eo præsente reverendas subditis suis concedere, ut possint ordinari ab alienis Episcopis; quia Concilium in hoc non disposuit, & cum fuerit omissum, servandum est jus commune. *L. commodissime, ff. de lib. & posthum. L. sed, & posteriores, ff. de leg. Capra conf. 148. num. 14. Bolog. conf. 17. num. 4. & hanc partem tenet Henriquez d. cap. 22. §. 3. allegans prædictum decretum Concilii Tridentin. & alias auctoritates.*

11 Capitulum autem Sede vacante jus ordinandi non habet. *Cap. illa 2. ne Sede vacante, cap. ultim. de Regularib. lib. 6. Nicol. Vigel. lib. 3. de Method. juris Pōtific. cap. 4. in titul. à quibus ordinand.*

regul. 4. fol. mibi 250. Pavin. de potest. capituli Sede vacante, p. 1. quest. 3. Lælius Zechius de Republic. Ecclesiast. cap. 24. num. 11. vers. 2. Non potest exercere, Gutierrez d. cap. 17. numer. 22. poterat tamen eas reverendas concedere ex d. cap. cum nullus, §. Episcopo, ibi; Sede vacante capitulū: Navar. conf. 30. lib. 1. de temporib. ordinand. Jacob. de Grassiis lib. 3. decisionum aurearum, cap. 12. numer. 3. Hoc autem hodie restrictum est per sacrosanctum Concilium Tridentinum, sess. 7. capit. 10. cujus verba talia sunt: Non liceat capitulis Ecclesiarū Sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimissorias, seu reverendas, ut aliqui vocant, tam ex juris cōmunis dispositione, quàm etiam cujusvis privilegii, aut consueudinis vigore alicui, qui beneficii Ecclesiastici recepti, sive recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere; si secus fiat, capitulum contraveniens Ecclesiastico interdicto, & sic ordinati, si in minoribus constituti fuerint, nullo privilegio Clericali, præsertim in criminalibus gaudeant; in maioribus verò ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipso jure suspensi. Docen. Hériq. d. cap. 22. §. 3. Frater Emman. Roder. in sua summa, 2. tom. cap. 14. concl. 2. Lælius Zechius d. cap. 34. vers. non potest, allegans prædictum decretum Salzedo ad præct. Bernard. Dias d. cap. 26. verbo sine licentia, vers. poterit tamen capitulum: Navarr. conf. 18. de temporib. ordinand. lib. 1. Flores lib. 5. variar. quest. 24. n. 4.

Et in d. cap. 14. conclus. 5. subjungit Frater Emmanuel Roder. quòd hæc dimissoriæ concessæ per capitulum Sede vacante in casibus licitis, non expirant per adventum Episcopi de novo provisi, & in conclusion. 6. notabilem doctrinā ponit ad declarationem Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 8 dum disponit, quòd si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei permittatur, cujusvis etiam generalis, aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu, etiam statu-

14 tis temporibus, nisi ejus probitas, aut mores, Ordinarii sui testimonio commendentur, ut non sufficiat tale testimonium expeditum per Proviforem Sedis vacantis intra annum vacationis, quia non dicitur testimonium Ordinarii, quale requiritur per *Concil. in illo cap. 8. idem Navar. conf. 18. vers. 3. lib. 1. de tempor. ordinand. adde Ledesma verb. Ordo, cap. 8. q. 4.*

15 Licet autem Capitulum Sede vacante ante elapsam annum vacationis non possit eas dimissorias concedere, Vicarius tamen, qui ejus vices gerit, poterit concedere literas commendatitias suis subditis euntibus ad studium, non dimissorias ad ordines, nisi ut supra, ut per *Ant. & Abb. in cap. relatum num. 4. de Cleric. non residentib. Lelius Zechius d. cap. 24. n. 11. vers. non potest concedere, ad finem.*

16 Proprius autem Episcopus, & ad quem spectat ordines concedere, vel est Episcopus originis, vel beneficii, vel domicilii, ut habetur in *d. cap. cum nullus, de temporib. lib. 6. ubi habetur: Cum nullus Clericum Parochiæ alienæ præter superioris ipsius licentiam debeat ordinare: superior intelligitur in hoc casu Episcopus, de cujus diœcesi estis, qui ad ordines promoveri desiderat, oriundus, seu in cujus diœcesi beneficiū obtinet Ecclesiasticum, seu habet, licet alibi natus fuerit, domicilium. Et ita notant ibi Domin. & Franc. num. 1. Henriq. dict. cap. 22. §. 1. Sylvest. in summa, verbo Ordo, in 3. numer. 3. Jacob. de Graff. lib. 3. 2. part. suarum decis. cap. 12. n. 6.*

17 In quo nota, quod sortitur quis domicilium in ea patria ubi natus est ipsemet, qui ad ordines promoveri desiderat, ex eodem *cap. cum nullus*; nam nativitas propria facit civem in eo loco, ubi natus est ipse. *L. 1. ff. ad municip. L. municipes, ff. de verb. signif. L. cives, Cod. de incol. lib. 10. docent Imol. Paul. Alex. in L. hujusmodi, §. legatum, ff. de legat. 1. Fel. cap. Rodolphus, conclus. 5. de rescript. Menoch. lib. 6. de præsumpt. præsumpt. 42. numer. 4. Bologn. in repet. ex-*

travagantis Theodosii, 11. part. vers. natura suos cives, ubi dicit, quod quis sit civis, ubi ortus est: & docet Gramat. voto 10. numer. 15. quod propter nativitatem est veritas, unde potentior est civilitas originis, quam alia quælibet. L. origine, Cod. de municip. & origin. lib. 10. Cald. Pereira in suo conf. pro D. Joan. à Tassis, numer. 6. probat Ord. Lusitan. lib. 2. titul. 56. in principio ibi: Aquelle que della, ou de seu termo for natural.

Hoc tamen intelligendum est ex parentibus, qui habent domicilium in eo loco, ubi ipse filius natus est, non qui nascitur casu, & fortuito ex parentibus alibi pergentibus, vel ad tempus moram trahentibus in aliquo loco, ubi natus est, nec enim contrahit civilitatem originis, sed in eo loco ubi parentes proprium domicilium censentur habere, ex *L. 1. Cod. de captiv. & postlim. revers. Bar. n. 4. & Platea in L. filios, num. 1. vers. quod intellige, Cod. de municip. & orig. lib. 10. Paul. & Alex. dict. §. legatum, Fel. d. cap. Rodolphus in 5. conclus. Jas. conf. 77. lib. 3. Gregor. Lop. L. 2. tit. 24. part. 4. verb. muger sea natural; & in his terminis proprius Episcopus non erit is, qui fuerit illius diœcesis, in quo promovendus natus fuit casu fortuito, sed erit Episcopus ejus diœcesis, ubi parentes domicilium habuerunt, & fingitur ibidem natus.*

Sic etiam filius acquirit domicilium originis paternæ. *L. assumptio §. 1. ubi Bartol. ff. ad municipal. gloss. 1. L. 1. ff. eod. titul. gloss. Bart. & Platea in dict. L. filios, Andr. Gail. lib. 2. practicar. observat. cap. 36. numer. 2. Quod procedit in filiis legitimis natis ex legitimo matrimonio; nam filii illegitimi sequuntur domicilium originis maternæ, & non paternæ, ex *d. L. 1. ad finem ff. ad municip. L. ejus 9. ff. eodem titulo, ubi Fureconsult Neratius inquit: Ejus qui justum patrem non habet, prima origo à matre exque eo die, quo ex ea editus est, numerari debet: & in summario hujus text. dicit Accurt. Qui non habet justum patrem,**

trem, sequitur originem matris: idem docet *Platea in d. L. filios, n. 2. ad fin. & probat Ord. Lusit. in tit. 55. §. ult. lib. 2.*

- 23 Addo quod filius in hoc Regno Lusitano non acquirit domicilium originis, licet nascatur ex patre forensi, & matre naturali, nisi pater forensis ex quo procreatus est, in eo habeat domicilium, & bona, & in eo vivat per decennium continuum, ex *Ordin. dict. titul. 55. §. 1.* nam ex decennali habitatione præsumitur domicilium constituisse, ex gloss. *L. bæres absens §. proinde, verbo debeat, ff. de judic. gloss. L. 2. verbo constituerint, & L. 3. verbo incolas, Cod. de incolis lib. 10. Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 534. numer. 6.* licet tamen de jure filius acquirat domicilium originis paternæ, si est legitimus, vel maternæ, si est natus illegitimè, hoc est ex coitu fornicario; tamen hoc intelligitur quoad honores, & res temporales, non quoad ordines, ut pluribus citatis tenet *Henriq. d. cap. 22. §. 1.*

- 26 Secundo notandum est, quod sufficit ordinari ab eo Episcopo, in quo ordinandus habet beneficium, sive respectu ipsius ordinem susceperit, sive non, ut notat *gloss. verbo Ecclesiasticum in d. cap. cum nullus ea ratione*, quia tex. generaliter loquitur, & ideo nec nos distinguere debemus, *L. non distinguemus ff. de arbit. cap. consuluisti 2. quæst. 5. & sequuntur in d. cap. cum nullus, Lupus, Ioan. Andr. Dominic. num. 8. & Francus num. 3. vers. in gloss. verb. Ecclesiasticum*, ampliantes, sive beneficium sit perpetuum, sive ad tempus, & ad nutum removibile, cum interim habeat titulum; secus si in commendam, qui commendam non est titulus, *cap. nemo deinceps, de election. Jacob. de Grass. lib. 3. suarum decis. cap. 12. n. 6.*

- 29 Et confirmatur; quia ibi censetur habere domicilium, & civis esse ejus diocesis, in qua situm est beneficium. *Bart. L. 1. numer. 13. ff. ad municip. & in d. L. cives, num. 6. Cod. de incolis, lib. 10. Paris de Puteo, de syndicato, verbo civilitas, cap. 2. Palat. repet. rub. §. 39. n. 5.*

id quod ampliatur, licet beneficium sit tale, quod non requirat residentiam, quia licet non sortiatur domicilium ratione beneficii, nisi sit tale, quod requirat residentiam, non verò quando est tale, quod residentiam non requirat, ut probat text. ubi ample *Felin. in cap. dilectus 2. de rescript. Rebuff. in praxi beneficiar. tit. de dispēsat. de non residendo num. 74. vers. ad hæc Clericus, Sylvest. verbo domicilium numer. 1. Armill. aurea in eodem verbo domicilium, per text. in cap. nullus de temporib. ordinandor. lib. 6. Mascard. d. conclus. 534. n. 5.* tamen quoad capiendos ordines sufficit, quod beneficium sit tale, quod etiam non requirat residentiam, ut tenent *Dominic. num. 6. & Franc. num. 3. vers. & quid, in eod. cap. cum nullus, & Henriquez in d. cap. 22. §. 1.* de quo tamen videndi sunt *Bernard. & Felin. in dict. cap. dilectus 2. & in 1. conclus. & Bald. in L. Senatores ad fin. ff. de Senatorib. Bernard. in pract. criminal. cap. 10. Petr. Tolosan. de institutionib. novis rei beneficiar. cap. 36. n. 18.*

Respectu tamen domicilij ponunt aliqua exempla, *gloss. verbo domicilium, Joan. Andr. n. 3. & Franc. numer. 4. d. cap. cum nullus, Gail. pract. observat. lib. 2. cap. 35. & cap. 36. Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 42. Mascard. d. conclus. 534. & decem modos, quibus contrahitur domicilium, sive naturalitas ponit *L. 2. titul. 24. partit. 4. & aliquos exprimit Ordinat. Lusitan. lib. 2. titul. 56. in princip. ibi: Visinho se entende de cada huã Cidade, Villa, ou Lugar, aquelle que della, ou seu termo for natural, ou em ella tiver alguã dignidade, ou officio nosso, ou da Rainha, ou de algum senhor da terra, ou do Concelho dessa Villa, ou Lugar, e seja officio tal, por que razoadamente possa viver, e de feito more no dito lugar, ou seu termo, ou se em a dita Villa, ou Lugar alguem for feito livre de servidaõ em que antes era posto ou per filhado em ella por algũ morador, e per filhamẽto cõfirmado por nos, por q̃ em cada hum destes casos he por di-**

reito havido por visinho.

34 Et in hoc §. 1. addit continuando alios casus: *Seja tambem qualquer natural, ou naõ natural de nossos Reynos havido por visinho da Villa, ou lugar em q̄ casar com mulher da terra, em quãto abi morar, ou onde tiver a mayor parte de seus bens, com tençaõ, e vontade de alli morar, e se dabi se partir, e for morar a outra parte com sua mulher, casa e fazenda, com tençaõ de mudar o domicilio, e depois tornar a morar ao dito lugar, aonde assim casou, naõ serã havido por visinho, salvo morãdo abi por quatro annos continuadamente com sua mulher, filhos, e fazenda, os quaes acabados, quere-mos q̄ seja havido por visinho.*

35 Et in §. 2. alios casus addit, quibus contrahitur domicilium. *E se algum se mudar com mulher, e com toda sua fazenda, ou mayor parte della, do lugar onde era visinho, para outro lugar, naõ serã havido por visinho do lugar para onde novamente se for viver, até nelle morar com sua mulher, e toda sua fazenda, ou mayor parte della cõtinuadamente outros quatro annos, os quaes acabados, serã havido por visinho, e de outra alguma maneira, fóra dos casos declarados nesta Ley, nenhum poderã ser havido por visinho, nem gozar dos privilegios, e liberdades de visinho, a quanto a ser exemplo de pagar os direitos Reaes, de q̄ por bem de alguns foraes, e privilegios dados a alguns lugares, ou visinhos, saõ exemptos.*

36 Et in §. 3. cumulat alios casus: *E todo o que dito he, se guardará para serem havidos por visinhos as pessoas sobreditas, salvo se por foral da terra for ordenado o cõtrario, por q̄ entãõ se guardará o conteudo no tal foral.* Ex prædi-

37 ctis apparet, quod inter modos contrahendi domicilium, ille unus est, quando quis in aliquo loco habet dignitatem, vel officium Regis, vel Reginae, vel domini illius loci, vel Cõcilij ipsius, quod tamen sufficiat ad congruam ejus sustentationem, & de facto ex eo vivat, & habitatione habeat in eodem loco, vel ejus

comitatu, in quo ea dignitate, vel officio fungatur.

38 Occurrit in facto, quod in Senatu Portugalesi, officio Senatoris, simul & Cancellarijungebatur doctissimus, & integerrimus Senator Ludovicus Machado de Gouvea, unde postea creatus est Cancellarius Senatus superioris, qui vocatur vulgari sermone, *Casa da Supplicação*, & nunc inter Senatores Palatij cooptatus, ejus legitimus filius ex legitimo matrimonio natus Ulyssipone Emmanuel Coutinho de Castelbranco Doctor in jure Canonico volebat ordinari, & ordines petebat ab Illustrissimo Episcopo diocesis Portugalesis, domino Fratre Gõdicalo de Moraes: dubitatum fuit an eidem ordines conferre posset propria jurisdictione, tanquam subdito suo domiciliario, an verò esset necessarium afferre dimissionem ab Illustrissimo Archiepiscopo Ulyssiponensi.

39 Dubitationem faciebat, quod originis domicilium habebat in Civitate Ulyssiponensi, ex qua oriundus erat, non in domicilio, ubi pater Senatoris, & Cancellarij officio fungebatur: contrarium tamen fuit evictum, nam pater censetur domicilium habuisse in civitate, & diocesi Portugalesi, ubi habitabat, dum in ea suprascriptis officijs fungebatur, percipiens ex pecunijs regijs salarium competens ad suam sustentationem, & habebat locum *Ordin. d. titul. 56. in princip. & L. pen. ff. de Senatorib.* ubi sic ait *Jurecõsultus Paulus: Senatores licet in urbe domicilium habeant, tametsi ibi unde oriundi sunt habere domicilium intelligantur, quia dignitas domicilij adjectionem potius dedisse, quàm permutasse videtur.* Et sic in duobus locis habet domicilium, quod jus admittit, *L. assumptio §. jurisprudentibus, ff. ad municipal. gloss. verbo domicilium, in dicto cap. cum nullus, de temporibus ordinand. lib. 6. gloss. 1. Bart. Alber. Bald. Rebuff. numer 3. & Orosco. n. 2. in d. L. pen. ff. de Senatorib.* idem probatur in *L. pen. Cod. de incol. lib. 10. ubi gloss. Lucas de Penna, & Platea, Andr. Gail. d. cap. 36. num.*

num. 1. lib. 2. pract. observation. Caldas in consil. pro domino Joanne de Tassis, num. 12.

41 Atque sicut pater ibi censetur habere domicilium, sic etiam ipsius filius in sua potestate retentus censetur habere ultra domicilium originis, & posse uti domicilio patris habitando cum eo, L. 2. L. 3. ubi gloss. & Alber. ff. ad municipal. & ita verificatur dispositio text. in

42 d. cap. cum nullus, dum dicit posse conferre ordines Episcopum ejus diocesis, ubi ordinandus, vel habet originem, vel beneficium, vel domicilium, quod potest verificari tam in proprio domicilio, quam in domicilio paterno: & docet ad nostrum intentum Navarr. cons. 11. tit. de tempor. ordinand. lib. 1.

43 Nec obstat, quod filius non sequitur domicilium patris, ex L. assumptio, §. filius, L. libertus §. patris ff. ad municipal. quia hoc procedit, quando filius

44 alibi habitat seorsum à patre, & diversum facit domicilium; nam potest filius diversum domicilium constituere, si seorsum à patre habitet, ut probatur in L. 3. & in L. 4. ff. eodem titulo; secus si habitet cum patre, quia sortitur idem patris domicilium, & ita declarant gloss. d. L. assumptio §. filius, verbo patris gloss. 1. ad fin. d. L. filios, Codic. municipal. & originar. lib. 10.

45 Addo ad declarationem dictæ L. penultim. ff. de Senatoribus, text. in L. municipes 23. ff. ad municipal. ubi Furecōsultus Hermogen. habet in hæc verba: *Municeps desinit esse Senatoriam dignitatem adeptus: hoc autem quantum ad munera, quantum vero ad honorem retinere creditur originem.* Nam in d. L. pen. dicebat Iurisconsultus Paulus, quod Senator non amittit domicilium originis per adjectionem Senatoriæ dignitatis: & in d. L. municipes, declarat Hermogen. hoc procedere quantum ad honorem, non quantum ad munera, & est speciale propter dignitatem Senatoriam, ut ibi per gloss. & Host. in sua suma, de foro compet. §. quibus ex causis sortiatur forum, num. 6. ad fin. nam cum illa adje-

ctio, & mutatio fori fuerit introducta in favorem Senatorum, jure optimo respondit Hermog. eam intelligendam esse respectu munerum, non respectu honorum, ex regul. L. quod favore, Cod. de legib. & cap. quod ob gratiam, de reg. jur. lib. 6. & privilegia Senatorum apud Lusitanos ponit Ordin. lib. 2. tit. 59. in novis.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus 47 alienus Episcopus potest ordines conferre alienis subditis, etiam sine dimissorijs, quos congerit Salzedo ad pract. Bernard. Dias dicto cap. 26. verbo sine licentia, vers. tribus, & Frater Emmanuel Roder. 2. part. sua summa, cap. 14. conclus. 10. Ledesma, verbo ordo, cap. 8. in 5. quæst. Circa religiosos autem, ibi censentur habere domicilium, ubi habent 48 Monasterium, & in quo morantur. Bart. d. L. 1. n. 14. ff. ad municipal. Lucas de Pena in L. cives col. 2. vers. & nota, hic quod Abb. & ibidem Platea num. 2. 49 Cod. de incolis lib. 10. & si sunt de Monasterijs subditis Episcopo ejus diocesis ubi sita sunt, ab eo ordinari possunt, ut probatur in d. cap. cum nullus §. ult. ibi Religiosi verò à suis superioribus in non exemptis prioratibus deputati priores, & eorū socij, possunt à locorū diocesanis, quandiu morantur in ipsis prioratibus, ordinari licite, licet non sint de eorū diocesis oriundi. Et ita ibi notant Joan. Andr. num. 2. Anchar. num. 4. Dominic. num. 1. & Franc. num. 2. Armilla aurea, verbo domicilium, numer. 2. 50 In exemptis autem possunt eorum prælati literas commendatitias concedere pro assumendis ordinibus ab aliquo Episcopo, ex Joan. Andr. Anchar. Dominic. & Franco, num. 5. in d. §. ultim. Jacob. de Graff. 2. part. lib. 3. decision. aurear, cap. 12. num. 8. Et eas comen- 51 datitias possunt dare subditis suis eorum Provinciales, quia in eos habent jurisdictionem ordinariam, cap. cum Ecclesiarum prælati, de offic. ord. & quasi Episcopalem. gloss. verbo proprijs, in Clement. 1. de reb. Eccles. non alienad. Navarr. cons. 21. lib. 1. de temporib. ordinandor. &

Frater Emman. Roder. dicto cap. 14. conclus. 9. ubi ponderat pro hac parte sacrosantum Consil. Tridentin. session. 23. cap. 10.

- 52 In literis autem dimissorijs debet causa exprimi rationibus, quare proprius Episcopus dimittens nolit, aut nequeat dimissum ordinare, ex *capit. 1. de temporibus ordinandor. lib. 6.* & licet in aliquibus provincijs sit consuetudine receptum, ut nulla causa assignetur, ex *Rebuff. in praxi, tit. de literis dimissorijs n. 28. Salzedo ad practicam, Bernard. Dias cap. 26. verbo sine licentia, vers. oportet*, tamen hodie habemus sacrosanctum Consil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 11. ubi habetur: *Facultates de promovendo à quocumque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam ob quam à proprijs Episcopis ordinari non possint, in literis exprimendâ, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, diligenti prævio examine.* Nisi dicamus text. istum loqui in eo,
- 54 qui literas impetravit, ut à quocumque Episcopo posset promoveri, quia tunc requiritur, quod in literis exprimat causa, ob quam non possit à proprio ordinari; non autem loqui in proprio Episcopo dimittente subditos, ut ab alijs Episcopis ordinentur, & in his terminis servabitur dispositio *d. cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* in quibus aliud de consuetudine observatur.
- 55 Episcopus autem, qui invitatus accedit pro ordinandis Clericis ad aliam diœcesim, debet habere expensas, ut docent *Archid. num. 2. Turrecremata n. ultim. & Bellamera in cap. nullus primas 9. question. 2. Archidiacon. Ioann. Andr. Dominic. num. 6. in cap. si Episcopus, de offic. ordinarij, lib. 6. Jacobus de Graffis 2. part. lib. 1. decisionum aurearum, cap. 10. num. 3.* ex quibus infertur declaratio ad *Concil. Tridentin. sess. 14. de reformation. cap. 2.* dum admittit Episcopos titulares posse in aliena diœcesi ordines ministrare de consensu proprij Episcopi, & subditis ejus, ut

possint obtinere expensas.

ALLEGATIO VI.

An Ordo Clericalis nobilitet.

SUMMARIUM.

- 1 *An ordo Clericatus nobilitet.*
- 2 *Ordo Clericalis est maior quacumque alia dignitate, vel honore seculari.*
- 3 *Clerici dicuntur egregie personæ, saltē Presbyteri, & Diaconi, nec tenentur venire ad domum Judicis proferendo testimonium, sed sunt interrogandi in domo sua.*
- 4 *Clerici precedunt religiosos in processionibus, & sessionibus, Clericus secularis præfertur regulari.*
- 5 *Dignior est ordo Clericorum, quam Monachorum.*
- 6 *Hæc præferentia competit Clericis in minoribus ordinibus constitutis.*
- 7 *Clerici sunt nobiles in larga significatione ratione officij, quod exercent, non in propria, & vera nobilitate.*
- 8 *In Clerici primæ tonsuræ, vel minorum ordinum non datur nobilitas.*
- 9 *Agitur de intellectu Ord. lib. 4. tit. 92. §. 2. ad fin.*
- 10 *Possunt filij naturales patris peditis in Regno Lusitano succedere in ejus bonis, etiam cū legitimis, quādo sunt suscepti à soluto, & soluta, inter quos poterat matrimoniū cōsistere, si velint.*
- 11 *Eam legem fecit Rex Dominus Dionysius, & approbarunt Rex Dominus Emmanuel, & Serenissimus, & Catholicus Rex Philippus II. & n. 12.*
- 13 *Verba Ordin. novæ d. tit. 92. in principio, ibi: Ou alhea, fuerunt addita ad Ordin. antiquam.*
- 14 *Ordin. antiqua, quæ loquebatur de filio suscepto ex propria serva, etiam intelligebatur de filio suscepto ex homine peditæ, & serva aliena.*
- 15 *Illa dispositio admittens filios peditis ad ejus successionem, etiam intelligitur de nepotibus.*

Re-

ALLEGATIO VI.

17

- 16 Requiritur tamen, ut talis filius susceptus ex serua propria, vel aliena, liber reperiatur tempore mortis patris.
- 17 Illa Ord. dicitur favorabilis filijs naturalibus.
- 18 An sit contra jus commune, disputatur, & n. 19.
- 20 Defenditur ab impugnatione.
- 21 Non licet disputare de ejus validitate, & est recepta à populo Lusitano per tot secula.
- 22 In favorem partus attenditur tempus, quod ei utilius est, vel conceptionis, vel nativitatis.
- Ibid. Ut filius naturalis succedat patri, attenditur tempus, quo nascitur.
- 23 Verba geminata legis excludunt aliam interpretationem.
- 24 Successio ab intestato non datur filijs naturalibus in hereditate patris.
- 25 Ea dispositio juris communis limitata est per Ordin. in filijs peditum naturalibus.
- 26 Talis filius, si prætereatur, vel sine causa exheredetur, potest testamentum impugnare saltem ut duas partes bonorum ab heredibus auferat, & n. 27.
- 28 Filius naturalis patris in minoribus constituti in ejus bonis succedit, nec propterea quod habeat ordines, reputatur pro Cavaleiro, quoad hunc effectum.
- 29 Filijs suscepti à patre plebeio soluto, & matre soluta, inter quos non erat aliud impedimentum ad contrahendum matrimonium, in ejus bonis succedet, non obstante, quod pater sit constitutus in minoribus, sive eos habeat tempore quo genuit, sive eos susceptos haberet tempore nativitatis.
- 30 Clerici in minoribus soluti non sunt nobiles ex solo Clericatu, nisi aliunde habeant nobilitatem.
- 31 Nobilitas non præsumitur, nisi probetur.
- 32 Ordines minores non impediunt sic in illis ordinatum matrimonium contrahere.
- 33 Naturales dicuntur nati ex illis, inter quos poterat matrimonium consistere.

- 34 Ampliatur, licet talis Clericus in minoribus habeat beneficium, quia non impedit matrimonium contrahere, & num. 37.
- 35 Beneficiatus contrahendo matrimonium amittit beneficium, & n. 38.
- 36 Ampliatur Ordin. dicto titul. 92. §. 1. ad finem.
- 39 Susceptus à patre Clerico in maioribus ordinibus constituto, vel ab eo qui tempore nativitatis sacros ordines habere reperitur, non erit hæres ejus.

IN hac allegatione inquirendum est, an ordo Clericatus nobilitet: in quo pars affirmativa, quod nobilitet, tenenda est ex cap. denique 4. dist. cap. reperiuntur in fin. 1. quæst. 1. & docent Host. Joan. Andr. n. 3. Bellamera in primo notabil. Anchar. in princip. & alij, in cap. eo libentius, per text. ibi de serv. non ordinand. Tiraq. de nobilit. cap. 9. n. 4. Fulvius Pacian. lib. 2. de probat. cap. 34. n. 4. Et est maior quacunque alia dignitate, vel honore sæculari, gloss. cap. sedes, verbo maiores, de rescript. Bart. cons. 180. col. 2. vers. præterea, quem sequuntur Ias. in L. generaliter, column. 2. ff. de in jus vocand. Tiraq. d. cap. 9. n. 4. Alex. de Nevo, in cap. quia nonnulli n. 23. de Cleric. non resident. Petrus Tolosan. lib. 4. de part. jur. Cononic. tit. 8. c. 6. gloss. 5. Pacian. d. cap. 34. n. 5.

Hinc descendit, quod etiam dicuntur egregiæ personæ, saltem Presbyteri, & Diaconi, nec tenentur venire ad domum judicis proferendo testimonio, sed sunt interrogandi in domo sua, ex L. ad egregias ff. de jurejur. Speculat. de teste, §. quid de Presbytero, Vincentius Carocius de juramento decisivo 5. quæstion. 13. principal. numer. 3. Hinc etiam descendit, quod Clerici præcedunt religiosos omnes, tam in processionibus, quam in sessionibus, ut docent Philip. Port. cons. 164. num. 88. lib. 1. Cesar Lambert. de jure patron. lib. 3. quæst. 1. art. 2. n. 5. ex multis comprobatur Menchag. controversiar. illustr. in præfationibus, num. 95. Didac. Perusin. lib. 1. tit.

tit. 3. *Ordinamenti, Leg. 1. pagin. 106.* Clericus enim sæcularis præfertur regulari, & ideo præcedit regularē, notatur in *c. legi epistola, & §. alia 16. quæst. 1. Joan. Andr. in regul. delictum lib. 6. in mercurialib. & dicit gloss. in c. qualiter*
 5 *2: de accusation. in schol. ult. quod dignior est coetus Clericorum, quam Monachorum, ergo honorabilior, Cassan. Cathalog. gloriæ mundi 4. part. consider. 51.*
 6 *ubi alijs confirmat: & hæc præferentia etiam competit Clericis in minoribus ordinibus institutis, ut advertit Peres loco citato, vers. nomine etiam, Cæphal. cõs. 615. num. 29.*

7 Sed quod attinet ad dignitatem, intelligendum est non de propria, & vera nobilitate, sed de larga, quam habent ratione officij, quod exercent, & prærogativa quam habent præ alijs laicis ex *gloss. cap. 3. verbo dignitate, de Cleric. non residentib. ubi Abb. n. 6. Selva. de benef. 1. part. in quæst. 2. in vers. septimum beneficium ad fin. Aymon. cõs. 616. n. 14. lib. 4. Pacian. d. c. 34. n. 6.*

8 Rursus in clericis in minoribus ordinibus constitutis, vel in prima tonsura initiatis, non datur nobilitas, quia Clericatus ipse de se propriè non nobilitat, neque propriam confert dignitatem, ut ultra supradiçta probat text. in *cap. statutum, de rescript. lib. 6. Avend. respons. 17. num. 1. & probatur ex Ord. Lusitan. lib. 4. titul. 92. §. 2. ad fin. ibi: E posto que o peão tenha ordens, naõ serà por isso havido por Cavalleiro.*

9 Ad inductionem hujus Ord. sciendum est, quod apud Lusitanos cautum est, quod filij suscepti ab homine pedite soluto, & matre soluta, inter quos non erat aliquod impedimentum Canonicum, quod impedire posset eos matrimonium contrahere, si vellent, possent succedere in bonis patris etiam cum alijs legitimis filijs, & hanc legem fecit Rex
 10 *D. Dionys. ut refert Oduardus Nonius Senator Regius in ejus Chronica fol. 127. pagin. 2. ante finem: eam approbavit Serenissimus Rex Emmanuel in Ord. lib. 4. tit. 71. in antiquis. de ea agunt Pinel.*

Rub. Cod. de bon. matern. 2. part. num. 8. Alvar. Valasc. consult. 94. numer. 1. Molin. Theolog. 1. tomo de justitia. & jure, disputat. 166. vers. de jure hujus Lusitania, Costa in cap. si pater, 1. parit. verbo si absque liberis num. 37. de testament. lib. 6. eandem legem approbavit Serenissimus, & Catholicus Rex Philippus
 12 *in Ordinac. nova lib. 4. titul. 92 in princip. & ejus contextura talis est: Se algum homem houver ajuntamento com alguma mulher solteira, ou tiver huma so manceba, nam havendo entre elles parentesco. ou impedimento, para que nam possaõ ambos casar, havendo de cada huma dellas filhos: os taes filhos saõ havidos por naturaes; e se o pay for peão, succederlhe haõ. E viraõ à sua herança iguالمême com os filios legitimos, se os o pay tiver: e naõ havendo filhos legitimos, herdaráõ os naturaes todos os bens, e herança de seu pay, salvo a terça, se o pay a tomar, da qual poderà dispor como lhe aprouver: e isto mesmo haverà lugar no filho que o homem solteiro peão houver de alguma escrava sua, ou albea, se por morte de seu pay ficar forro.*

Obiter advertendum est, quod ea
 13 *verba Ou albea, fuerunt addita in nova Ordinatione, nam non erant in L. antiqua stabilita per prædictos Reges licet eam ad filium susceptum expedit, & serva aliena, ut etiam patri*
 14 *succedere posset, si per ejus mortem inventus sit à servitute liberatus, intelligendam fore tenebant Gama dec. 86 & decis. 312. Molin. Theolog. 1 tom. de just. & jure, disputat. 166. vers. ut ad filiũ,*
 15 *& extenditur ad nepotes susceptos ex filio pedite, & ex muliere, cum qua poterat matrimonium contrahere, ut per Gamam dec. 312. & 317. Cabed. decis. 100. 1. part. requiritur tamen, ut filius ille naturalis susceptus tam ex serva propria, quam ex aliena, liber reperiat, nec satis erit, ut patris hæreditatem obtineat, si post ejus mortem ab ejus hæredibus, vel ab alijs libertatem accipiat, ex Gam. dict. decis. 86. Molin. dict. verb. ut ad filiũ: & eam legem favorabilem esse*
 16 *fi-*

17 filijs naturalibus, asserunt *Gama decis.* 167. *ad finem*: & *Cabed. dict. decis.* 100. num. 10.

18 Nec obstabit si dicas eam Ordinari esse contra jus commune, quo attento non valet statutum, vel lex admittens filios spurios, vel etiam naturales tantum succedere, ut legitimos, vel cum legitimis filijs, & naturalibus simul, juxta illud *Genesis* 21. de Sara ad Abraham: *Ejice ancillam hanc, & filium ejus, non erit enim filius ancillae cum filio meo Isaac*: refertur per *Divum Paulum ad Galatas*, cap. 4. & in cap. non omnis mulier

19 32. q. uæstion. 2. & in cap. dicat aliquis 32. quæstion. 4. *Bart. L. 3. ad finem, ff. de testam. Bald. L. 1. num. 13. Codic. de naturalib. liber. Rojas de succesionib. cap. 11. à num. 4. Valasc. de consult. 94.*

20 num. 9. quia hujusmodi lex condita est per Reges Catholicos non recognoscentes superiorem, & de quibus non est credendum voluisse favere peccato, nec ei nutrimentum dare, sed tantum voluisse filijs peditum providere, ut etiam patri, vel soli, vel cum filijs legitimis naturalibus hæredes essent, nec nobis de ejus validitate disputare licet ex *L. 2. Cod. de crimin. sacrileg.* & recepta est à populo Lusitano per tot sæcula sine ulla disputatione, & in §. 1. disponit *Ord. d. titul. 92.* in hæc verba: *Se ao tempo que os taes filhos nascerem, o payfor Cavalleiro, ou Escudeiro, ou de outra semelhaete condição, que costume andar a cavallo, não sendo o que assim costuma andar a cavallo official mecanico, nem bavido, e tratado por peão, não herdará os taes filhos sua herança, nem entrarão à partilha com os filhos legitimos, nem com outros legitimos ascendentes; e não tendo o pay descendentes, nem ascendentes legitimos, poderá dispor de todos seus bês, como quizer, e falecendo sem testamento, herdará os seus bens os parentes mais chegados, e não os filhos naturaes, porque os filhos naturaes não podem herdar ab intestado a seus pays, salvo se ao tempo que nascerem, forem seus pays pe-aens, como dito he.*

21 *Cod. de crimin. sacrileg.* & recepta est à populo Lusitano per tot sæcula sine ulla disputatione, & in §. 1. disponit *Ord. d. titul. 92.* in hæc verba: *Se ao tempo que os taes filhos nascerem, o payfor Cavalleiro, ou Escudeiro, ou de outra semelhaete condição, que costume andar a cavallo, não sendo o que assim costuma andar a cavallo official mecanico, nem bavido, e tratado por peão, não herdará os taes filhos sua herança, nem entrarão à partilha com os filhos legitimos, nem com outros legitimos ascendentes; e não tendo o pay descendentes, nem ascendentes legitimos, poderá dispor de todos seus bês, como quizer, e falecendo sem testamento, herdará os seus bens os parentes mais chegados, e não os filhos naturaes, porque os filhos naturaes não podem herdar ab intestado a seus pays, salvo se ao tempo que nascerem, forem seus pays pe-aens, como dito he.*

Circa hanc Ordin. advertendum est, quod licet in favorem partus inspiciendum sit tempus, quod ei utilius fuerit, vel conceptionis, vel nativitaris, ex *L. & servorum ff. de statu homin. §. 1. Instit. de ingenuis*, ubi *Portius n. 1. Faber. Angel. Mynsinger. Joan Ovinus.* tamen respectu filij naturalis ad succedendum patri pediti, non debet haberi talis respectus, sed solum ad tempus nativitatis, an eo tempore sit pater adhuc plebeius, an verò ascenderit ad qualitatem de *Cavalleiro*, vel de *Escudeiro*; sic enim per verba geminata disposuit, & ideo non admittitur alia interpretatio, ex *L. Balista, cum ibi notatis, ff. ad Trebellian. Roman. in §. de viro, L. si verò limitation. 31. ff. solut. Matrim. Camil. Gallin. lib. 9. de verbor. signific. cap. 15. num. 4.*

Facit; quia de jure communi successio ab intestato non datur filijs naturalibus in hæreditate patris ex *L. fin. C. de naturalibus liber. ibi: fura etenim ab intestato in avi successionem nemini eorum penitus aperimus.* Et ibi notant *Angel. & Salicet. Gama decis. 11. num. 6.* Sed per Ordinationem ea dispositio juris communis limitata est in filijs peditum, dummodo tempore nativitatis filij pater non sit factus *Cavalleiro*, vel *Escudeiro*; & talis filius peditis si nascatur ex patre retento in peditatu, & ab eo sit præteritus, vel sine causa justa ex hæredatus, potest impugnare ejus testamentum, saltem ut duas partes bonorum ejus ab hæredibus institutis auferat, ut docent circa *Ordin. Regiam, in titul. 71. lib. 4. in antiq. Pinel. Rub. Codic. de bonis matern. 2. part. numer. 8. ad fin. Alvar. Valasc. dicta consult. 94. Molin. Theolog. disput. 66. & disput. 175. vers. quin & dispositio.*

Ne autem videretur, quod eadem prærogativa pater factus Clericus in minoribus uti possit quasi reputandus sit, ac si habeat qualitatem illam de *Cavalleiro*, ou de *Escudeiro*, arguendo á militia sæculari ad militiam cælestem, ex *L. miles, cum ibi notatis, ff. de re judicat.*

- fecit eam declarationem in d. §. 1. ad fin. ibi: *E posto que o pay tenha ordens menores, não será por isso havido por Cavalleiro quanto a este caso*; atque ita filii naturales à parte plebeio soluto, & matre soluta, inter quos non erat impedimentum matrimonium contrahere, in ejus bonis succedent, non obstante, quòd pater sit constitutus in minoribus ordinibus, sive jam eos haberet tempore quo genuit, sive eos susceptos haberet tempore nativitatis.
- 30 Ex quibus inferuntur duo notabilia: primum, quòd Clerici in minoribus ex solo Clericatu non sunt nobiles, nisi aliqua alia qualitas eis insit, quæ præstet nobilitatem; quæ non præsumitur, nisi probetur. *Gama decis. 86. numer. ultim. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 1094. Azeved. L. 4. titul. 2. à numer. 23. lib. 6. novæ collect. Fulvius Pacian. lib. 2. de probat. cap. 26. Gutierr. lib. 3. practicar. quest. cap. 14. numer. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 60.*
- 31 Secundum notabile est, quòd minores ordines non impediunt sic in illis ordinatum matrimonium contrahere, & uxorem ducere, ex *cap. 1. cap. 3. de Cler. conjugat.* & ideo ex illis suscepti, & muliere soluta, cum qua poterat matrimonium consistere, dicuntur naturales, quia naturales dicuntur suscepti ab illis, inter quos matrimonium poterat consistere, secundum veram naturalitatem, & communem usum loquendi, & æquitatem Canonicam, ex *Bald. cons. 129. n. 3. lib. 2. Fas. consil. 51. lib. 3. idque consuetudine totius orbis esse receptum asserit Padilha in L. cum acutissimi, n. 34. Cod. de fideicommiss. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 4. numer. 3. Mascard. lib. 2. de probat. conclus. 799. Molina Theolog. 1. tomo de just. & jure, disp. 166. vers. illud vero, & disputat. 167. in prima conclus. Pichard. Instit. de hereditatib. quæ ab intestato deferuntur, sub titulo, an Clericorum spurij filii matribus, fol. 1318. numer. 18.*
- 32 Quid ampliatur etiam in ijs Clericis in minoribus, qui habent beneficium; quia non impedit matrimonium contrahere, licet talis beneficiatus contrahens matrimonium beneficium amittat, ut probatur in d. cap. 1. & cap. 3. de Cleric. conjug. cõtra Bart. in L. in concubinato, num. 5. vers. ad questionem princip. ff. de concubin. quem sequuntur citati per eundem Padilha d. L. cum acutissimi, n. 36. Sarmient. lib. 1. selectarum interpretat. cap. 5. n. 7. & num. 9. Henriquez lib. 11. de Sacrament. præstand. cap. 20. §. 3. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 2. numer. 4. Dueñ. regul. 350. fallent. 7. Tellius Fernand. L. 9. Taur. à numer. 34. Padilha dicto num. 36. Ioan. Rojas de successione. cap. 27. numer. 20. & 21. Spinus de testament. gloss. 16. principal. n. 93. Joan. Gutierr. practicarum quest. lib. 2. quest. 104. Azeved. L. 6. titul. 8. n. 3. lib. 5. novæ collect. Pichard. ubi supra n. 18. & 19. Faquin. lib. 3. controvers. juris cap. 52.
- 33 Ex quibus jam ampliatur Ord. dicto titul. 92. §. 1. ad fin. ut non solum procedat in Clerico soluto in minoribus sine beneficio, sed etiam & in eo, qui est in minoribus, & habet beneficium, cum vere dicantur filij naturales suscepti ex muliere soluta, cum qua poterat matrimonium contrahere, & beneficium respectu successionis non mutaverit conditionem patris de plebeio in conditionem de Cavalleiro, ou de Escudeiro, nec impedierit nuptias appetere perdendo beneficium, ut etiam docent *Paris. cons. 4. n. ultim. lib. 4. & alter Paris. de resignation. beneficior. lib. 1. q. 1. n. 11.*
- 34 Dum autem Ordin. de Clerico in minoribus loquuta est, infertur, quòd filius susceptus à patre Clerico maioribus ordinibus insignito, vel ab eo, qui tempore nativitatis suæ sacros ordines habere reperitur, non erit hæres patris, cum nascatur in tempore, quo pater propter maiores ordines, quos habet, nõ posset contrahere matrimonium cum ea muliere, ex qua eum procreavit, quia ordo sacer impedit, & est veritas Catholica, *cap. ut lex 27. quest. 1. cap. 1. & cap. 2. qui Clerici, vel voventes, capit. unico*

ALLEGATIO VII.

21

nico de voto, lib. 6. & est definitum per sacrum Consil. Tridentin. sess. 24. canon. 6. Thomas Sanchez lib. 7. de impedimentis matrimonij disput. 8. à n. 2. tum quia tempore natiuitatis pater nobilis repetitur, & non pedes, quia sacer ordo nobilitat, & nobilem facit eum, qui eo decoratus est, ut deduxi in allegatione præfenti, in principio, & ita est tenendum,

tas parentum à primis infantie annis Clericatus officio mæcipaverit, id statui-
mus observandum, ut mox de tonsi, vel mi-
nisterio lectorum traditi in domo Eccle-
siae, sub Episcopali præsentia à præposito
sibi debeant erudiri.

In hoc text. gloss. verba lectorum,
dicit, quod nomine lectoris ibi compre-
henduntur omnes ordines minores ex
text. quem citat, in cap. 25. distinct. & in
verbo infantie legit. id est pueritiæ,
quia infantia non durat, nisi usque ad
septenium, L. si infanti, Cod. de jure
deliberand. & hanc expositionem sequun-
tur in dicto cap. de his, Archidiacon. n. 6.
Turrecremata n. 1. Perucin. notab. 1. &
in gloss. 1. gloss. in §. pupillus, verbo in-
fans, Inst. de inutilib. stipulat. Brisson.
lib. 9. de verb. sign. verbo infans, Prate-
us in suo Lexicon, verbo infans, Calepin.
verbo infans.

Ex hac doctrina inferunt, quod pue-
ri possunt habere beneficia Ecclesiasti-
ca, & promoveri, ex text. in cap. cum in
singulis 77. distinct. & sequuntur hanc
doctrinam Innocent. cap. 2. de temporib.
ordinand. Sanctus Raymund. lib. 3. sue
summe, sub tit. de ætate ordinandor.
fol. 303. §. 1. probatur in cap. super
ordinata. de præbend. & in cap. nullus,
& ibi gloss. verbo infanti, & Dominic.
n. 9. de tempor. ordinandor. lib. 6. Sta-
phil. de literis gratiæ, & justit. sub tit.
de qualitate, & instit. beneficior. n. 36.
gloss. L. 2. tit. 3. partit. 1. Cesar Lam-
bertin. de jure patron. lib. 2. partit. 1. ar-
ticul. 26. quæst. 7. princip. n. 5. Ioann.
Gutierrez. cannon quæstion lib. 1. cap. 26.
n. 2. Henriq. lib. 10. de Sacram. ordin.
cap. 19. §. 1.

Minor vero septennio, & ita consti-
tutus in infantia, nec tonsuram accipe-
re, nec beneficium habere poterat, cap.
cum adeo, de rescript. cap. ultim. de tem-
porib. ordinandor. lib. 6. ubi ita habetur:
Nullus Episcopus, vel quisvis alius
infanti, (nisi fortè religionem intraret)
seu illiterato, sed nec absque sui superio-
ris licentia homini diæcesis alienæ, Cle-
ricalem præsumant conferre tonsuram,
nec

ALLEGATIO VII.

Qua ætate quis possit obtinere ordi-
nes, & beneficium.

SUMMARIUM.

- 1 De jure comuni maior septennio po-
terat promoveri ad ordines.
- 2 Nomine lectoris comprehenduntur
omnes ordines minores.
- 3 Infantia durat usque ad septenium.
- 4 Pueri possunt habere beneficia Eccle-
siastica, & promoveri.
- 5 Minor septenio, & constitutus in in-
fantia, nec primam tonsuram, nec be-
neficium habere poterat.
- 6 Est incongruum infantibus beneficia
habere.
- 7 Est contra jus naturale, & divinum.
- 8 In Ecclesia Cathedrali an minor qua-
tuordecim annis possit obtinere benefi-
cium, remissivè.
- 9 Maior septenio reputatur idoneus,
etiam ad Canonicatum Ecclesie Ca-
thedralis. Quod per Gregor. XI. fuit
immutatū, ut prebende Cathedrales
non essent conferendæ, nisi habentibus
quatuordecim annos.
- 10 Nullus ante quatuordecim annos po-
test habere beneficium Ecclesiasticum
stante decreto Concilij.
- 11 Nisi in eo dispensetur.

Sciendum est, quod de jure maior
septennio poterat promoveri ad
ordines, & habere beneficium sim-
plex, ut probat text. in cap. de his 28. dis-
tinct. ubi ita habetur: De his quos volun-

- nec etiam conjugato, nisi volenti religionem intrare, aut ad sacros ordines promoveri, prout est in sacris canonibus definitum, qui contrafecerit, ut in eo (in quo peccaverit, puniatur) per unum annum à collatione Clericalis tonsuræ dumtaxat, noverit se suspensum. Docent Rebuff. in praxi beneficiar. sub titulo de dispensat. ratione, num. 1. Joan. Cephal. 6 conf. 572. num. 1. lib. 4. Est enim incongruum pueris beneficia conferri, Domin. de Soto de just. & jure, lib. 3. quæst. 6. art. 2. ad finem, gloss. 1. L. 3. titul. 16. 7 p. 1. Rebuff. ubi proximè, dicens hoc esse contra jus naturale, & divinum, ut qui loqui nesciat, alios doceat, & regat, capit. in decorum de ætate, & qualitat. & facit illud Ecclesiastes, cap. 10. *Væ terræ, cujus Rex est puer*, Jacob. de Graff. lib. 1. 2. tom. cap. 11. num. 17. declarando, ut per Vegam de Sacramento ordin. cap. 14. n. 33.
- 8 In ecclesia autem cathedrali an minor annis quatuordecim possit obtinere beneficium, tradunt. gloss. pen. Archid. Domin. num. 8. Franc. num. 10. in cap. si eo tempore de rescript. lib. 6. glossa verbo Canonium, in cap. statutum, in princip. eodem titulo: idem habetur in d. cap. super inordinata, in cap. cum ex eo de elect. lib. 6. & ibi glossa, verbo in tua, Rota decision. 1. & 2. de ætate, & qualitate, in antiq. Jacobus Puteus decis. 339. n. 3. lib. 1. gloss. 2. dicta L. 3. titul. 16. part. 1. Staphil. de literis gratiæ, & just. sub titulo de qualitate, & statu beneficiorum num. 36. ubi docet, quod maior septennio idoneus reputatur etiam ad canonicatum Ecclesiæ cathedralis, ex d. cap. si eo tempore, & gloss. d. capit. ex eo, Rota decis. 204. incipit: *Quod minor, de ætat. & qualitat. in antiq.* licet per unam regulam Cancellariæ factam per Gregor. XI. aliter caveretur, videlicet, quod præbendæ Ecclesiæ cathedralis, non nisi habentibus annos quatuordecim essent conferendæ.
- 10 Hoc tamen circa beneficia immutatum est per sacrosantum Concilium Tridentin. sess. 23. in decreto de reform. c. 6.

in 1. part. in qua disponitur, quod nullus ante decimum quartum annum possit illud obtinere, quia ætas ea discretæ reputatur ad beneficium, d. cap. super ordinata de præbendis, Gomes cap. ult. de judic. lib. 6. num. 41. & ita in terminis nostri decreti tenent, & advertunt Pet. Pecb. in regula beneficium, n. 27. vers. cæterum quid in istis lib. 6. Borgnin. Cavalcan. decis. 29. n. 1. Joann. Gutierrez. canonic. quæst. p. 1. cap. 2. n. 33. Henric. de Sacramento ordin. lib. 10. cap. 19. §. 1. Jacob. de Graff. lib. 2. casuum conscient. cap. 51. n. 8. in 1. tom. Cardinal. Toletan. in summa de Sacerdotib. lib. 5. cap. 79. vers. 3. Paris. lib. 4. de resign. benefic. quæst. 1. num. 7. & quæst. 11. n. 13. Hieron. Cavall. de communib. contra communes, quæst. 523. n. 3. Ledesma, verbo Ordo, cap. 7. vers. de la prima. Nisi illud habeat ex dispensatione. 11 Staph. d. n. 36. Boer. dec. 350 n. 2. Rebuff. in praxi benefic. titul. de dispensat. ratione ætatis, n. 1. Flamin. lib. 3. de resignation. benefic. quæst. 7. num. 65. & 66. adjungens, quod hodie dispensatio hujusmodi non conceditur.

ALLEGATIO VIII.

An sufficiat annus quatuordecimus attigisse, ut possit beneficium obtinere, an requiratur, quod sit completus.

SUMMARIUM.

- 1 An sufficiat annus quatuordecimus attigisse, ut possit beneficium Ecclesiasticum obtinere, disputatur.
- 2 Quando intelligatur, quod annus debet esse completus.
- 3 In terminis Consilij sufficit, quod minores attingant annus quatuordecimus, & num. 4.
- 4 Præpositio ante solet includere illud, cui præponitur.
- 5 Ubi annus non requiritur completus, sufficit attigisse.

ALLEGATIO VIII.

23

- 6 Quæ ætas requiratur ad maiora beneficia, & ad officia secularia, remissivè.
- 7 In Lusitania declaratur ætas ad exercenda officia secularia secundùm legem Regni.
- 8 Vers. E sendo, novæ Ord. additus est ad antiquam Ord.
- 9 Illa Ordinatio requirit ætatem vintiquinque ãnorum esse completam.
- 10 In hoc articulo discrepat Ord. à iurerecommuni.
- 11 Non verificatur ea ætas in eo, qui veniam ætatis impetravit.
- 12 Limitatur in ijs locis ubi defecerint homines incolæ maiores 25. annor.
- 13 Ratione penuriæ laxatur juris rigor.
- 14 Exemplificatur in parvis oppidis, & municipijs.
- 15 Pupilli non admittuntur ad officia exercenda, nec in defectum.
- 16 Declaratur Ordin. lib. 1. tit. 93. excludens minores vintiquinque annis completis ab hujusmodi officijs.
- 17 In officijs Reipublicæ, & muneribus personalibus, quæ requirunt discretionem, prudentiam, & cõsiliũ, non admittitur minor; in alijs autem, quæ non requirunt discretionem, nec cõsiliũ, vocantur etiam minores.
- 18 Quod maiores, & non minores, admittantur ad regimen Reipublicæ, est illius favor.
- 19 Forenses non vocantur ad gubernandam, & administrandam Rempub.
- 20 Quod dictum est de eo, qui veniam ætatis impetravit, admittitur etiam in uxorato, antequam compleat annũ 25. & n. 24.
- 21 Equiparantur minor, qui veniam ætatis impetravit, & minor uxoratus ætate 20. annorum.
- 22 Uterque maior 25. annorum habetur in omni casu, præterquam in alienatione bonorum immobilium.
- 23 Is qui veniam ætatis impetravit, & uxoratus minor, non possunt facere bonorũ immobilium alienationem, absq; decreto iudicis.
- 25 Ubi aliqui casus sunt equiparati, dispositum in uno, censetur dispositum in alio.
- 26 Una determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare.
- 27 Minores 18. annorum excusantur à servitio belli, vel militiæ.
- 28 Apud Castelanos excusantur minores quatuordecim annorum.
- 29 Licet ea ætas excuset, relinquitur tamen arbitrio maioris ducis, vel capitanei, an debeant excusari.
- 30 Circa senilem ætatem differunt leges Castellæ, & Lusitaniæ.
- 31 Ætas 55. annorum excusat à muneribus personalibus.
- 32 Senex est, qui sexaginta, vel septuaginta annos habet.
- 33 Ordin. d. tit. 93. prohibens minores ante vigesimum quintum annum exercere officia justitiæ, & patrimonij, non procedit quando Rex dispensaverit.
- 34 Non sufficit simplex scientia Principis, nec uti alijs clausulis, ut dicatur dispensatum, d. n. 33. nisi de ea fecerit mentionem.
- 35 Ord. nulla censetur derogata per speciale rescriptum, nisi de ea fecerit mentionem summariam in eodem rescripto.
- 36 Nec aliter valet rescriptum, & impetrans incurrit pœnas impetrantis per falsam informationem.
- 37 Refertur contextus Ordin. lib. 2. tit. 44. in novis.

AN autem sufficiat minorem attingisse decimum quartum annum, ut possit obtinere beneficium Ecclesiasticũ, an requiratur, quod ille decimus quartus annus sit finitus, & completus, quia in decreto superiori allegatione citato Concilium illud non declarat expressè, controversi potest, nam in terminis regulæ Cancellariæ factæ per Gregor. XI. tenebatur, quod annus non haberetur pro completo, quia concepta erat per illa verba, nonnisi habentibus quatuordecim annos, & ita in hac formula requiritur annus completus, ex L.

ß

si cui ita legetur 51. ff. de legat. 1. L. 3. §. non minorem ff. de minorib. & domini de Rota decis. 324. incipit supposita Ord. in novis, Steph. de liter. gratiæ, sub titulo de qualitat. & statu benefic. Ægid. Bellamer. dec. 726. incipit supposita Ordinatione, sicut requiritur in alijs casibus, quos congerunt Bart. & Iason. d. n. 8. in dict. L. sicui, Jacob. de Graff. lib. 1. 2. part. decision. aurear. conscient. cap. 11. num. 12. Alciat. in L. anniculus 134. ff. de verbor. signif. Cæterum in terminis decreti Tridentini tenendum est sufficere, quod minores attingant annum decimum quartum ad obtinendum beneficium, licet non compleverint: quod ostenditur ex eo; quia Concilium utitur illa præpositione, ante, quæ solet excludere illud, cui præponitur, ut docent Aul. Gel. noct. atticar. lib. 12. cap. 13. Alciat. d. L. anniculus num. 3. Bart. L. 2. §. creditorem n. 7. ff. si cert. pet. Prateus in suo Lexicon juris verbo ante, & ita tenent gloss. fin. in Clem. ult. de ætat. & qualit. & ibi Imol. num. 17. Navarr. in Manual. Latin. cap. 25. n. 116. Didac. de Spin. de testament. gl. 3. princip. num. 47. & hæc est receptissima usu, atque praxi observata ut testatur in terminis decreti Concil. Trident. Joan. Gut. d. cap. 26. num. 12. dicens pro ea sæpissimè consuluisse, & judicasse: eam tenent Henriq. d. cap. 29. §. 1. dicens ita declarasse dominos Cardinales, & Jacob. de Graff. d. num. 12. ad fin. & Hieronym. Cæval. d. quæst. 523. num. 4. testatus sufficere, quod decimus quartus annus sit inceptus, licet non sit completus, ex L. qua ætate, ff. de testam. L. ad Rempub. ff. de munerib. & honorib. & ultra hæc jura adducit in argumentum text. in sacrosanct. Concil. Trid. sess. 25. cap. 15. quod etiam adducit Jacob. de Graff. d. num. 12. & Navarr. consil. 6. lib. 1. de ætat. & qualit. & sic ubi illud de anno non completo cavetur, contrarium censetur dispositum L. cum prætor, ff. de jud. & subjungit Hier. Cæval. quæ ita cõmuniter practicatur in Concil. Illustrissimi Archiepiscopi To-

letani per integerrimos illius Judices: idem repetit Cæval. quæst. 697. num. 18. ubi num. 19. extendit ad capellaniam, quæ beneficium est, ut per Selvam de benefic. 1. part. quæst. 2. Paris de resignation. beneficior. lib. 2. quæstion. 1. n. 119. declarando tamen, ut per Petrum Tholojan. de re benefic. cap. 11. n. 10.

In d. Clem. ultim. de ætat. & qualit. refert Anchar. num. 1. quæ ætas requiratur in promovendis ad beneficia suprema, ut Episcopatus, & maiora dignitatum Abbatiarum, & aliarum curatarum, sine cura, & in assumendis ad officia sæcularia, vel ad actus legitimos, sive ad alios quoscumque, quæ ætas requiratur, longum esset potius, quàm subtile, per singula discurrere, & remittit ad L. 1. §. pueritiam ff. de postuland. & ad L. quidam consulebat, ff. de re judic. & ad cap. cum vigesimum de officio delegat.

In Lusitania tamen circa officia secularia adest Ordin. lib. 1. titul. 93. ubi ita cavetur: Mandamos que nenhuma pessoa sirva officio algum de justiça, nem de fazenda, de qualquer qualidade que seja, nem de governança das Cidades, Villas, e Lugares de nossos Reynos, que lbe seja dado, nem o possa servir em nome de outrem, posto que tenha licença de nós para isso, naõ passando de idade de vinte, e cinco annos; e fazendo o contrario perca o officio, se for seu, e nunca mais o baja, e naõ sendo seu, perderá a estimação delle, ametade para quem o accusar, e outra ametade para os cativos; e sendo Juiz dos Orçaõs será de idade de trinta annos, e dahi para cima. Quod idem disponebatur in Ordin. antiq. lib. 1. titul. 73. ubi ille vers. e sendo, non erat insertus, sed additus est in nova compilatione. Circa ætatem judicis pupillorum, ut sit 30. annorum, ut etiam stabilitum est in nova Ord. lib. 1. tit. 87. §. 1.

Hæc Ordin. dum requirit ætatem 25. annorum completam in ijs, qui volunt habere, & exercere aliqua officia sæcularia, tam justitiæ, quàm patrimonij vel Reipublicæ, discrepat á jure communi,

10 in quo sufficiebat attigisse annū 25. *L. ad Rempubicam, ff. de munerib. & honoribus*, ubi *Ulpian.* habet: *Ad Rempubicam administrandam ante 25. annum, vel ad munera, quæ non patrimonij sunt, vel honores, admitti minores non oportet, denique nec decuriones creantur, nec creati suffragiū in curia ferunt: annus autē vigesimus quintus captus pro pleno habetur; hoc enim in honoribus favoris causa constitutum est, ut pro plenis inchoatos accipiamus, sed in his honoribus, in quibus Reipub. quid eis nō committitur. Ceterum cū damno publico honorē eis committi nō est dicendum, etiam cum ipsius minoris pernicie.* Idem tenet ibi *Alber. n. 2. gl. 1. in L. 1. Cod. qui ætate lib. 10.*

11 Nec ea ætas verificatur in eo, qui veniam ætatis impetravit, ex *gl. 1. quam sequitur Platea n. 1. dicens, quod impetratio veniæ, & ætatis, licet proficit quoad administrationem sui patrimonij, & quoad judicia, ut admitatur ut maior, ex L. 2. Cod. de his qui ven. ætatis impetraverunt; non tamen prodest quoad munera publica, ut ibi, licet gl. 2. sentiat contrarium in d. L. 2. idē tenent Soares allegat. 12. n. 7. Padilha L. si quis maior, num. 7. Codic. de transact. Caldas Pereira in L. si curatorem, verbo, hunc contractum, num. 43. Codic. de*

12 *restit. in integr.* quod tamen limitari debet in ijs locis, ubi defecerint homines incolæ maiores vigintiquinque annorum, quia ratione penuriæ laxabitur rigor juris, & admittentur minores, ex *L. non tantum §. minores, & ibi gloss. verbo creati, in d. L. ad Rempubicam, Avend. de legibus pretorem 1. part. cap. 19. n. 16. Azeved. in Curia Pisana, lib. 1. cap. 12. exemplificans in parvis oppidis, & municipijs, Soares d. L. allegat. 12. num. 3. limitando in pupillis, quia hi neque in defectum admittentur, ex L. 1. §. impuberes, ibi: Quamvis necessitas penuriæ hominū cogat, ff. de jure immunitat. gloss. L. ut gradatim §. quoties, verbo, infringitur, ff. de munerib. Alber. Rub. n. 89. ff. eodem tit. Cald. Pereir. in d. L. si curatorem, verbo, hunc contractū; n. 42.*

Ex quibus venit declaranda *Ordin. 16 dicto titul. 93.* excludens minores viginti quinque annis cōpletis ab hujusmodi officijs, & prohibens illis eorum administrationem, ut procedat data copia maiorum, nam aliās stante penuria minores ea ætate admittentur, ne aliās Republica careat administratoribus, & stet sine gubernatore, & redundet in damnum ejus, contra regul. *L. quod favore, Cod. de legibus.* Sunt autem in Republica aliqua officia & munera personalia publica, quæ requirunt discretionem, prudentiam, & consilium, ut est esse decurio, vel habere aliquod regimen, & ad ista non admittitur minor: quædam vero sunt munera publica personalia, in quibus non requiritur magna discretio, nec consilium, ut facere custodiam in porta, vel in muris civitatis, vel similibus, & ad ista vocantur etiam minores, exceptis scholaribus ut docent *Bartol. & Platea in dicta L. 1. n. 2. Cod. qui ætate lib. 10. Azeved. tit. 14. lib. 6. n. 20. nova collection.* Quod igitur maiores, 18 & non minores admittantur ad regimen Reipublicæ, est illius favor: ergo si data penuria hominum, ejus minores non essent admittendi, esset damnum Reipublicæ, & oportebit vocare forenses, 19 qui ad eam gubernandam veniat, quod jura non permittunt, *L. nec ipsi, L. cum neque, Cod. de incolis lib. 1.*

Quod diximus de eo, qui veniam 20 ætatis impetravit, admittendum est etiā in homine uxorato, antequam compleat 25. annum suæ ætatis, quia æquiparantur in hoc Regno Lusitano minor, qui veniam ætatis impetravit, & minor uxoratus 20. annorum, nam uterque maior 25. annis habetur in omni casu, præterquam in alienatione bonorum immobilium, quam non possunt facere absque decreto judicis, ut in minore, qui veniam ætatis impetravit, disponit *Imperator in L. 2. Cod. de his, qui veniam ætat. impetrav. & nova Ordin. Lusitan. lib. 3. tit. 42. §. 2. & in utroque loquendo, loquitur Ordin. nova lib. 1. tit. 87. §. 28. ibi: E havendo o menor tal carta, ou sendo*

casado, e de idade de vinte annos, sendo-lhe seus bens entregues por virtude da tal carta, ou casamento, serà dahi em diante havido por mayor de 25. annos, em tanto, que vendendo elle, ou enlheando, ou obrigãdo algũa possessãõ de raiz com consentimento, e authoridade de justiça, ainda que seja leso, e damnificado, não poderà usar de beneficio de restituicãõ, que por direito he outorgado aos menores quando saõ lesos, e fazendo elle a dita enlheaçãõ, ou obrigaçãõ sem authoridade de justiça o tal contrato serà nullo, e de nenhum valor, assim como se o dito menor não houvesse impetrada a dita charta, ou não fosse casado. *Cald. d. L. si curatorem, verbo lesi, n. 87. vers. ex quibus. Molin. Theolog. 1. tomo de just. & jure, disputat. 224. vers. si tamen, fol. mihi 1390. Muños de Escovar, de ratiociniis cap. 6. num. 25. vers. ego tamen: ego cum hæc æquiparatio versetur*

24 tur circa administrationem bonorũ sibi traditorum, & quoad judicialia, non quoad administrationem Reipublicæ circa ejus honores, & officia administranda, & exercenda: quod idẽ diximus in eo, qui veniam ætatis impetravit, ut ante vigesimum quintum annum completum, ad administranda Reipublicæ officia non admittatur, pariter admittetur in uxorato 20. annorum, antequã

25 compleat 25. annos; quia ubi aliqui sunt æquiparati, id quod disponitur in uno, censetur dispositum in altero, glossa, *Bart. & alij in L. si quis servo, Codic. de furtis, Ripa L. rem quæ nobis, numer. 2. ff. de acquir. possess.* Facit: quia quando

26 una determinatio respicit plura determinabilia, eadem debet pariformiter determinare, ex *L. jam hoc jure, ff. de vulg.* & ita tenendum censeo, quidquid *Caldas Pereira in uxorato ætatis 20. añorũ ante vigesimum annum completum aliud teneat, d. 43. vers. ult.*

27 Et quamvis minores possent compelli ad ea munera personalia in quibus non requiritur magna discretio, vel consilium ut custodire portas civitatis, vel muros, vel facere similia; tamen mi-

nores 18. annorum excusantur á servitio belli, & militiæ, docent gloss. cap. 1. de pace tenenda, & jurament. firman. verbo à decimo octavo ad fin. & ibi *Bald. n. 4. & Alvarot. num. 7. Roman. singular. 122. Guilhel. cap. Raynuntius, verbo adjecte impuberi à num. 4. apud*

28 Castellanos tamen excusantur minores quatuordecim annorum, ex *L. 3. col. fin. vers. Assi como aquellos que son de menor edad de quatorze años, titul. 19. part. 2. quam citat Azeved. in L. 7. tit. 4. lib. 6. n. 1. apud Lusitanos servatur jus commune, ut testatur Cabed. dec. 29. num. 3. 2. part. & est expressum in regimine militiæ, quod vocatur, Regimento das companhias, §. 9. incipit, O Capitãõ Mõr, ibi: Nem outros de idade de dezoito annos para baixo, nem de sessenta para cima, não parecẽdo ao Capitãõ Mõr, q̃ destas idades devem tãbem entrar na ordenança algũas pessoas, por terem aspecto, e disposiçãõ para isso, por q̃ nestes casos entrarãõ. Atque ita licet ea ætas*

29 excuset relinquitur tamen arbitrio majoris ducis, sive capitanei, an debeant excusari, idque ex aspectu corporis, & dispositione discerni jubet.

Item circa senilem ætatem differunt 30 leges Castellæ, & Lusitaniæ, nam in *d. L. 3.* requiritur ætas 70. annorum, & notat *Azeved. d. L. 7. n. 1. & in dict. Regimine das companhias*, sufficit ætas 60. annorum, etiam advertit *Cabed. d. decis. 29. n. 3. citans Ordin. lib. 2. tit. 60. in princ.* quamvis de jure communi sufficere ætatem 55. annorum ad excusandum ab eo labore personali eundi ad bellum, sit statutum ex regul: *L. 2. §. maiores ff. de decurionib.* ubi gloss. *L. fin. Cod. qui etate, lib. 10. ubi Bart. Lucas de Pena, & Platea, num. 1.* tenent quod ætas 55. annorum excusat à muneribus

31 personalibus, *Ripa de peste, tit. de remedijs ad curandam pestem, num. 222. Avendañ. de legib. prætor. lib. 1. cap. 19. n. 24. vers. tertius, Menoch. de arbitrar. casu 59. num. 5. Thomas Actius de infirmitate legali 1. part. cap. 19. num. 21. & in terminis docuit Florean. in L. in-*

viti

viti, ff. de testibus, dicens, quod ætas 55. annorum ad excusationem belli sufficit, & eum refert Gregor. Lop. gl. 14. in d. L. 3. sed leges Castellana, & Lusitana alias ætates determinaverunt, quia
 32 gloss. in L. 2. Codic. his qui non implent stipendium lib. 10. dixit, quod senex est, qui 60. vel 70. annos habet, quoad munera, quanvis Menoch. dicto casu 59. post varias opiniones relatas tandem concludat hoc esse arbitrio iudicis relinquendum, & Camillus Gallin. lib. 5. de verb. signif. cap. 20. num. 354. intelligentes illud in ijs casibus, in quibus nulla extat juris constitutio.

33 Nec omitto circa Ordin. d. titul. 93. lib. 1. dum prohibet minorem viginti-quinque annorum habere officia iustitiæ, vel patrimonij, sive Consiliorum, quoad eorum exercitium, licet habeat licentiam à Rege, non procedere, ubi Rex dispensaverit, ut minor illo fungatur: quod qualiter accipiendum sit, videndus est Francisc. Mart. decision. 263. in 1. part. Soares dicta allegat. 12. à n. 10. Caldas dicto verbo, hunc contractum n. 42. Azeved. in Curia Pisana lib. 1. cap. 12. ad finem; nec in hoc Regno Lusitano sufficit certa Principis scientia committentis exercitium talium officiorum minori, scientis eum esse minorem, nec uti alijs clausulis, de quibus per Roder. d. allegat. 12. num. 24. & citatos per Valdesium ibi, nisi in dicta commissione fecerit mentionem dict. Ordin. 93. & ei derogaverit, qui in hoc Regno

34 Lusitano, lege Regia cavetur, ut nulla Ordinatio censeatur derogata per speciale rescriptum, diploma, vel Regiam provisionem, nisi de illa Ordinatione in dicto rescripto, diplomate, vel Regia
 35 provisione fiat summaria mentio, cum expressa illius derogatione, ita ut clarè pateat, quod tempore derogationis Rex fuit instructus de tenore in ea contento, nec aliter valet rescriptum, diploma, vel Regia provisio, & impetrantis rescriptum per falsam informationem ex Ord. nova lib. 2. tit. 44. ubi habetur.

Por quanto muitas vezes passam provizoens nossas, que saõ contra nossas Ordenaçoens com clausula, que sem embargo dellas em contrario se cumpraõ, e naõ he nossa tençaõ derogalas por nenhumas provizoens geraes, mandamos que quãdo nossos alvaras, privilegios ou cartas, que naõ forem doaçoens, forem contra nossas Ordenaçoens, posto que nellas se diga que ofazemos de nossa certa sciencia, e sem embargo de nossas Ordenaçoens em contrario, nunca se entenda derogada alguma dellas, nem a tal clausula geral obre effeito algum cõtra a disposiçaõ da Ordenaçãõ qualquer nossa. salvo se della por nõs for feita expressa derogaçãõ, fazendo summaria mençaõ da substancia della, de maneira que claramente pareça que ao tempo que a derogamos, fomos informados do que nella se continha: e o que assim impetrar qualquer provizaõ nossa, ou alvarã que for contra alguma nossa Ordenaçãõ, sem della fazer expressa mençaõ, como dito he, encorrerã nas penas dos que impetraõ alvarã por falsa informaçaõ, como fica dito no titulo precedente: quæ est in tit. 43. ejusdem lib. 2.

ALLEGATIO IX.

Circa ordines nihil est immutatum per decretum Concilij.

SUMMARIUM.

- 1 Circa ordines nihil est immutatum in nostro decreto.
- 2 Primam tonsuram accipiens debet habere Sacramentum cõfirmationis, & fidei rudimenta.
- 3 Requiritur, quod legere, & scribere sciat.
- 4 Quod non initietur causa fugiendi iudicium seculare, sed ut Deo fidelem cultum præstet.
- 5 Ad minores ordines promovendus debet afferre bonum testimoniũ à Parocho, & Magistro, scholæ.

- 6 Scrutinium qualiter sit faciendum.
- 7 Non sunt initiandi illiterati.
- 8 Est defectus indispensabilis.
- 9 De jure divino requiritur literatura in Clericis, & num. 10.
- 11 Inter irregularitates memoratur defectus literaturæ.
- 12 Magis exosa est illiteratura, quàm homicidium.
- 13 Per Constitutiones Synodales Regni describuntur, quæ sint necessaria, ut quis primam tonsuram, & minores ordines accipere possit.
- 14 In eo articulo discrepat Constitutio Colimbriensis ab alijs constitutionibus.
- 15 Annotatur alia differentia inter Constitut. Conimbricensis, & alias promulgatas post Concilium circa assignationem Clerici.
- 16 Annotatur alia differentia circa testimonium à Parocho, & magistro afferendum.
- 17 Advertentia circa Constitutiones Synodales ante Concilium, circa examen eorum, qui promovebantur ad primam tonsuram, & minores ordines, sub eodem examine, quod aliter observatur post Concilium.
- 18 Qualis scientia requiratur in ijs, qui promoventur ad ordines sacros.
- 19 Qui opponit cōtra aliquem, quod non sit ordinatus in ætate legitima, debet probare, cum sit fundamentum sue intentionis, & n. 21.
- 20 Ætas minor non præsumitur, nisi probetur.
- 22 Quando opponitur de ætate ante ordinationem, promovendus eam probare debet.
- 23 Quando in concessione requiritur habitus ætatis cōditionaliter, eam promovendus probare debet, non adversarius.
- 24 Modos, quibus probetur ætas, vide remissive.
- 25 Legem de ætate, ff. de minoribus, dicit bonam, & notabilem Bart. & utilem cum glossa.
- 26 Qualiter probetur quem non esse lite-

- ratum. bop. 2000. 2000. 2000. 2000. 2000.
- 27 Qui non habet scientiam sufficientem ad officium, quod appetivit, peccat.
- 28 Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.
- 29 Auferendum est beneficium ei, qui nescit.
- 30 Illiteratus si de facto ordinetur, recipit obaracterem.

Circa ordines autem nihil est immutatum in Concil. Trid. & ideo maior septennio poterit prima tonsura initiari, & ad alios minores ordines promoveri: ex Jacob. de Grass. lib. 2. part. decision. aurear. conscient. cap. 11. num. 17. Vega de Sacrament. ordin. num. 39. Candelabrum aureum de Sacramento ordin. titul. de ætate, num. 27. & Henriquez de Sacrament. ordin. lib. 10. cap. 16. §. 1. quod intelligunt in primis tribus ordinibus, quia in Iacolytho dicunt requiri duodecim annos, allegando alios authores.

Ea erit tamen differentia, quod ad primam tonsuram capiendam requiritur, quod talis initiatus susceperit sacramentum confirmationis, & fidei rudimenta saltem edoctus sit; quique legere, & scribere sciat, de quo probabilis conjectura non sit, quod sæcularis iudicis cognitionem fugiendi causa, sed ut Deo fidelem cultum præstet, hoc genus vitæ elegerit, ut probatur ex Conc. Trident. sess. 23. in decreto de reformat. c. 4. ibi: Prima tonsura non initientur, qui sacramentum confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique, & legere nesciant, & de quibus probabilis conjectura non sit, eos non sæcularis iudicij fugiendæ fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse. Idem docent Hojeda de incompatibilitate beneficior. cap. 24. n. 38. Victoria de Sacramento ordin. num. 238. Salzed. ad præct. Bernard. Dias cap. 21. verbo ordinari, Viva. in Candelab. n. 39. de Sacramento ordin. sub titulo. de scientia ordinandorum, probatur ex Constitution. Episcopat. Portugalens.

lens. tit. 9. constit. 2. in princip. & ex constitut. Episcop. Colimbriens. titul 8. constit. 1. in princip. Ledesma, verbo Ordo, cap. 7. vers. de la primera.

5 Ad minores autem ordines promovendus debet asserere bonum testimonium à Parocho, & Magistro scholæ, in qua educatur, & sciat linguam Latinam, ut probatur ex eodem Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 5. ibi: Ad minores ordines promovendi bonum à Parocho, & à Magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant: & in cap. 11. eadem sess. 23. ibi: Minores ordines ijs, qui saltem linguam Latinam intelligant, docent Hojeda ubi supran. 38. & 39. Salzedo dicto loco, Henriquez de Sacramento ordinis, cap. 17. §. 2. Petrus Cened. col. lectan. 56 ad decretales n. 5. Ledesma verbo Ordo cap. 7. vers. en lo que toca, & in libello Conimbricensi, qui vocatur examen ordinandorum, fol. mibi 2. & in Constitut. ejusdem Episcop. 2. §. 1. tit. 8. & in dicta Constit. 2. Episcop. Protugallens. §. 1. & qualiter scrutinium 6 sit faciendum, docent Henriq. dict. cap. 17. Jacob. de Grass. lib. 1. 2. part. c. 11. ubi usque ad nauseam prosequitur succinctè Vivaldus in Candelab. n. 39. citans Concil. locis citat.

7 Et ideo non sunt initiandi, nec ordinandi illiterati, ut probatur in Canon. 1. 36. distinct. ibi: Illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos, vel imminutos, nullus præsumat ad Clericatus ordines promovere, quia literis carens, sacris non potest esse aptus officiis, & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. E advertunt Cæsar Lambertin. de jure patronat. 1. part. lib. 2. articul. 24. quæst. 92 n. Fulvius Pacian. lib. 2. cap. 34. n. 79. Joan. Gutierrez Canoniar. quæst. 1. part. cap. 26. n. 37. Flamin. Parisius de resignat. beneficiorum lib. 4. cap. 4. verbo illiterato, 8 ubi dicit hunc defectum esse indispensabilem ex Innoc. cap. dilectus de tempor. ordinand. Bernard. Dias d. cap. 21. num. 4. Majol. de irregularitate, lib. 1. cap. 32. & cum Turrecremata in cap. in

laicis 38. distinct. testatur, quòd jure 9 divino requiritur literatura in Clericis: idem probatur ex cap. literaturæ, dicta distinct. 38. cap. nisi cum pridem, de renunt. Bernard. Dias d. cap. 21. num. 6. Vivald. in Candelabr. de irregularitate, num. 97.

Et probatur ex illo Osee Prophetæ, 10 cap. 4. 6. ibi: Conticuit populus, eo quòd non habuerit scientiam: quia scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Hunc locum citant Jacob. Grass. dicto cap. 11. num. 22. Petrus Tholosan. in praxi beneficior. cap. 37. n. 5. ad fin. Bernard. Dias dict. cap. 21. n. 2. & alias autoritates sacre pagine adducit Sebastian. de Medic. in sua summa de cõcordand. canonum decretis distinct. 36. & idem requirit Justinian. in Authent. de sanctissim. Episcop. §. nullus, collat. 9. & ibi Angel. bene explicat, qualiter dicatur scire, & Salzedo ad Bernard. Dias d. cap. 21. verbo nulla, omnino videndus.

Et inter irregularitates memoratur 1 hæc ex defectu literaturæ, ut probatur in cap. præcipimus, verbo, aut ignorantem literas 36. dist. cap. ultim. de ætate, & qualitat. Nicol. Vigel. lib. 3. de Method. jur. Pontific. cap. 4. sub titulo de Cleric. & Monach. ordinand. fol. 241. in parvis, regula 10. Candelabrum aureum de irregularitate 2. part. §. 2. ex defectu animæ, Cardin. Toletan. in summa de Sacerdotib. cap. 58. vers. irregulares ex defectu animæ, citans Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 4. Flamin. Paris. lib. 5. de resignat. benefic. cap. 3. n. 89. ibi n. 90. subin- 12 telligit magis exosam esse illiteraturam, quàm homicidium, citando Gambar. de autoritate Legati de latere lib. 5. n. 148. quod item tenent Henriq. de irregularitate, disput. 51. section. 1.

Addo quòd in Const. 1. tit. 7. Archie- 13 piscopatus Ulyssiponensis edita in Synodo per D. Alphons. Cardinalem Infantem Archiepiscopum Ulyssiponensem, anno 1536. & in Constitut. 1. tit. 7. factam per Dominum Henricum Infantem Cardinalem, cum esset Archie-

piscopus Primas Bracharensis Archiepiscopatus, anno 1527. Et in *Constit.* 1. titulo 7. in princip. edita per Dominum Gondisalvum Pinheiro Episcopum Visensem, anno 1555. & in *Constitut.* 3. titulo 9. Episcopatus Lamecensis per Episcopum Dominum Emmanuelem de Noronha promulgata, anno 1561. & in *Constitut.* 1. titul. 7. Archiepiscopatus Eborensis per Archiepiscopum Joannem à Mello, anno 1565. & in *Constit. Portugallensi* per Episcopum Dominum Fratr. Marcum de Lisboa, anno 1588. & in Episcopatu Colimbriensi, titul. 8. *Constitut.* 2. anno 1592. describuntur, quæ requirantur, ut quis prima tonsura initiari, & alios minores ordines accipere possit, & in qua ætate, & usque ad quam, ita ut nec in minori ætate septennio, nec in maiori ætate quindecim annorum conferri debeant tales ordines, nisi de speciali licentia Prælatorum prædictarum dicecesum.

14 In eo tamen discrepat Constitutio Colimbriensis ab alijs Constitutionibus; nanque in alijs terminatur ætas à septem annis, usque ad quindecim annos, & in hac Constitutione Colimbriensi statuitur ætas septem annorum, à qua incipiat tempus promovendi ad primam tonsuram, & ad alios ordines minores, non tamen statuitur tempus, in quo ea facultas accipiendi, & conferendi tales ordines, finiri debeat, nec in *Concil. Tridentin.* statuitur, ideo manebit in arbitrio, & prudentia Episcopi, ex *regul. L. 1. ff. de jure delib. & L. in venditione §. de tempore ff. de bon. author. judic. possidend.*

15 Rursus & in alio differt; quia tam Concilium in suo decreto, quàm aliæ constitutiones factæ post ejus promulgationem, dicunt per Episcopum assignandam esse Ecclesiam, ubi promoti fervire debeant: & in dicta Constitutione Colimbriensi admittitur posse eam assignationem fieri per Episcopum, vel

16 per ejus Proviforem. Item & in alio discrepat; quia in dicto Concil. & in alijs Constitutionibus requiritur copulativè

in eo, qui ad minores ordines promoveri desiderat, quoddam afferat bonum testimonium à Parocho suo, & Magistro scholæ, ubi edoctus est, & ita cum hæc copulativè requirantur, quasi unum sine altero non sufficiet, *L. si heredi plures ff. de condit. institut.* & in Constitutione Colimbriensi, videtur sufficere afferre testimonium à Parocho per eos, qui non veritantur in studio.

Nec omitto aliquas ex Constitutionibus relatis, quales sunt dicecesum Ulyssiponensis, Bracharensis, Visensis, factas fuisse ante Concilium Tridentinum, & ideo sub eodem examine admittebant eos, qui promovebantur ad primam tonsuram, & ad minores ordines. Cæterum quia Consilium diversum modum examinis jubet haberi in eo, qui ad primam tonsuram aspirat, & in eo, qui minores ordines appetit, ut videre est in *session. 23. de reformat. cap. 4. 5. & 11. & in libello examinis ordinandorū fol. mibi primo*, & supra deduximus, & ideo illæ antiquæ constitutiones in eo articulo siliere debent, & faciendum est examen secundum modum præscriptum à *Concilio Trid. locis citatis.*

Qualis autem scientia requiratur in 18 ijs, qui vocantur ad sacros ordines judicandum est pro ratione ordinum, ac oneris suscepti, ex *capit. quod ipsis 38. dist. cap. cum Ecclesia, de elect. Innocent. in cap. cum in cunctis, eodem titulo*, dicens idoneam, & sufficientem scientiam habere, est ea, quæ est sufficiens illius dignitati, loco ordini, quod pendeat ab arbitrio judicis, ut per *Bonifacium in Clement. 1. de etat. & qualit. Navarr. in cap. si quando, de rescript. except. 11. Vivald. in suo Candelabro aureo, tit. de irregularitate ex defectu animæ §. 5. n. 93. & 94. Salzed. ad practicā Bernard. Dias, cap. 21. verbo ordinari*, ubi addit hoc esse hodie diffinitum in *Concil. Tridentin. sess. 23. dict. cap. 11. 13. & 14. idem docent Henriq. de irregularitate, cap. 3. §. ultim. Jacob. de Graff. lib. 1. secundi tomi, cap. 11. num. 25. decision. aurea, Frater Emmanuel Roder. in 1. part. suæ*

ALLEGATIO IX.

31

sua summa, cap. 162 num. 1. & probatur ex *Concil. Brachar. action. 2. cap. 10. sub tit. de examine ordinandor. fol. 42. Hojeda de incompatibilitate benefic. cap. 24. num. 38.*

- 19 Circa ætatis autem probationem illud non est omittendum quod qui opponit contra aliquem quod non sit ordinatus tempore habili, vel quod impetravit beneficium ante ætatem legitimam, debet hoc probare, quia est fundamentum suæ intentionis, & ætas minor non præsumitur, nisi probetur ab eo, qui illam allegat, *L. de ætate 44. ff. de minorib. & ibi gloss. vers. quia si non patet, Bart. num. 12. Alber. numer. 2. Bald. ante fin. Anchar. in cap. cum accessit, in princip. de desponsat. impub. Mandos. ad regul. Cancellar. 18. quæst. 3. n. 3. Mascard. lib. 2. de probat. conclus. 666. & multis decisionibus Rotæ quas citat, comprobat Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. ratione ætatis, vers. ut asseris, succinctè Pet. Pechæus regul. beneficium. numer. 37. vers. ideo, quod,*
- 20 qui dicit Clericum non habere legitimam ætatem, hoc probare debet, sive agat, sive excipiat, allegando *L. cum de ætate ff. de probat. docet gl. cap. Presbyter. 78. distinct. Jacob. de Graff. lib. 1. 2. tom. cap. 11. num. 14. Caldas Pereira in terminis Ordinat. antiquæ Lusitan. lib. 1. titul. 73. in L. si curatorem, verbo hunc contractum, n. 42. ante fin. Cod. de restitut. in integrum, allegans Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 14. n. 2. adde Rebuff. in d. L. de ætate, n. 9. vers. nunc videndum, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. num. 25.*
- 21 Hoc tamen limitatur post factam ordinationem, quia si ante ordinationem dubitetur de ætate, ipse ordinandus probare debet, & ita gloss. in d. cap. Presbyter. Rursus non procedit, quando in concessione requiritur habilitas ætatis conditionaliter, & ideo si Clericus, cui facta est concessio præbendæ, si est legitimæ ætatis, debet ipse hoc probare, non ejus adversarius contradicens, quia cum ætas requiritur in concessione pro con-

ditione, qui dicit eam evenisse, debet probare, ex *L. in fideicommissis §. cum Pollidius, ff. de usur. docet Joan. Andr. in regul. infamibus, lib. 6. Bald. & Salic. in L. cum te Cod. de probat. Alciat. dicta præsumpt. 14. n. 3. Mascard. d. concl. 666. num. 45. Menoch. dict. præsumpt. 50. n. 32 Rebuff. d. L. de ætate n. 10. Bart. L. 1. n. 7. ff. de interrogat. act.*

Modos autem, quibus ætas probetur, 24 videre potes per *Turrecremat. in cap. triginta, distinct. 78. Alciat. dicta præsumpt. 14. numer. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 51. Sfortia Oddus de restitution. 2. part. q. 37. Menoch. dicta conclus. 666. usque ad conclus. 679. Fulvius Pacian de probat. lib. 2. cap. 24. à num. 71. Jacob. de Graff. dict. n. 11. Rebuff. in d. L. de ætate, & ad hanc legem semper est recurrendum in hac materia, & ejus verba formalia hæc sūt: *De ætate ejus qui se maiorem 25. annorum dicit, causa cognita probandum est, quia per eam probationem in integrum restitutionem ejusdem adolescentis in alijs causis præjudicatum.* Quam legem bonam, & 25 notabilem appellat *Bart.* ubi utilem cū glossa, & ad quas communiter recurritur, cum agitur de probanda ætate, dicit *Alber.* & in alia *L. cum de ætate, ff. de probatione, inquit Fureconsultus: cum de ætate hominis quæreretur, Cæsar noster in hæc verba rescripsit, & durum, & iniquum est cum de statu ætatis alicujus quæritur, & diversæ professiones proferuntur, ei potissimum stari, quæ noceat, sed causa cognita excuti oportet, & ex eo potissimum annos computare, quo præcipue fidem in eare constare credibilius videtur Cujus decisionem notandam dicit ibi *Bald.* & pro intellectu *d. L. de ætate.***

- 22 Qualiter autem probetur quem non esse illiteratum, docet *Abb. num. 1. Anton. num. 3. in cap. ultim. de ætate & qualitate, Flaminius Paris. de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 3. num. 86. Vivald. in Candelab. Eccles. tit. de irregularitate ex defectu animæ n. 91. & qui non habet scientiam sufficientem ad illud officium, quod appetivit, peccat, capit. non est*
- 23
- 26
- 27
- est

est putandum in fin. 1. quæst. 1. Archidiacon. in cap. si in laicis 38. distinct. Iacob. de Graff. d. cap. 11. n. 23. Culpa est enim immiscere se rei ad se non pertinenti, ut probat *L. culpa est ff. de reg. jur. in regul. non est sine culpa, lib. 6. ubi*
 28 multas exemplificant Dyn. & Pecheus, & auferendum est beneficium ei, qui nescit, dicit Decius in dict. *L. culpa est, vers. ideo Jacob. de Graff. dict. capit. 11. n. 27. Cardin. Toletan. in sua summa de Sacerdotib. lib. 1. capit. 58. vers. 3. ad fin. Bernard. Dias in pract. cap. 21. n. 4. ubi declarat Salzed. litera G. Adde tamen, quod si de facto illiteratus ordinetur, recipit characterem, ut firmant Innocent. & Joan. Andr. in c. cum in cunctis, de elect. Bernard. Dias d. c. 21. n. 2. vers. si autem carens, Jacob. de Graff. d. cap. 11. n. 19.*

quoad omnes Clericos, & quoad omnes causas. Bene potest id facere quoad quosdam Clericos, & quoad quasdam causas.

- 7 Potuit Summus Pontifex Clericorum exemptionem à seculari jurisdictione restringere, facilius quoad Clericos primæ tonsuræ, quam quoad Clericos in sacris.
- 8 Clerici occasionem, & ansam præbuerunt Concilio.
- 9 Quæ requiratur, ut Clericus habens primam tonsuram, vel minores ordines. fori privilegio fruatur.
- 10 Clericus non incedens in habitu, debet docere de titulo beneficii, & possessione.
- 11 Casus contingentia in quodam Clerico.
- 12 Quod dicatur beneficium Ecclesiasticum.

ALLEGATIO X.

Ante Concilium omnis Clericus etiam primæ tonsuræ gaudebat privilegio fori; post Concilium autem alia requiruntur, ut Clericus in minoribus illo uti possit.

SUMMARIUM.

- 1 Omnis Clericus ante Concilium etiam primæ tonsuræ gaudebat fori privilegio.
- 2 Post Concilium non sufficit esse Clericum primæ tonsuræ, vel minorum ordinum, nisi vel beneficium Ecclesiasticum habeat, vel additus sit alicui ex ministris assignatis in Concil.
- 3 Potuit hæc restrictio fieri per sacrum Concil. ad jus commune ex causa, propter multitudinem Clericorum.
- 4 Privilegium fori competit Clericis de jure divino.
- 5 Non potest in totum tolli, nec abrogari per consuetudinem, licet sit immemorabilis.
- 6 Non potest Summus Pontifex in totum tollere exemptionem Clericorum

ANte Concilium Tridentinum omnis Clericus etiam primæ tonsuræ gaudebat fori privilegio tam in civilibus, quam in criminalibus, cap. cum non ab homine, de judic. cap. 2. de foro competenti, cap. nullus cap. placuit 11. quæst. 1. Alex. cons. 8. col. 1. lib. 1. Decius dicto cap. 2. ad fin. Roland. cons. 16. numer. 2. lib. 4. Navarr. in Manuali Latino, cap. 27. num. 79. Gonçal. Soares in sua pract. 2. tom. prælud. 2. num. 26. Bartholom. Humad. ad L. 23. titul. 6. part. 1. gloss. 5. num. 3. Menoch. de arbitr. casu 246. num. 1. Camil. Borrel. cons. 15. n. 23. Aymon. cons. 616. num. 13. lib. 4. Prosper. Farinac. 1. tom. lib. 1. titul. 1. quæst. 8. num. 1. Joan. Gratian. regul. 9. ubi facit plures ampliationes, & probatur ex text. in Auth. ut Clericus apud proprios Episcop. collat 6. & in Auth. statuimus, Codic. de Episcop. & Cleric. quam fecit Federic. Imperator, ut habetur in ejus constitutionibus editis de statutis, & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiasticam, §. item statuimus, Canonizata in cap. statuimus 11. quæst. 1. verum post Concilium jam non sufficit esse Clericum primæ tonsuræ,

ræ, vel in minoribus ordinibus constitutum, nisi vel habeat beneficium Ecclesiasticum, vel deputatus sit per Episcopum servitio alicujus Ecclesiæ, vel in Seminario Clericorum, vel in aliqua Schola, vel Universitate de licetia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines versetur, ut privilegij Clericorum gaudeat circa forum: & ita in terminis dicti Consilij tenent *Joann. Gutierrez de juramento confirmator. 1. part. cap. 17. n. 13. Joan. Matienço in L. 3. titul. 8. gloss. 2. num. 4. lib. 6. novæ collect. Salzedo ad practic. Bernard. Dias, cap. 62. n. 9. Petr. Cened. collect. 105. ad decretales, num. ultim. Covar. practicar. cap. 32. numer. ultim. Gonçal. Soares ubi supra num. 16. Pacian. lib. 2. de probat. cap. 20. num. 44. Prosper Farinac. dicta quæst. 8. num. 5. vers. limita hanc, Lazarte de decim. vendit. cap. 19. num. 20. insignis, & nunquam obliviscendus Præceptor meus Petr. Barbof. in L. Titian. 33. ff. solut. matr. Barthol. Humada ubi supr. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 2. quæst. 2. num. 36. Hieronym. Cevall. de communibus contra communes quæst. 563. num. 2. Bajard. ad Iul. Clar. in practic. criminal. quæst. 36. num. 27. Cabed. dec. 59. n. ult. 1. part. August. Morla 1. part. sui emporij, titul. 2. n. 138. Menoch. cons. 665. n. 1. lib. 7. Curia Philippica 3. part. §. 1. ubi agit de privilegio fori, num. 3. Fr. Emman. Roder. 1. part. suæ summæ cap. 155. n. 2. Parlador. de differentijs quotidian. differentia 9 §. 1. num. 11. Ledesma verbo Ordo, cap. 7. vers. la primera, ad fin. Zerola in praxi. Episc. 1. part. verb. Clericus, in vers. ad secundum, versic. fallit 22. Bobadill. in sua Polit. secundo tom. lib. 2. cap. 13. n. 102.*

3 Et potuit hæc restrictio fieri per sacrum Concil. ad jus cõmune, ex causa, propter multitudinem Clericorum, ex traditis per Cardinalem in cap. perpendimus 7. opposition. de sentent. excommun. Felin. cap. 2. de majorit. & obedient. Covar. practicar. quæst. cap. 31. n. 3. vers. primum. Nam licet fori privilegiũ com-

petat Clericis de jure divino, ut docent gloss. in capit. si imperator 96. distinct. Alciat. d. cap. cum non ab homine, n. 2. de judic. Marãta de ordine judiciorum, distinct. 11. num. 2. Villalob. in suis communib. litera C, numer. 69. Vivius inter communes, verbo Clerici à potestate, Morla in suo emporio, tit. 2. quæst. 12. Prosper Farinac. d. quæst. 8. num. 2. licet contradicant *Victoria de potestate Ecclesiast. in capit. utrum Ecclesiastici sint exempti à potestate civili, fol. mibi 96. & Valasc. consultat. 100. num. 8. 1. p.* nec possit in totum tolli, nec abrogari, etiam per consuetudinem, licet sit immemorabilis in contrarium, ut ex Covar. d. cap. 31. num. 5. *Jul. Clar. dicta q. 36. vers. sed ea retenta, Villalob. d. loco, num. 80. deducit Farinac. d. quæst. 8. num. 3. & num. 4. & in vers. limita hanc tertiam,* addit non posse Summum Pontificem tollere in totũ exemptionẽ Clericorum quoad omnes Clericos, & quoad omnes causas, bene tamẽ id posse facere quoad quosdam Clericos, & quoad quosdam causas, & eorum privilegia derogare, allegando *Card. d. cap. perpendimus, 6. opposit. & Covar. d. cap. 31. num. 4. inferendo* facilius posse Romanum Pontificem Clericorum exemptionem à sæculari jurisdictione restringere quoad Clericos primæ tonsuræ, quàm quoad Clericos in sacris constitutos, & alia cumulat satis notanda: addo *Azeved. in L. 1. titul. 4. à num. 2. lib. 1. novæ collect. Vivius d. verbo Clerici à potestate vers. sed hodie advertit,* quod Clerici occasione, & ansam præbuerunt *Concil. Trident.* non levem, de revocando, & annullando leges facientes in eorum favorem; quod intellige de iis, quæ revocari possent, & deberent.

9 Est tamen advertendum, quod ut Clericus habens primam tonsuram, vel minores ordines fori privilegio fruatur, non requiritur, quod portet habitum, & tõturam Clericalem, si beneficium habeat: quia illud requisitum concernit Clericum primæ tonsuræ, vel alios minores ordines habentem absque benefi-

cio, ut colligitur ex *Concil. Trid. sess. 23. in decret. de reformat. cap. 6. ibi: Nisi beneficium habeat Ecclesiasticū, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens*, ponderando illam dictionem, aut, quæ disjungit, & ponitur inter diversa, *L. si ex toto §. 1. ff. de legat. 1. L. ille, aut ille 25. ff. legat. 3. gloss. & Card. Clem. 1. de concess. præbend. L. ostentum 38. & ibi Rebuff. pag. 289. ad fin. & sufficit alterū ex disjunctivis verificari, L. si hæredi plures, ubi glossa, Bart. & alij, ff. de condit. instit. L. si is qui 13. §. utrum ff. de rebus dub. Prateus in suo Lexicon, verbo, aut, & in terminis dicti Concilij tenent *Ful. Clar. d. quæst. 36. num. 19. Gutierr. practicar. lib. 1. quæst. 7. Azeved. d. L. 1. titul. 4. lib. 1. novæ collect. num. 9. verbo, tonsura, vers. sed si beneficium, Salzed. ad pract. Bernard. Dias cap. 62. numer. 9. vers. si tamen, Lelius de Republ. Ecclesiastic. tit. de Clericis, fol. 402. versic. ad hoc in parvis. Hieronym. Cævall. de communibus contra cōmunes quæst. 563. num. 3. Prosper Farinac. d. quæst. 8. num. 7. Emman. Roder. in sua summa, 1. part. cap. 155. conclus. 2. Curia Philippica d. §. 1. n. 3. ad fin. & an sufficiat habere pensionem, vide *Salzed. d. cap. 62. numer. 10. & an præstimonium, num. 11. & an capellaniam, num. 12. & de his omnibus Azeved. d. L. 1. à n. 5. tit. 4. lib. 1.***

10 Sed notandum est, quòd talis Clericus non incedens in habitu debet docere de titul. benefic. & de ejus possessione, ut fruatur fori privilegio, adeo quòd non sufficiat in habitu, nec in actu beneficium habere, nisi insimul, & illud possideat, alias, secus, ut advertunt *Imol. in Clement. quoniam num. 14. de vit. & honest. Cleric. Ful. Clar. d. quæst. 36. vers. regulariter, Farinac. dict. quæst. 8. num. 70. & n. 45. Bajard. ad Fulium Clar. in ea quæstion. 36. num. 14 & 29. & probatur ex *Ordinat. Lusitan. antiqua lib. 1. titul. 1. §. 12. repetita in nova compilat. lib. 2. tit. 1. §. 25. ibi: O que verdadeiramente he Beneficiado, e està em posse de seu beneficio. Et in dicto num. 45. re-**

*fert Farinac. casus contingentiam in quodam Clerico, qui fuit suppositus tormentis propter crimen homicidij, de quo accusabatur, non obstante, quòd allegasset se esse Clericum, & beneficium habere, quia non probavit se illud possedisse: & quod dicatur beneficium Ecclesiasticum in hac materia, ultra allegatos supra, vide etiam per *Avendañ. de legib. prætor. cap. 26. n. 11. vers. & pari, Cævall. de communib. contra cōmun. quæst. 693. num. 19. Cardinal. Toletan. in summa de Sacerdotibus lib. 5. cap. 76. & post alios Nicol. Garcia de beneficijs 1. p. cap. 5. à n. 70.**

ALLEGATIO XI.

Quales debent esse vestes Clericales, & qualis debet esse coronæ modus.

SUMMARIUM.

- 1 Vestes Clericales quales esse debent, non est determinatum à jure.
- 2 Debet intelligi secundum morem, & consuetudinem Regionis.
- 3 Consuetudo Regionis plurimum pollet in actibus interpretandis.
- 4 Ita est intelligendus textus in nostro decreto, ibi: Vestes congruentes ordini semper deferre.
- 5 Qualiter apud Lusitanos cōsideratur longitudo vestium.
- 6 Quanta sit rotunditas coronæ in Clericis in minoribus.
- 7 Quales debeant esse in colore, relinquatur consuetudini Regionis.
- 8 Non gaudebit Clericus primæ tonsuræ, vel minorum ordinum privilegio, si vestes non convenient.
- 9 Hæc limitatur in Clericis infirmis, qui propter infirmitatem non valent gestare habitum Clericalem, si antea in sanitate eum portabant.
- 10 Et in alijs casibus, ubi necessitas excusat.
- 11 Agitur de concessione facta per Pium II. Alphōso V. Regi Lusitanæ: non est

necessaria, nec practicabitur.

12 Clerici in minoribus non habent privilegium fori in civilibus post Concilium.

13 In criminalibus non utitur, nisi incédât in habitu, & tonsura, & sint in aliquo ministerio per assignationem Episcopi, de ijs, quæ ponit Concilium.

14 Utilius erit praticare Concilium.

15 Dicta concessio Pij II. sub lata censetur per dictum Consilium.

16 Necessitas portandi coronam procedit in ijs, qui crines habent, non in illis qui crinibus carent.

- 1 **V** Estes Clericales quales esse deberent, non est determinatum à jure, ut docent gloss. verbo *secularis in fin. Clementin. 1. election. Alexand. cons. 8. in fine lib. 1. Roland. cons. 4. n. 26. lib. 1.* & ideo debet intelligi secundum morem, & consuetudinem regionis, quæ plurimum pollet in actibus interpretandis.
- 2 *L. sepe in stipulationibus ff. de reg. jur. cap. ceterum de donat. Gallin. de verb. signific. lib. 5. cap. 17. num. 35.* & hanc doctrinam ponunt gloss. cap. *si quis viorum 30. distinction. gloss. cap. penult. verb. de auratis, de vita, & honestat. Cleric. Godofren. in suma, titul. de tempor. ordinand. n. 31. Alex. cons. 149. num. 12. lib. 6. Covar. d. cap. 31. num. 7. vers. quarto Ful. Clar. d. quæst. 36. n. 13. Azeved. dict. L. 1. ad fin. Philip. Port. cons. 84. num. 10. lib. 1. Tiber. Decian. tom. 1. crimin. lib. 4. cap. 9. n. 96. & 97. ubi ponit bonum casum, cum Fulg. cons. 24. & Guidon. decis. 83. ubi Anton. Matthæus in addit. ad finem.*
- 3 Et ita intelligendus est text. in decreto consil. Trident. sess. 23. cap. 6. & in sess. 14. cap. 6. ibi: *Vestes congruentes ordini semper deferre, in decreto de reformatione, quem text. citat Hieron. Cævall. de comunibus contra communes, quæst. 563. num. 1. Prosper Farinac. d. quæst. 8. num. 69. hanc sententiam probavit apud Castellanos L. 1. tit. 4. lib. 1. novæ collect. ubi ita cavetur: Yansi mesmo sean las vestiduras, y bonete, como las*

que costübran traer los Clerigos de Mis-
sa, y q̄ de otra maeira no gozen del privilegio del fuero.

Et apud Lusitanos statuta est longitudo vestium in hujusmodi Clericis in minoribus, in *L. 5. titul. 4. part. 2. Extravagant. ibi: Primeiramente o Papa Pio II. no año de 1461. cõcedeo a El Rey D. Alfonso V. que todos os Clerigos de ordẽs menores, naõ sendo Beneficiados, que em seus Reynos, e Senhorios naõ andassẽ em habito, e tonsura Clerical, q̄ assim nas causas civẽis, como nas criminaes, fossẽ obrigados a responder às justiças seculares, e q̄ por seus excessos, e delictos pude-
sem ser prezos, e castigados, e se seus delictos merecessẽ serẽ condenados a cor-
tamẽto de mẽbro, e a pena de morte pellas ditas justiças seculares, e que o vestido Clerical, q̄ era õbrigados a trazer, havia de ser, q̄ lhes cobrisse de todo os Joelhos, e q̄ a coroa havia de ser taõ larga, e redõda, como a figura seguinte.*



Et hujus indulti fecit mentionem *Barbosa in L. Titia num. 35. ff. soluto matrimon. ultra quod hæc lex definiat longitudinem vestium in Clericis in minoribus, non tamen determinat quales debeant esse in colore, & ideo relinquendum est consuetudini regionis ex allegatis, & docet gloss. in summa 21. q. 4. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 34. n. 38. probat Concil. Provincial. Bracharense in posteriori part. actione 4. cap. 8. ibi: Hortatur sac̄ta Synodus eos, qui sunt in minoribus ordinibus constituti, præsertim eos, qui sunt in via ad maiores ordines, ut talarem vestem portent, rotundo*

pileo, cæterisque & interioribus, & exterioribus indumētis modestius utatur, & ad Ecclesiasticum cultum accommodatis.

8 Aliter non gaudebit, si vestes non convenientes portet, ut explicant *Ful. Clar. d. quæst. 36. n. 14. Menoch. conf. 912. n. 22. & 23. lib. 10. Farin. d. q. 8. n. 64. & 65.*

9 Hæc tamen limitantur in clericis infirmis, qui propter infirmitatem non valent gestare habitum Clericalem, si ante in sanitate eum portabant, & ita fuit iudicatum Tholosæ, ut habetur in *Capella Tholosan. quæst. 104.* & docet *Prosper Farin. d. quæst. 8. num. 67.* & in alijs casibus, de quibus per *Card. in Clement. 2. & ibi Imol. n. 10. de vita & honest. Cler. Tyber. Decian. d. capit. 9. à num. 109.* & ubi necessitas excusat, *Sebast. Medic. de fortuitis casib. lib. 1. q. 6. num. 19.* declarando ut per *Menoch. d. conf. 912. n. 13.*

10 Illa tamen concessio facta per Pium II. Alphonso V. Regi Lusitaniæ, de qua in *d. L. 4. tit. 2. part. 2. Extravag.* non est necessaria, nec practicabitur, quia fuit concessa ante Concilium Tridentinum, ante cuius promulgationem omnes Clerici in minoribus soluti, tam in civilibus, quàm in criminalibus utebantur privilegio fori ex *dicto cap. cum non ab homine, de judic.* & supra diximus; at post Concilium non habet forum Ecclesiasticum in causis civilibus, in quibus possunt conveniri coram iudicibus secularibus non obstante, quod incedant in habitu, & tonsura: in criminalibus verò non utuntur, nisi incedant in habitu, & tonsura, & sint in servitio Ecclesiæ assignatæ per Episcopum, aut in Seminario, vel in Schola, vel in aliqua Universitate, quasi in via ad maiores ordines, & ita plus induxit Concilium, quàm indultum Pij II. concessum Alphonso V. Lusitanorum Regi, & ideo utilius erit practicare dispositionem Concilij, quinimo dicta concessio sublata censetur per dictum decretum in ultima parte, qua substulit consuetudinem, & privilegium in contrarium: su-

15

stinebitur tamen illud indultum, quatenus terminat, & definit longitudinem vestium, & rotunditatem coronæ.

Hæc necessitas portandi coronam intelligitur in eo, qui crines habet, non in eo, qui crinibus caret, quia vel canitiem calvam habet, vel ex causa capilli de capite ceciderunt, cū impossibilium nulla sit obligatio, *L. impossibilium ff. de regul. juris, cap. nemo potest, de regul. jur. lib. 6.* & tenent in terminis *Ful. Clar. d. quæst. 36. n. 17. Hippol. Bonacosa inter cōmunes opiniones, verbo Clericus ante, Nicol. Vig. lib. 3. Method. juris controversi, cap. 2. de privileg. & reb. Clericor. reg. 25. vers. quinta replicatio est, fol. 315. in parvis, Thom. Sanch. lib. 7. de imped. disput. 46. num. 9.* ex quibus venit declaranda *d. Extravagans, & Concil. in decreto citato, & Ord. lib. 2. tit. 1. §. Os Clerigos de ordens menores, de quo infra agemus.*

ALLEGATIO XII.

Quòd Clerici scribantur in matricula, & an possit Episcopus semel deputatum servitio alicujus certæ Ecclesiæ in aliam mutare.

SUMMARIUM.

- 1 *Agitur de Consilio Bracharensi actione 2. cap. 2.*
- 2 *Agitur de Cōcilio Bracharensi actione 2. cap. 3.*
- 3 *Dispositum in d. Cōcil. ordinatū fuit pro cognitione eorum, qui ordinantur ritè, & rectè, ne alij possint sibi ordines falsos adscribere.*
- 4 *Poterit Episcopus eum, quem semel præfnerit servitio alicujus determinatæ Ecclesiæ, ad aliam liberè mutare.*
- 5 *Quod non prohibetur, censetur permissum.*
- 6 *Facienda est interpretatio in dubio, ut actus valeat.*
- 7 *Non est prohibita ea mutatio in dicto Con-*

Con-

Concil. Trid. & Provinciali.

8 Una determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare.

9 Valet argumentum ab absurdo.

10 Concilium in nostro decreto, in 1. part. prohibet minores ante 14. annos habere beneficium.

11 Collatio facta de beneficio minori 14. annis, est nulla, & n. 13.

12 Verbum, potest, cum negativa præcedente, tollit potentiam.

14 Minor 14. annis potest habere beneficium ex dispensatione.

15 Ea dispensatio debet esse Apostolica.

16 In prohibitis per Concilium non potest Episcopus dispensare.

17 Non invenit auctor hujus libri Doctorem qui hunc articulum tractet.

18 Nihil est inter homines sic indubitatum, ut non possit (licet aliquid sit valde justissimum) tamen suscipere aliquam sollicitam dubitationem.

IN Concilio Provinciali Bracarensi in posteriori parte action. 2. c. 2 statutum est in hæc verba: Cum singuli ad minores, maiores vè ordines præpti Ecclesie alicujus ministerio sint deputadi, ut ex ordine ait, præcipit sancta Synodus, ut notarius Episcopi Camerarius, scriptor vulgo dictus, librum habeat Vicarii subscriptione ad extremum obsignatum, ubi cui quisque Ecclesie sit ab Episcopo adscriptus, declaratur, priusquam susceptorum ordinum testificatrices literæ ordinatus tradatur, in quibus etiam explicabitur, & cui Ecclesie, & ad quod ministeriũ ab Episcopo deputetur. Quod ita statutum fuit per sanctam Synodum ad hærendo Concil. Trid. sess. 23. in decreto de reform. cap. 6.

Et in eadem actione 2. cap. 3. addit sancta Synodus Bracharensis in hæc verba: Ordinati suæ ordinationis literas intra ab Episcopo præfixum terminum rectori ejus Ecclesie, cui adscribentur, ostendant, qui mox, ut ostensæ illi fuerint, in librum ad hunc usum destinatum ferat, quem Visitatores sibi exhiberi ju-

bebunt, ut si quis ab illis negligenter omis- sum deprehenderit, addita etiam multa emendabunt. Hoc autem fuit ordinatum pro cognitione eorum, qui verè, ritè, re- ctèque ordinantur, ne vè alii possint ordines sibi falsò adscribere: poterit nihilominus eum, quem semel addixit Episcopus servitio alicujus Ecclesie determinatæ, ad aliam liberè mutare, neque hæc mutatio est contra Concilium, neque contra Synodum Provinciale, id quod probatur mediis sequentibus.

De jure communi, id quod non prohibetur, censetur permissum, L. mutus §. quæritur ff. de procuratoribus; L. necnon, §. quod eis, ff. quibus ex causis maiores, cap. omnes, & ibi gloss. 3. distinct. cap. 1. de translatione prælati, ibi: Cum nunquã intelligatur prohibitũ, quod non invenitur concessum; & ibi gl. verbo, non invenitur, vers. hinc sumitur, ponit elegantem doctrinam: idem tradunt Alciat. respons. 8. numer. 18. Francisc. Bursat. cons. 110. num. 27. lib. 1. secundo semper, & in dubio facienda est interpretatio, ut actus censeatur permissus, quando non reperitur prohibitus. Specul. de probat. §. 1. vers. sequitur videre, Luc. de Pen. in L. 3. col. 3. vers. 28. Cod. de apochis lib. 11. Pavin. de potest. cap. Sede vacante, 1. part. quæst. 1. numer. 8. vers. regulariter, Anchar. consil. 344. Aymon. consil. 203. num. 2. lib. 1. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 16. num. 2. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1237. n. 2. Hieronym. Cavall. de communibus contra cõmunes, quæst. 227.

Sed neque in Concilio superius citato, neque in dicto Concilio Provinciali prohibetur Episcopus semel deputatum alicujus Ecclesie servitio, vel alicui- cumque ex locis designatis mutare in alium: ergo consequitur, quod sit permissum, Episcopum eam mutationem facere; nam si Concilium, vel Synodus Provincialis eam mutationem prohibere vellent, utique expressissent, tãquam circumstantiam notabilem, argumento L. item apud Labeonem, §. ait prætor,

vers. ea enim ff. ad leg. Cornel. de injur. facit L. unic. §. sin autem ad deficientis, ad finem, Cod. de caducis tollen. cap. inter corporalia, §. sed neque, vers unde, de transl. præl.

8 Urget & argumentum ab absurdo; quia si admittamus Episcopum non posse facere hanc mutationem, pariter admittere debemus, quod semel deputatus ab Episcopo servitio alicujus Ecclesiae, non poterit per eum transferri ad Seminarium Clericorum, neque ad aliquam Scholam, vel Universitatem, quasi in via ad maiores ordines, neque è contra, positum in Seminario, vel aliqua Schola, vel Universitate, mutare poterit ad servitium alicujus Ecclesiae, cum hæc omnia sub eadem forma, & censura contineantur, & determinantur, & una determinatio respiciens plurà determinabilia, debet pariformiter ea determinare, *L. nam hoc jure ff. de vulgar. ibi notat Alex. & Ias. num. 10. Matiens. in L. 2. tit. 9. gl. 3. lib. 5.*

9 Et valet argumentum ab absurdo, *L. scire oportet, §. aliud, ff. de excusat. tutor. L. nam absurdum ff. de bonis libert. Bald. L. Pomponius col. 3. ff. de neg. gest. idem Bald. Auth sed novo jure, C. de Episcop. audient. tradit multa Everard. in suis Topicis legalib. loco ab absurdo, Camil. Gallin. lib. 5. de verborum signification. cap. 17. num. 5.* Addo quod Conciliū in illo decreto, in prima parte prohibet minorem quatuordecim annis posse habere beneficium, & in his terminis non potest Episcopus dispensare, ut minor ante illam ætatem possit beneficium habere, quia defenditur à Concilio, ibi: *Nullus, &c. Ante decimū quartū annum beneficium possit obtinere.*

11 Imò si talis collatio de facto facta fuerit minori quatuordecim annis, erit nulla; quia ubi lex loquitur per verbum potest cum negativa præcedente, tollit potentiam, & actus in cōtrarium factus non valet, ex *regul. beneficium lib. 6. ubi gloss. 1. ad finem, & Ioan. Andr. Bart. in L. Gallus num. 4. ff. de liberis, & posth. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 11. n. 12.*

Azeved. L. 1. numer. 1. tit. 3. lib. 5. & 13 in terminis beneficij, quod collatio ejus facta minori non valeat, tenent *Bald. in L. 2. ultimo notabili, Cod. his qui veniam ætatis impetrav. Roland. cons. 48. n. 58. lib. 1. Flamin. Pariens. de resignation. beneficior. lib. 13. quest. 5. num. 135.* & in terminis Concilij in nostro decreto tenet *Flamin. lib. 3. de resignatione beneficiorum quest. 8. numer. 65.* Nisi cum eo dispensetur, ex *Rebuff. in praxi, titulo de dispensatione ration. ætatis, numer. 1. Boer. decis. 350. num. 2. Flamin. d. q. 7. n. 66.* quæ dispensatio debet esse Apostolica, ex *Cavalcan. decis. 29; & Petr. Tholosan. in novis institutionibus de re beneficiar. cap. 37. n. 5.* 14

Et in his, quæ à Concilio prohibentur, non potest Episcopus dispensare, *cap. cum dilectus, ubi gloss. de election. Rebuff. in praxi de non promovend. intra annum à num. 18. gloss. cap. dilectus in 1. verbo cum se facultas, de præbend. Frat. Emmanuel Roder. in 2. part. suæ summæ cap. 14. conclus. 6. vers. porque a esto respondo,* & in terminis dicti Concilij, quod Episcopus non possit dispensare cum minore quatuordecim annis, ut beneficium possit obtinere, tenet *Cavalcan. d. decis. 29. num. 16. & 17.* subjungens posse Episcopum dispensare in ijs, quæ permittuntur per Concilium, sicut & potest dispensare in his, quæ non prohibentur, *glossa cap. at si Clerici §. de adulterijs, de judic. verbo, minora;* quam cum alijs adducit, & probat *Cavall. dicta quest. 223.* Ergo cum sit Episcopo concessa facultas deputandi Clericos ordinatorum in prima tonsura, vel in minoribus ordinibus constitutos, servitio alicujus Ecclesiae, vel Seminario Clericorum, vel alicui Scholæ, vel Universitati quasi in via ad maiores ordines & ex eo, quod non reperitur denegata talis mutandi facultas, consequitur eam facere posse mutationem.

Nec inveni Doctorem, ex multis, 17 quos vidi, qui hunc articulum tractet, & ideo oportuit eum decidere per regulas generales, ut aliàs advertunt *Cavalcan.*

ALLEGATIO XIII.

39

can. decis. 30. num. 29. & Francisc. Marzar. de fideicommiss. 2. part. quæstion. 8. Thom. Actius de infirmitat. legali capit. 1. & 29. num. 8. nec putet aliquis hæc otiose esse dicta, quasi indubitatum, nam ut inquit Justinian. in Authent. de Tabellionib. collation. 4. nihil est inter homines sic indubitatum, ut non possit, licet aliquid sit valde justum, tamen suscipere quandam sollicitam dubitationem: & expertus sum; vidi enim hanc mutationem cujusdam constituti in minoribus incolæ urbis Portugallensis, & deputati in sua ordinatione servitio maioris Ecclesiæ, postulari per eum ab Illustrissimo illius Episcopo, qui tunc erat dominus Hieronymus Menesius, ut eum transferret ad servitium Templi Misericordiæ siti in eadem urbe, & dubitavit eam mutationem facere, fecit tamen, visa hac allegatione.

ALLEGATIO XIII.

Quæ requirantur de jure Lusitano, & Castellæ, ut Clerici in minoribus fori privilegio utantur; & in ea multa alia tractantur.

SUMMARIUM.

- 1 Quæ requirebantur secundum Ordin. Lusitanam antiquam, ut Clerici in minoribus privilegio fori gauderent.
- 2 In eo Regno omnis qui cum accusatur de crimine, provocat ad ordines, jubetur carcerari.
- 3 In hoc Regno sunt certæ personæ, quæ non carcerantur in carcere publico ob delicta, de quibus accusantur, sed constituuntur sub homenagio.
- 4 Nisi talia sint delicta, ex quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel civilis, & refertur Ordin. quæ agit de eo homenagio.
- 5 Nisi commissum sit delictum contra alium similem Cavallerium, vel Fidalgum.

- 6 In quo alius inferioris conditionis deberet carcerari in carcere publico, debet Cavallerius, vel Fidalgus homenagium habere in castello Civitatis, vel Villæ, ubi de crimine agitur, vel in domo honesta, ubi castellum non extiterit.
- 7 Referuntur verba Ordin. de eo articulo.
- 8 Personarum qualitas, & delictorum quantitas in custodia carceris inspicitur.
- 9 Homenagium concessum non potest per judicem ampliari.
- 10 Nisi is Judex sit, à quo non detur appellatio, vel gravamen.
- 11 In Curia Portugallensi aliud observatur de consuetudine.
- 12 Sunt aliqui casus, in quibus prædictis personis homenagiū denegatur.
- 13 Referuntur verba Ord. in qua illi casus excepti numerantur.
- 14 Similiter circa torturam, & referuntur verba Ordin. ubi casus excipiuntur in antiqua, & nova, & n. 15.
- 16 Ea Ordin. plures casus addidit ad antiquas, & primus casus est de crimine læsæ majestatis.
- 17 Referuntur leges, quæ de eo crimine agunt.
- 18 Non solum procedit in crimine læsæ majestatis humanæ, sed etiam in crimine læsæ majestatis divinæ.
- 19 Agitur de crimine secundo sodomie. Multa referuntur de ejus criminis enormitate remissivè.
- 20 De pluribus speciebus hujus criminis, remissivè.
- 21 In eo crimine nobilitas perditur.
- 22 In eo crimine non prodest immunitas Ecclesiæ.
- 23 Est crimen mixti fori.
- 24 Crimen non præscribitur.
- 25 Agitur de tertio crimine falsi testis.
- 26 Non minus nocet testis falsus, quam qui manu occidit.
- 27 Multa de hujus criminis gravitate deducit Menoch. loco citato.
- 28 Falsitas est homicidio, & veneficio detestabilior.

THOMÆ VALASCI

40

- 29 *Vocatur homicidium linguæ.*
 30 *In hoc crimine offenduntur tres personæ, Deus, Judex, Innocens.*
 31 *Tres pœnæ imponuntur.*
 32 *Testis dicens falsum offendit jus gentium.*
 33 *Nobilis in crimine falsitatis nobilitatem perdit.*
 34 *Im quarto crimine inducendi falsos testes.*
 35 *Argumentum à contrario sensu validum est.*
 36 *Casus cōtingentia in quodam rustico.*
 37 *Stante Ord. nova, non excusatur inducens falsos testes ad dicendum falsū testimonium.*
 38 *In quinto crimine falsæ monetæ.*
 39 *Traduntur multa de hoc crimine loco citato.*
 40 *Quibus pœnis debent puniri Rei hujus criminis in Regno Castellæ, remissivè.*
 41 *Multas pœnas contra hoc crimen referunt Azeved. & Menoch. citati.*
 42 *Refertur Ordinatio Lusitana de eo crimine.*
 43 *In eo crimine perditur nobilitas.*
 44 *In ea Ordinatio puniuntur fabricantes falsam monetam dantes favorem, opem, consilium, & conscij, qui non patefaciunt.*
 45 *Hoc crimen non præscribitur.*
 46 *An in eo prosit Ecclesiæ imunitas.*
 47 *De sexto crimine falsi, quid agat in homine falsum faciente.*
 48 *In eo perditur nobilitas.*
 49 *Referuntur verba proæmij L. 7. tit. 7.*
 50 *Plures species, quibus committitur falsitas.*
 51 *Referuntur verba L. 3. tit. 7. p. 7. quæ tractat de eo crimine.*
 52 *Refertur Ord. Lusitana lib. 5. tit. 55. in qua agitur de eo crimine.*
 53 *Refertur Ord. d. tit. 55. § 1. in qua agitur de ijs, qui possunt agere de crimine partus suppositi.*
 54 *Refertur Ordinatio dict. titul. 55. §. 2. in qua agitur, an crimen partus suppositi sit differendum in tempus pubertatis filii.*

- 55 *Refertur Ordinatio dict. titul. 55. §. ult. in qua agitur, quando maritus concurrat in committendo crimine de partu supposito.*
 56 *Partus suppositi criminis pœna de jure communi erat capitalis.*
 57 *Pœna hujus criminis de jure Regni Lusitani est relegatio in perpetuum ad partes Brasiliæ cum publicatione bonorum.*
 58 *Relegatio in perpetuum cum publicatione bonorum, dicitur deportatio.*
 59 *Puniuntur dantes opem, & concilium huic crimini.*
 60 *An in accusatione instituta contra matrem de partu supposito, controversia respiciens pueri statum differenda esset in tempus pubertatis.*
 61 *Per Ord. Lusitanam jubetur quoad matrem statim procedi, & quoad partum differri.*
 62 *Agitur de intellectu L. 3. §. alia est ff. de Carbon. edict.*
 63 *Crimen falsi, & omnia crimina, in quibus venit imponenda pœna verberum, exilij extra locum ad tempus, sunt publica, & quilibet de populo de illis potest querelam proponere.*
 64 *Accusatio de crimine partus suppositi tantum conceditur patri, & venientibus ab intestato.*
 65 *Est speciale in hoc crimine partus suppositi, ne sit publicum omnibus.*
 66 *An Ordinatio locuta de venientibus ab intestato, procedat etiam in hæredibus scriptis in testamento.*
 67 *De jure communi accusatio suppositi partus pertinet ad eos, quorum interest.*
 68 *Datur absurdum aliter intelligendo.*
 69 *Argumentum sumitur à discretionem naturali.*
 70 *Dispositio sic debet intelligi, ut nulla sequatur absurditas.*
 71 *Argumentum ab absurdo habet locum in omni dispositione.*
 72 *Ubi datur eadem ratio, datur eadem juris dispositio.*
 73 *Crimen partus suppositi nullo tempore præscribitur.*

ALLEGATIO XIII.

- 74 Illud probare debet intendens.
- 75 Quibus probationibus, conjecturis, præsumptionibus, & argumentis hoc crimen partus suppositi sit probandum, remissive.
- 76 Clericatus crimen falsi arguit.
- 77 In septimo crimine, & de ejus definitione.
- 78 De pœna furti apud Castellanos.
- 79 De pœna furti apud Lusitanos.
- 80 In hoc crimine furti perditur nobilitas.
- 81 De hoc crimine contra Clericos.
- 82 In octavo crimine maleficii, & ejus gravitas magna est.
- 83 Malefici dicuntur hostes humanæ salutis, & humani generis inimici.
- 84 Referuntur verba L. excepta Cod. de malefic.
- 85 Varias pœnas maleficii apud varias gentes, remissive.
- 86 De ejus pœna apud Castellanos.
- 87 De ejus pœna apud Lusitanos.
- 88 De ejus pœna juris communis.
- 89 De eo crimine puniuntur receptatores.
- 90 De eo crimine agitur in cap. illud 26. q. 1. & locis citatis.
- 91 De eo crimine agitur in Constit. Colimbriens. & n. 92.
- 93 In hoc crimine maleficii perditur nobilitas.
- 94 Est crimen mixti fori.
- 95 In Constit. Colimbriensi puniuntur laici plebei, & nihil dicit de nobilibus, sed quod disposuit in plebeio, procedit in nobili, quia in eo crimine perditur nobilitas.
- 96 In criminibus mixti fori cõdemnatus per judicem Ecclesiasticum, potest puniri per judicem secularem.
- 97 In novo crimine lenocinii agitur.
- 98 Quinque sũt species bujus criminis.
- 99 Pœna bujus criminis apud Castellanos.
- 100 Pœna bujus criminis apud Lusitanos.
- 101 Pœna mortis imponitur ei, qui filiam, vel sororem ejus, cum quo habitat, vel fuerit cliens, vulgo, apaniguado, vel ejus à quo beneficiũ, idest, bẽfazer, accepit, in hoc crimen induxerit, eam lenocinando, vel consentiendo in domo peccare in corpus suum.
- 102 Pœna committentis hoc crimen in aliam consanguineam, vel affinem intra quartum gradum.
- 103 Pœna committentis illud crimen in famulam ejus, cũ quo habitaverit, quæ sit à portis intus, vel quæ sit sub custodia domini, vel in deposito.
- 104 Pœna mortis imponitur, & bonorũ confiscatio ei, qui Christianam lenocinetur ad Maurum, vel Judæum.
- 105 Pœna, quæ imponitur ei, qui consensum præstitit, ut filia sua cum homine partem habeat.
- 106 In criminibus lenocinii mulieres cõdemnatæ, in quibus non condemnantur ad mortẽ, vel in exiliũ ad partes Brasiliæ, debent portare in capite signum polaine, vel enxaraviæ.
- 107 Aliud est lenocinium, quod cõmittit maritus, consentiendo uxorem se prostitui, vel adulterium committere.
- 108 Plures species bujus criminis lenocinii infert Fodocus citatus.
- 109 Non habetur respectus, an maritus ex eo lenocinio quæstum faciat, sed tantum inspicitur consensus.
- 110 Præsumitur maritus leno, qui ex adulterio non irascitur.
- 111 Vel qui dum scit, verè, dissimulat.
- 112 Est mixti fori crimen lenocinii.
- 113 De adulterio solus maritus accusare potest.
- 114 Nisi cõmittatur de consensu mariti.
- 115 Præscribitur quinquennio.
- 116 Pater imponens filiæ necessitatem peccandi ex solo præcepto, vel sua sione, privatur patria potestate.
- 117 Est casus specialis in quo filia emancipatur, vel ancilla à dominica potestate liberatur.
- 118 In his terminis competit filiæ officium judicis.
- 119 In eisdem terminis perdit pater usum fructum.
- 120 Est crimen mixti fori.
- 121 Et addendum ad Ord. in qua agitur de criminibus mixti fori.
- 122 An in eo crimine lenocinii perdat nobilitas.

- 123 *Agitur de intellectu* Ord. lib. 5. tit. 32. §. 4. in novis.
- 124 *Ordin. lib. 1. titul. 139. §. ult. non est restringenda ad casus in ea expressos.*
- Ibid. *Exempla non excludunt similia.*
- 125 *Agitur de crimine proditionis.*
- 126 *De eo crimine agunt Doctores citati.*
- 127 *Est atrocissimum, & maximum crimen proditionis.*
- 128 *Fidem frangens jus gentium lædit, ac vinculum, quo humana societas continetur.*
- 129 *De eo crimine agitur in L. 3. tit. 19. part. 7.*
- 130 *De eodẽ agitur in L. 1. tit. 19. p. 2.*
- 131 *De eodem crimine agitur in Ordin. Lusitana citata.*
- 132 *De eodem crimine agitur in L. Castellana citata.*
- 133 *Qualitas pœnæ hujus criminis secundum Ord. Lusitanam.*
- 134 *Crimen aleivosiæ, vel proditionis committit, qui veneno occidit.*
- 135 *In hoc crimine proditionis, literas securitatis conceduntur per Præsides causarum criminalium, non per Præsides Provinciales, & ille solus de ejus accusatione cognoscit.*
- 136 *In crimine proditionis non fruitur delinquens immunitate Ecclesiæ, ex cap. 1. de homicid. lib. 6.*
- 137 *Ita communiter ille text. intelligitur, & est receptus à consuetudine totius orbis Christiani.*
- 138 *Idem recipitur in eo, qui occidit veneno, ut non fruatur immunitate Ecclesiæ.*
- 139 *Qui commisit crimen proditionis, perdit nobilitatem, de jure communi.*
- 140 *Idem est secundum Ordin. Lusitan. citatam.*
- 141 *Undecimum crimen est simonia, quod incipit ex parte vendentis, ex Giezo famulo Elisei, & ex parte ementis à Simone.*
- 142 *Definitur uno modo simonia.*
- 143 *Definitur alio modo per Hostiens.*
- 144 *Alio modo definitur secundum Tyber.*
- Decian. sed non est recedendum à communi definitione.*
- 145 *Crimen simoniæ est etiam prohibitum jure civili.*
- 146 *Crimen simoniæ est altera hæresis.*
- 147 *Quilibet simoniacus dicitur hæreticus.*
- 148 *Crimen simoniæ est publicum.*
- 149 *Non est mixti fori, & ad judicem Ecclesiasticum pertinet ejus cognitio.*
- 150 *Secularis judex de eo se intromittere non potest.*
- 151 *Judex secularis an possit punire simoniacum lata sententia ab Ecclesiastico.*
- 152 *Quomodo intelligenda sit Ord. dum dicit hoc crimen simoniæ esse mixti fori.*
- 153 *Crimen simoniæ non præscribitur.*
- Ibid. *Variæ pœnæ imponuntur propter ejus atrocitatem.*
- 154 *In crimine simoniæ non habet locum nobilitatis privilegium.*
- 155 *Duodecimum crimen est privati carceris.*
- 156 *Nemo potest habere privatum carcerem.*
- 157 *Judices non vindicantes facientes privatum carcerem, tenentur crimine læsæ majestatis.*
- 158 *Habere carcerem est publici juris, & meri imperij, & non convenit privati, nec est cessibile.*
- 159 *Referuntur verba Ord. Lusitan. quæ defendunt carcerem privatum.*
- 160 *In terminis juris communis committens crimen privati carceris non gaudebat nobilitate.*
- 161 *In Regno Lusitano habetur ratio nobilitatis in crimine privati carceris.*
- 162 *Pœna privati carceris de jure communi erat capitalis.*
- Ibid. *Et de jure Lusitano imponitur mitior pœna.*
- 163 *Ord. admittens privatum carcerem committere eum, qui aliquem detinet, vel in domo, vel in alio loco ubi retentus, & custoditus est, ita quod nõ sit in plena libertate, probat opinionem Angeli.*

- 164 Retentus in via, licet non includatur in aliquo loco, accusare potest retentorem de privato carcere.
- 165 Carceratus dicitur omnis ille, qui de loco liberè, & tutè recedere nō potest.
- 166 Qui ponit aliquem in custodia datis fidejussoribus committit crimen privati carceris.
- 167 Per quantum tempus debet quis retineri, ut dicatur committere privatum carcerem.
- 168 Quid si à principio captura non est licita.
- 169 Dicitum Angeli intelligitur multis modis per Hippol.
- 170 An momentanea inclusio faciat delictum consummatum.
- 171 Non est tenenda opinio ejus, qui pro se nihil allegat.
- 172 Momentanea non sunt in consideratione, nec puniuntur.
- 173 Factum non dicitur, quod non durat factum.
- 174 Salvatur Angelus ab impugnatione Hippoliti.
- 175 Cessat altercatio inter Ang. & Hippol. stante Ordin. Lusitana.
- 176 De jure communi tempus erat 20. horarum. Ord. autem statuit tempus 24. horarum.
177. Sūt plures casus, quibus non comittitur carcer privatus, sed capi quis poterit, retineri, & exhiberi judici.
- 178 Idem in terminis falsæ monetæ, & in latronibus viarum, raptoribusque fæminarum.
- 179 Apparitores, qui habent jus capiendi, non tamen detinendi, etsi detineant captū ultra illud tempus, incurrunt crimen privati carceris, & n. 180.
- 181 Non committitur crimen privati carceris, quando retentus poterat facile effugere.
- 182 Potest pater filiū, Dominus servū, maritus uxorem, Abbas Monachum, consanguineus consanguineum furiosum carcerare.
- 183 Qui meretricem detinet causa libidinis.
- 184 Narratur cōtingentia facti de qua per Alber. & defenditur.
- 185 Tertius decimus casus in decoctore & referuntur verba Ordin. Lusitanæ de eo crimine disponentis.
- 186 Referuntur verba Ord. §. 1.
- 187 Decoctores sunt fures publici, latrones, & prædones.
- 188 Idem disponitur contra mercatores, & suos factores.
- 189 Decoctores amittunt privilegia nobilitatis.
- 190 Decoctores possunt torqueri, ut bona indicent.
- 191 Decoctores non gaudent immunitate.
- 192 Decoctores non admittuntur ad cessionem bonorum.
- 193 Pactiones decoctorum cum creditoribus circa remissionem, vel dilationē ad solvendum sunt nullæ.
- 194 Tenentur receptatores decoctorum circa eorum personas, & bona.
- 195 Bona eorū qui falliti, & decoctores, sunt, in Ecclesiis, Monasterijs, locis pijs, arcibus, navibus, domibus quorūcumque potētiorum per ministros perquiri, & ab illis auferrī possunt.
- 196 Pænæ contra receptatores non habent locum, nisi à tempore interpretationis, ex Ord. Lusit. & L. Castellæ.
- 197 In odium hujus criminis facta est Ordin. Lusitana, cujus verba referuntur.
- 198 De eo, qui bona amisit culpa sua ludendo, vel expendendo extra modum, disponit Ord. Lusitan.
- 199 De eo, qui in paupertatem incidit ex vitio fortunæ, absque culpa sua, disponit Ord. citata.
- 200 Et qui decoxit ex culpa mercari, vel vitio fortunæ, non irrogatur infamia.
- 201 Differentia inter decoquentem culpa, & vitio suo, vel sola fortunæ occasione.
- 202 Qualiter dicantur decoxisse vitio suo, vel vitio fortunæ.
- 203 De eo, qui decoxit in bonis tantum, sed non se absentat.
- 204 Alius modus decoquendi factus per eum,

- eum, qui non est mercator, nec ejus factor.
- 205 Condemnati ex hoc crimine decoctionis ex dolo, & fraude sua, amplius mercaturam exercere non possunt.
- 206 Agitur de Ordin. Lusitan. lib. 3. tit. 91. §. 1.
- 207 Agitur de Ordin. Lusitan. eodem tit. 91. §. ult.
- 208 Agitur de L. Castell. 2. tit. 19. lib. 5. novæ collect.
- 209 Ille potior erit, cujus merces extant. Ibid. Agitur de Ord. lib. 4. tit. 37. §. 2. & tit. 5. §. 2.
- 210 Decimus quartus casus, in quo quis amittit nobilitatem est in eo, qui conduxit, vel recepit redditus regales.
- 211 Quod procedit, quoad carcerandumobilem in illis duobus casibus, non in alijs.
- 212 Casus excepti firmant regulam in contrarium.
- 213 Reprobatur opinio Baeçæ tenentis in omni debito Regis, esseobilem carcerandum, licet aliquando practicata sit.
- Ibid. Agitur de Ord. Lusitan. citata.
- 214 Pro omni debito Regio quis potest carcerari secundum Ord. Lusit.
- 215 De jure, & stylo Regni Lusitani omnes etiamobiles pro debitis Regijs ex quacumque causa carcerantur, exceptis decimis de sententijs condemnatorijs.
- 216 Decimus quintus casus est in nobili mercaturam exercente.
- 217 Mercatura repugnat nobilitati.
- 218 Quod intelligit donec mercaturam exercent, nam si deponat exercitium mercaturæ, recuperat nobilitatem.
- 219 Secundo est temperandum, nisi consuetudo aliud dicat.
- 220 Quod quis sit nobilis in una provincia, non est necessario habendus nobilis in alia.
- 221 Nobilitas variatur ex varietate Regionum.
- 222 Incolæ oppidi de Monçam, quorum negotiatio, ut plurimum, consistit in vini emptione, & venditione ex licentia Regis, ex penuria illius terræ, non amittunt nobilitatem ex ea negotiatione.
- 223 Temperatur, quando nobilis exercet per se artem mercaturæ, vel officium; secus si per servos suos.
- 224 Decimus sextus casus est in quo nobilitas perditur, quandoobiles occultant bona in fraudem suorum creditorum, ne in illis fiat executio pro satisfaciendis debitis.
- 225 Quando tractatur de nobilitate, & homenagio, delinquenti conceditur, si notoriè constat de ea.
- 226 Si autem non constat notoriè de nobilitate, carceri mancipatur, & inde facit summariam nobilitatis informationem, & constituto quod sit de personis, quibus homenagium concedi jubetur, & qualitas casus non repugnat, sub homenagij fide constituitur.
- 227 Non citatur pars adversa in hac justificatione nobilitatis, nec in concedendo homenagio, licet si compareat, possit contradicere, & facere probationes in contrarium.
- 228 Si facit actum in contrarium, homenagium, & fidem frangit illius.
- 229 Qui de jure communi exit carcerem, ut adeat superiorem, non tenetur de ruptura homenagij nec de fuga.
- 230 Adiens superiorem videtur ad eum factò ipso appellare.
- 231 Limitatur Concil Trident. sess. 25 cap. 4. de regular.
- 232 Adiens superiorem ob justum gravamen habet vim appellationis apud Religiosos, à quorum superioribus posse appellare verbo, vel factò jura permittunt.
- 233 In ijs, quibus à principio liberius homenagium concessum est cum facultate spatiandi per locum, aliud observatur, & in prosecutione appellationis tenetur, vel in domo manere absque licentia exeundi ab ea, & mittere procuratorem, vel eam prosequi personaliter veniendo ad superiorem in eodem homenagio.
- 234 Frangens homenagium carceratur.

ALLEGATIO XIII.

45

- 235 *Frangentes homenagium solent impetrare veniam, & restorationem illius.*
- 236 *Agitur de Ord. concedente homenagium, in illis verbis, Fidalgos de solar, e dos assentados em os livros da Casa de Sua Magestade., & non inclusit eos, qui vocantur Fidalgi de Cota de armas.*
- 237 *Sunt certi casus, in quibus Fidalgi, & de Cota de armas equiparantur.*
- 238 *Ord. antiqua recensabat eos, qui vocantur Cavallerii.*
- 239 *In Ord. nova non includuntur Cavallerii.*
- 240 *Agitur de Ord. lib. 3. tit. 59. in princip.*
- 241 *Excipiuntur ab hac regula persone numeratae.*
- 242 *Valebit tamen procura facta, & subscripta manu illius, qui habet qualitatem Cavallerij.*
- 243 *Non sunt iidem, sed diversi Fidalgi de solar descripti in libris Regijs, confirmati per Regem, Cavallerij fidalgi, Cavallerii simpliciter.*
- 244 *Declaratur Regimen das companhias, §. 45.*
- 245 *Duces signiferi, sargenti, non utuntur privilegijs Cavallerij simplicis, nisi illis quae conceduntur Cavallerijs simplicibus.*
- 246 *Non habet homenagium in delictis.*
- 247 *Faciunt procuras manu sua.*
- 248 *Qui dicuntur Cavallerij confirmati.*
- 249 *In Regno Castellae observatur tempus commissi delicti, ut Clericus in minoribus utatur privilegijs, quia ita fuit concessum in Bullis.*
- 250 *Ante hanc L. per aliam Bullam Alex. VI. requirebatur, quod saltem per 4. menses ante commissum delictum, gereret habitum, & tonsuram.*
- 251 *Per Bullam Pij IV. praescriptum fuit tempus sex mensium ante delictum.*
- 252 *Quod idem fuit concessum per Leonem X. Francisco Gallorum Regi.*
- 253 *Si Clericus tempore commissi delicti incedebat in habitu, & tonsura Clericali, non fruetur privilegio, nisi probet,*

quod per sex menses ante, habitum, & tonsuram gerebat ultra requisita à Concil.

254 *Et in iisdem terminis non est necessarium, quod talis Clericus gerat habitum, & tonsuram tempore delicti.*

255 *Defenditur Barbosa ab impugnatione Thom. Sanches.*

256 *Apud Lusitanos aliud observatur per legem Regni, & n. 257.*

A Pud Lusitanos erat lege cautum, quod Clericus in minoribus ordinibus constitutus, & solutus, ut possit uti privilegio fori, erat necessarium in tempore suae capturae reperiri in habitu, & tonsura, nec aliud requirebatur, ut videre est ex *Ordinat antiqua lib. 2. titul. 1.* condita per Serenissimum Regem Emmanuelem laudatae, & gloriosae memoriae, anno 1521. ibi: *Eo que fizer artigos de Clerigo solteiro bastar-lhe-ha provar como ao tempo da prizaõ foy tomado em habito, e tonsura.* Et docent doctissimus Gama de Sacrament. praestadis, cap. 5. num. 29. & colendissimus Praeceptor Barbosa in *L. Titia, n. 34. vers. ultima conclusio, & numer. 36. vers. non obstat ultima, ff. soluto matrim.*

Dixi, de tempore capturae; quia in hoc Regno omnis Reus, qui cum accusatur de crimine aliquo, provocat ad Ordines, petitque remitti eorum praetextu ad iudicem Ecclesiasticum, jubetur carcerari secundum qualitatem suae personae, & qualitatem delicti, de quo inculpatur, quia si superveniat casus remissionis, debet illi remitti captus ad forum Ecclesiasticum, & non solutus à captura: sic disponitur in *Ordin. antiqua lib. 5. titul. 1. §. 5. in nova Ordin. lib. 5. tit. 124. §. 13.* ubi ita habetur: *Tanto que hũa pessoa se chamar às Ordens, logo seja prezado, segundo a qualidade de sua pessoa, e do caso por que he accusado: porque havendo de ser remetido, ha de ser remetido prezado, e não solto.*

Et notanda sunt illa verba, *segundo a qualidade de sua pessoa, e do caso por que he accusado;* quoniam in hoc Regno sunt.

4 sunt certæ personæ, quæ non carcerantur in carcere publico ob delicta, de quibus inculpantur, sed constituuntur sub homenagio, ut utar materno vocabulo, & inde à delictis objectis se defendunt, & purgant, nisi talia sint delicta, ex quibus accusari veniant puniendi pœna mortis naturalis, vel civilis, ut habetur in *Ord. antiqua lib. 5. titul. 67. in princ. & in nova Ord. lib. 5. titul. 120. in princip. ibi:*

Mandamos que os Fidalgos de solar, ou assentados em nossos livros, e os nossos Desembargadores, e Doutores em Leys, ou em Canones, ou em Medicina, feitos em estudo universal por exame, e os Cavalleiros fidalgos, ou cõfirmados por nõs, e os Cavalleiros de Ordens Militares de Christo, Santiago, e Aviz, eos Escrivaens de nossa Fazenda, e Camara, e mulheres dos sobreditos, em quanto com elles forem casadas, ou estiverem vivas honestas naõ sejam prezos em ferros, senaõ por feitos em q̃ mereçaõ morrer morte natural, ou civil, e por os outros casos em que nam caibam as ditas penas de morte, sejam prezos sobre suas homenagens, as quaes devẽ fazer aos Juizes q̃ os prenderam, ou mandarem prender, e por elles lhes seraõ tomadas, e lhes daraõ por prizaõ o castello da Villa, ou casa, ou a mesma Cidade, Villa, ou Lugar, segũdo for a qualidade do caso.

5 hoc intelligitur, nisi delictum sit commissum contra alium similem Caval-
6 larium, vel Fidalgum, licet non sit tali delinquenti æqualis conditionis in nobilitate, quia in eo casu, in quo
7 alius inferioris conditionis deberet carcerari in carcere publico, debet is Caval-
8 larius, vel Fidalgus, vel quispiam alius, qui homenagium habet, illud habere, vel in castello Civitatis, vel Villæ,
9 ubi de crimine agitur, vel in alia domo honesta, ubi castellum non extiterit, arbitrio Judicis, ut cavetur in utraque
10 *Ordin. tam antiqua, dict. titul. 67. §. 2. quàm in Ord. nova, d. tit. 120. §. 2. ibi.*

7 *Se de algum Fidalgo, ou Cavalleiro for querelado, ou elle for accusado de al-*

gum maleficio, por que nam mereça pena de morte se o maleficio for cometido contra outro Fidalgo, ou Cavalleiro, postoq̃ nam seja igual a elle mandamos que em aquelle caso, em que outra pessoa de mais baixa condiçãam deverã ser prezo em ferros, o Fidalgo, ou Cavalleiro seja prezo sobre homenagem no castello da Cidade, ou Villa, onde o feito for ordenado, ou em outra casa honesta, se abi castello nam houver segundo arbitrio do Fulgador. Nam personarum qualitas, & delictorum
8 quantitas in custodia carceris inspici-
9 tur, *L. 1. 2. & 3. ff. de custod. reor. ubi. glossa, Bart. Alber. gloss. L. minime, C. de appellation. Tiraquel. de nobilitat. capit. 20. à num. 28. Menoch. de arbitrar. casu 305. numer. 6. Farin. lib. 1. quæst. 33. à num. 60.*

Hoc autem homenagium semel concessum non potest per Judicem ampliari in liberius homenagium, sive latius ab eo, quod à principio concessit delinquenti, nisi is Judex sit à quo non detur
10 appellatio, vel gravamen ad alium Judicem superiorem, ut probat *ead. Ordin. tam antiqua, quàm nova in §. ultim. antiquæ, in §. quinto novæ, ibi: E mandamos que nenhum Fulgador desque huma vez tomar a homenagem a alguma pessoa, lha nam alargue mais, salvo se delle nam houver appellaçaõ, nem agravo naquelle caso.*

11 In Curia tamen Portugallensi, in qua per plures annos advocacionis officium exercuimus, observatur, quod constituti sub homenagio prædicto modo concessio pro delictis, in quibus potest locum habere, solent ab illius gubernatore impetrare licentiam spatiandi per civitatem, vel oppidum, ubi homenagium acceperunt, per aliquot dies in singulis hebdomadis causa negotiandi cum suis Advocatis, vel Actuarijs, & Judicibus, qui de crimine notationem habent, audiendi sacra in diebus Dominicis, vel festivis, recta via redituri ad locum homenagij finita illa occasione, & nullus alius Judex, nec Senatores illius Curiaë hanc facultatem concedunt.

12 Sunt tamen aliqui casus, in quibus prædictis personis nobilibus tale hominagium denegatur, sed carceri publico mancipantur, custodiuntur, & inde respondent in illis casibus, quos cumulat *Ordin. lib. 5. titul. 40. §. ult. in antiquis, ibi: E mandamos que nenhũa pessoa assim das sobreditas, como de outra qualquer qualidade que seja, não seja escuso das ditas penas, nem de outra pena vil, quando for accusado, ou condemnado por ladraõ, ou feiticeiro, ou alcoviteiro, ou moedeiro falso, porque a taes como estes nam será recebida nenhũa excepção de abonamẽto algum, antes serã executados como qualquer pessoa vil.*

13 Et latius in nova *Ordin. lib. 5. titul. 139. §. fin. ibi: E mandamos que pessoa alguma, assim das sobreditas, como de outra qualquer qualidade, nam seja escusa das ditas penas, nem de outra qualquer pena vil, quando for condemnado em pena crime de lesa magestade, sodomia, testemunho falso, ou por induzir testemunhas falsas, moeda falsa, ou outro crime de falsidade, furto, feitiçaria, ou alcovitaria, porque a estes taes nam será recebida excepção alguma de abonaçam, antes serã executados como qualquer pessoa vil.*

14 Similiter circa torturam *Ordin. antiq. lib. 5. tit. 64. §. ultim. numerando personas immunes ab illis, dicit in hæc verba, ibi:*

E sêdo Fidalgo de solar, ou Cavalleiro, ou Doutor em Leys, ou em Decretos, ou em Physica, ou Vereadores, e Juizes de algũa Cidade, não serã metidos a tormento em caso algũ, mas em lugar de tormento lhes será dada outra pena, q̄ seja em alvedrio do Fulgador, salvo em crime de lesa magestade, ou em crime de falsidade, ou feitiçaria, ou moeda falsa, ou sodomia, q̄ segũdo direito em taes casos, e cada hũ delles, não gozẽ de privilegio de Fidalgo, ou Cavalleiro, ou Doutorado, mas serã punidos, ou atormentados, como cada hũ do povo.

15 Et in *Ordin. lib. 5. titul. 124. §. ult.* ita cavetur: *E os Fidalgos, Cavalleiros, Doutores em Canones, ou em Leys, ou em*

Medicina, feitos em Universidade por exame, Juizes, e Vereadores de algũa Cidade, não serã metidos a tormento, mas em lugar delle lhes será dada outra pena, q̄ seja a arbitrio do Fulgador, salvo em crime de lesa Magestade, aleivosia, falsidade, moeda falsa, testemunho falso, feitiçaria, sodomia, alcovitaria, furto, porque segundo direito nestes casos não gozã de privilegio de Fidalguia, Cavalleria, ou Doutorado, mas serã atormentados como cada hũ do povo.

Hæc nova *Ordin.* plures casus addit ad antiquam, & concordando cum jure communi: Primus casus se offert in crimine læsæ majestatis humanæ, quod tale crimen committens amittat privilegia nobilitatis, & subjiciatur torturæ & pœnis vilibus, ut probatur in *L. nullus, Codic. ad leg. Jul. magestat. ibi: Nullus omnino, cui inconsultis, ac nescientibus nobis fidicularum tormenta inferuntur, militiæ, vel generis, aut dignitatis uti defensione prohibeatur, excepta tantum majestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est; quam legem dicit ibi Bart. esse notabilissimam, & notant Alberic. Angel. & Salicet. eam conclusionem: idem decidunt Imperator in *L. decuriones, Codic. de quæstionib. & ibi notant Bald. & Salicet. Brunus de indicijs 2. part. cap. 24. Orosio in L. illicitas §. ultim. num. 4. ff. de offic. præsidis, Gregor. Lop. in L. 2. titul. 30. part. 7. gl. Cavallero, Dueñas regul. 190. Otalora de nobilitat. 5. part. §. ult. num. 4. Joan. Gartia de nobilitat. gloss. 1. num. 10. Ful. Clar. in præct. criminal. §. lesa majestas, Petrus Gregor. Tholosan. lib. 35. syntagma juris universi, cap. 1. Tyber. Decian. 2. tom. tractatus iriminal. lib. 7. cap. 46. Joan. Gratian. reg. 55. n. 20. Farinac. lib. 1. titul. 5. quæst. 41. num. 100.**

Apud Castellanos est *L. 2. titul. 2. part. 7. in L. 2. titul. 7, Ordinament. lib. 8. in L. 2. titul. 18. lib. 8. novæ collect. ubi Azeved. num. 1. post L. 6. tit. 13. p. 2. & gloss. ibi, vers. mas, & apud Lusitanos in *Ordin. antiqua lib. 5. tit. 3. §. 29.**

¶ §. 30. & in nova Ordin. lib. 5. titul. 6. §. 9. ibi: E em todos estes casos, e cada hum delles he propriamente cometido crime de lesa magestade, e havido por traidor o que o commeter, e sendo o commetedor convencido por cada hum delles, será condemnado que morra a morte natural cruelmente e todos seus bens que tiver ao tempo da condemnacão, serão confiscados para a Coroa do Reyno posto que tenha filhos, ou outros descendentes, ou ascendentes, antes, ou depois de ter cometido tal maleficio; & in §. ultim. ibi: E em todos os casos deste titulo, não gozará o accusado do privilegio para não haver de ser metido a tormento, nem haver pena vil, porque de todo he privado.

18 Quod non solum procedit in crimine læsæ majestatis humanæ, sed etiam in crimine læsæ majestatis divinæ, ut per citatos per Peres ad L. 5. titul. 2. lib. 4. Ordinam. vers. Pueda, Simancas de Cathol. inst. titul. 46. num. 68. & titul. 65. num. 44. Rojas in singul. fidei, singul. 209. Francisc. Pena in 3. part. direct. inquisitor. quest. 61. comment. 110. vers. in hoc tamen hæreseos, probat L. hi qui sanctam, Cod. de apostat. auth. Gazaros, Cod. hæret. & Manich. ibi: Cum longè gravius sit æternam, quàm temporalem offendere majestatem: & in corpore unde sumitur, in Auth. de statutis, & consuetudinib. contra libert. Eccles. editis, §. Gazaros collat. 10. cap. vergentis, de hæret. ubi glos. verb. gravius, Iodoc. in sua praxi, cap. 61. num. 1. & latius à n. 50. ubi multa de hoc crimine Petr. Greg. Tholosan. lib. 33. syntagmat. jur. univers. cap. 2. n. 1. Tyber. Decian. in 1. tom. tract. crimin. lib. 5. cap. 19.

19 In secundo crimine sodomix, quod est peccatum contra naturam, agunt Imperatores in L. cum vir nubit, Cod. ad L. Jul. de adulter. ubi Imperatores Constantinus, & Constans sic insurgunt: Cum vir nubit, infæmina viros paritura quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est id, quod non proficit scire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor queritur, nec videtur? jubemus in-

surgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquisitis pænis subdantur infames, qui sunt, vel futuri sunt Rei, & in §. ite lex Julia de adulteriis, ibi: Sed & eos, qui cum nefãdam libidinem exercere audent. Institut. de public. judic. Auth. ut non luxurientur cõtra naturam, collat. 6. capit. flagitia 32. quest. 7. cap. Clerici, de excessib. Prælat. Iodoc. in sua praxi crimin. cap. 98. n. 25. Gomes. L. 80. Taur. numer. 3. Bossius de delict. cap. de stupro detestabili in masculos, Iul. Clar. in pract. crimin. §. sodomia n. 4. Menoch. de arbitr. casu 286. Multa referuntur de hoc crimine, & de ejus enormitate, & turpitudine in 2. tom. cõmun. opin. lib. 9. titul. 7. à num. 153. Bern. Dias in pract. criminal. cap. 86. ubi Salzed. Petr. Gregor. in syntagmat. jur. universi, lib. 31. cap. 15. & de pluribus speciebus hujus criminis Didacus de Cantera in quest. criminalib. cap. 4. à numer. 66. De hoc crimine tractat Ordinam. apud Lusitanos tam antiqua lib. 5. titul. 12. quàm Ord. nova lib. 5. titul. 13. in princip. ibi: Toda a pessoa de qualquer qualidade que seja, que peccado de sodomia por qualquer maneira commeter, será queimado, e feito por fogo em pò, para que nunca de seu corpo, e sepultura possa haver memoria, e todos seus bens sejam confiscados para a Coroa de nossos Reynos, posto que tenha descendentes: e pelo mesmo caso seus filhos, e netos ficarã in habiles, e infames, assim como os daquelles que comettem crime de lesa magestade.

Et apud Castellanos in L. 1. tit. 21. lib. 8. novæ collect. & in titul. 21. partit. 7. in hoc crimine perditur nobilitas, ex d. L. 1. ibi: Por el qual nobleza se pierde. Lucas de Pena, & Paris. de Puteo de syndicatu, citati per Avend. respons. 39. num. 9. Otalora de nobilitate 5. part. cap. ultim. num. 4. Azeved. d. L. 1. num. 17. & in L. 4. num. 37. titul. 2. lib. 6. nec ei prodest immunitas Ecclesiæ ex Salzed. ad Bernard. d. cap. 86. glos. 1. verbo, nec sodomita, Humada ad Gregor. Lop. L. 4. titul. 11. part. 1. gloss. 8. num. 4. & 5. ubi sic tenet pro, & contra disputando Castill.

Bobald. in sua Polit. de los Corregidores, cap. 14. num. 19. lib. 2. in tomo 1. Thom. Serdam de visit. carcer. cap. 11. num. 13. vers. hereges, & incurrit excommunicationem, cap. Clerici, de excessib. Prælator. Menoch. dicto casu 286. numer. 2. Est crimen mixti fori ex Marian. cap. cum sit generale, n. 25. de foro compet. Tyber. Decian. 1. tom. crimin. lib. 4. cap. 26. num. 11. & hanc esse communem opinionem cum Bermundo de concubin. de peccato sodomitico, fol. 128. num. 43. asserit Ful. Clar. in pract. criminal. q. 37. num. 5. Michael Agia de auxiliis, cap. de crimine abominab. fol. 66. Curia Philippica 3. part. §. 2. num. 19. Cardin. Thusc. 7. tom. quæst. 317. quod addendum est ad Ordin. lib. 2. tit. 9. in novis, neque præscribitur hoc crimen ex traditis per Hippol. L. qui falsam, §. 1. n. 4. & 5. ff. ad leg. Cornel. de falsis Gregor. Lop. in L. 4. tit. 17. part. 7. verb. hasta treinta años.

In tertio crimine falsi testimonii, inquit Salomon Proverbior. c. 6. Testem fallacem odit Dominus: & ibi Corn. Anzen. interpretatur fallacem testem proferentem mendacia, per quem scilicet pervertitur iudicium, a quo Reipublicæ salus dependet, per quem innocentes opprimuntur etiam usque ad mortem aliquando, ita ut non minus noceat, quam qui manu occidit; quid enim interest manu, an lingua sanguinem innocentem quis fundat? Nec discrepat J. C. in L. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicariis, ibi: *Quivè falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur.* Multa de huiusmodi criminis gravitate deducit Menoch. de arbitr. casu 306. ubi num. 13. refert illud Salomonis Proverbium, & Angel. in Auth. de nuptiis §. minorem collat. 5. dicentē, quòd falsitas sit homicidio, & veneficio detestabilior. Addo Didac. Canter. in quæstion. crimin. cap. 8. à. num. 42. Vocatur hoc homicidium linguæ, quod committitur adulterino, seu falso testimonio, concilio, suggestionē, vel adhortatione, præcepto, iussu, madato, ex Io-

doc. in praxi criminal. cap. 70. num. 1. & in hoc crimine offenduntur tres personæ, primum Deus, secundum iudex, quem mentiendo fallit, postremo innocens, quem falso testimonio lædit, ex cap. 1. de crimini falsi. & ideò tres poenæ imponuntur, perjurii, falsi, homicidii, & hic occidendi modus detestabilis est, ex eodem Iodoc. dict. num. 3. & testis dicens falsum, offendit jus gentium naturale, & divinum, ex Menoch. de arbitr. casu 308. n. 4.

Quòd autem nobilis in crimine falsi testimonii nobilitatem amittat, & poenis vilibus subjiciatur tenent de jure communi Lucas de poena in L. mulieres, col. pen. Cod. de dignitatib. lib. 12. Matth. d. Afflict. dec. 404. num. 23. Francisc. Aviles ad leg. Prætor. cap. 48. verb. punition, num. 5. Menoch. dict. casu 306. n. 13. Azeved. in L. 4. tit. 2. num. 37. lib. 6. novæ collection. & quia in Ordin. antiqua lib. 5. tit. 40. §. ultim. talis casus falsi testimonii non declarabatur, facta fuit, L. 4. tit. 20. part. 4. per Serenissimum, & Catholicum Regem Joannem III. Lusitaniæ, ubi ita decidisse proponitur: *Determinou o dito Senhor em Evora, em Relação aos 19. de Janeiro de 1537. que o que fosse comprehendido em algum testemunho falso, não fosse escuso de pena vil, por razão de qualquer qualidade de sua pessoa, ou privilegio, que tivesse.* Et decisum est in d. nova Ord. lib. 5. tit. 139. §. ult. cujus verba jam supra retulimus.

In quarto crimine inducendi falsos testes non erat expeditum per legem aliquam in Regno Lusitano Ordin. antiquæ, idò videbatur non habere locum poena vilis in inducentem falsos testes, & urgebat Ordin. antiqua lib. 5. tit. 3. §. 2. in qua agebatur de hoc crimine, & poena ejus, & dicit: *E sendo pessoa em que não caiba pena de açoutes, sumpto argumento à contrario sensu, quod est validum saltē in illis casibus, in quibus per aliam legem contrarium non est decisum, ex L. 2. ubi Bald. & Salicet. C. de condit. infert. Bald. L. qui testam.*

§. *ultim. ff. de testam. Everard. loco 4. Gallin. de verbor. signific. lib. 8. cap. 10.*
 36 n. 13. & 14. licet non profuit cuidam rustico, qui falsos testes induxit, & corripit in quadam causa criminali, ob quod delictum per Præsidentem causarum criminalium in Senatu Portugallensi fuit per annos in oppidum Castri marini relegatus cum fune ad collum, & præconio publico, per vias publicas Civitatis, nec ei profuit allegare excusationem aliàs legitimam, ut relevaretur ab ea poena vili funis ad collum, & præconii publici, fuit tamen liberatus ex indulgentia invictissimi, & Catholici Regis.

37 Hodie stante *Ordinat. nova d. titul. 139. §. ultim. lib. 5.* à poenis vilibus non excusatur inducens falsos testes ad dicendum falsum testimonium, dicitur falsum committere, sicut & ipse deponens falsum ex *L. lege Cornelia 9. §. pen. ff. ad L. Cornel. de falsis*, ibi: *Item qui infalsas attestations faciendas testimoniavè falsa invicem dicenda dolo malo coierint*, idest, procuraverit, ut ibi per glossam, verbo *coierint*, *Alber. numer. 2. Afflict. lib. 2. constitut. rub. 3. §. qui falsitatem, num. 4. Gregor. Lop. in L. 4. tit. 7. part. 7. gloss. 3.*

38 In quinto crimine falsæ monetæ, de eo agitur in *L. qui falsam, ff. ad legem Cornel. de falsis*, in *L. 2. Codic. de falsa moneta*, *L. 9. tit. 7. part. 7. Iodoc. in sua praxi criminal. cap. 65. & cap. 125. n. 15. Ful. Clar. in pract. criminal. §. falsū, num. ultim. Bossius de delictis, titulo de falsa moneta*, *Petr. Gregor. Itholosan. lib. 36. syntagmat. juris universi, cap. 2. Tiber. Decian. 2. tom. criminal. lib. 7. cap. 25. usque ad cap. 28. Joann. Cutier. practicarum question. lib. 3. question. 4.*

39 *Didac. Cantera in question. criminal. cap. 7. à num. 19. traduntur multa in 2. tom. commun. opin. lib. 9. tit. 19. quibus autem poenis debent puniri Rei hujusmodi criminis apud Castellanos ponitur in dict. L. 9. ibi: Mandamos que qualquier q̄ fiziere falsa moneda de oro, o de plata, o de otro metal qualquier, que sea quemado por ello, de manera que mue-*

ra, & in L. 5. tit. 17. lib. 8. novæ collect. ibi: Qualquier que fabricasse falsa moneda, o acõseia fazer, porque es a leve, pierda la amitad de sus bienes para la nuestra Camera; ubi Azeved. à numer. 14. agit de pluribus poenis, quæ in hoc crimine imponuntur, & Menoch. de arbitr. casu 316. an. 51.

Et apud Lusitanos, tam in *Ordinat. antiqua lib. 5. tit. 6.* quàm in *nova lib. 5. titul. 12. in princip.* tractans de hoc crimine, inquit in hæc verba: *Moeda falsa he toda aquella, que naõ he feita por mandado do Rey, em qualquer maneira q̄ se faça ainda que seja feita daquella materia, e forma de que se faz a verdadeira moeda que o Rey manda fazer; porque conforme a direito, ao Rey sòmete pertence o fazella, e a outro algum naõ, de qualquer dignidade que seja; e por a moeda falsa ser cousa muito prejudicial na Republica, e merecerem ser gravemente castigados, os que nisto forem culpados, mandamos que todo aquelle que moeda falsa fizer, ou a isso der ajuda favor, ou conselho, ou for delle sabedor, e o naõ descobrir, morra morte natural de fogo, e todos seus bens sejaõ confiscados para a Coroa do Reyno.*

Et in terminis hujus criminis, quod in eo delinquens nobilitatem amittat, & ejus privilegia, docent *Didac. Peres ad L. 4. tit. 2. lib. 4. Ordinat. pag. 1371. ad finem*, allegando *Ordin. Lusitanam antiquam, & Azeved. in L. 4. titul. 3. lib. 6. num. 37. versic. nono crimine*, & probatur ex *Ordinat. dict. tit. 12. §. 2. ibi: Eneste crime de moeda falsa, ninguẽ gozará de privilegio pessoal, que tenha de Fidalgo, Cavalleiro, Cidadão, ou qualquer outro semelhante, porque sem embargo delle será atormentado, e punido como cada hum do povo, que privilegiado naõ seja; quod etiam cavebatur in d. Ordinat. antiqua d. tit. 6. §. 4.*

Et notandum est, quod in illa *Ord.* puniuntur fabricantes falsam monetam, dantes favorem, opem, consilium, item & conscii, qui non revelant, ut etiam docent *Bart. in L. lege, ff. ad legem Cornel. de*

45 *defalsis, Afflict. lib. 3. constitut. rub. 40. in princip. num. 8. Iodoc. d. cap. 65. num. 8. d. L. 9. titul. 7. part. 7. nec hoc crimen præscribitur aliquo tempore, ex Hippol. d. L. qui falsam §. 1. numer. 4. Greg. Lop. in L. 4. titul. 7. part. 7. gloss. 4. Farinac. lib. 1. quæst. 10. num. 29. & an proficit immunitas Ecclesiæ delinquentibus in hoc crimine, consule Joan. Gutierr. practicar. quæst. lib. 3. q. 4.*

47 In sexto crimine falsitatis, dixit Cynus in L. transigere, Cod. de transact. quòd per maculam falsitatis homo devenit ad nihil, inter homines, quia dicitur homo sine fide, sine conscientia, refert eum *Afflict. dec. 404. numer. 23. & ideo perditur nobilitas per tale crimen, & illud committens potest puniri pœnis vilibus, L. si quis decurio, Cod. de falsis Brunus de indiciis 2. part. versic. adde in crimine falsi, Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 89. Menoch. de arbitr. casu 306. numer. 13. Peres, & Azeved. locis citatis.*

pter illa verba *Ordin.* ibi: *Como ao tempo da prizaõ foy tomado em habito, & tonsura:* naõ verbum illud, *tomado*, in vulgari sermone, verificatur in reali apprehensione, & captura, *L. 3. §. sed si ex improviso, ff. de re militar. ibi: Dum iter quis facit, capiatur ab hostibus; & in L. quod ait lex 23. in principio, ff. de adulter. L. naturalem, §. 1. ff. de acquir. rerum domin. §. 1. Institut. de rerum divisione, Calep. verb. captus, Rebuff. in L. aliud est capere 71. ff. de verbor. signific. pagin. 476. Brisson. lib. 3. de verb. signific. verbo, capere, Prateus in suo Lexicon, in eodem verbo capere, sicut dicimus de alio vocabulo, *achado*, Latine inventus; quod etiam verificatur de realiter invento & capto, ex *Bartol. Imol. Paul. & Alexand. in L. 1. ff. de acquirenda possession. L. si barsatorem, Cod. de fidejussor. ubi Bartol. Bald. Angel. Salicet. Bertaquin. 3. part. sui repertorii, verbo in venire; Gomes L. 45. Tauri n. 48. Petr. Messia de taxa panis, concl. 1. n. 31.**

In confirmatione hujus doctrinæ ponderatur illud verbum, *ao tempo*, quod refertur ad illud tempus, in quo ipse actualiter capitur, seu in quo fit ipsa actualis captura ipsius Clerici, qui provocat ad ordines, & vult uti privilegio fori, ex *L. 4. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. num. 61. gloss. Bart. & alii, Alc. respons. lib. 9. respons. 101. numer. 12. Rebuff. in L. mulieris, appell. 13. §. desinere, ff. de verborum signification. fol. 124. ad fin. Calepin. verbo, tunc, Didacus de Ximenes in suo Lexicon, verbo, tunc, Prateus, verbo, tunc. in suo Lexicon. Brisson. lib. 18. de verborum signific. verb. tunc, ubi inter alia citat. *L. 1. §. rectissime, ff. de vi armat.* quod etiam probatur ex princ. hujus *L. 1.* ibi: *Tunc ibi habuit; & in §. interdictum autem, ibi: Qui tunc cum dejiceretur possidebat.**

Item ponderatur illa qualitas, *como ao tempo da prizaõ foy tomado em habito & tonsura;* quæ qualitas adjuncta verbo, debet verificari tempore verbi, *L. si Titius, ff. de re militar. L. in delictis, §. si ex*

extraneus, ff. de noxalibus, quam exor-
nat Dec. consil. 37. num. 8. Paris. consil.
62. num. 37. lib. 4. Ludovic. Gomez. §.
rursus, num. 21. Institut. de actionibus,
Gonçalus Soares in sua pratic. 7. part.
capit. unic. tom. primi, n. 97. & in termi-
nis dict. Ordin. illud verbum est, to-
mado qualitas autem est habitus, & ton-
sura, ergo in eo tempore verificanda est,
quo fit ipsa captura.

14 Ibidem ponderantur ea verba *Concil.*
Tridentin. sess. 23. cap. 6. de reform. ibi:
Aut Clericalem habitum, & tonsuram
deferens; quia verbum deferens est in
participio præsentis temporis, & resol-
vitur in relativum, & verbum præsentis
temporis, gloss. notabilis in Clem. 1. ver-
bo dignitatib. de præb. Bart. in L. Cen-
turio, num. 25. ad fin. ff. de vulg. Imol.
L. 1. ad fin. ff. de condit. & demonstrat.
Alex. cons. 113 num. 3. lib. 1. & consil.
124. n. 6. lib. 2. Fos. cons. 65. column. 2.
vers. sed præmissis, lib. 3. & ideo hæc ge-
statio, & habitus, & tonsuræ Clericalis,
debet esse continua, & frequentativa cum
servitio Ecclesiæ, vel altera ex circum-
stantiis Concil. ut admonet, & probat
in terminis citati, decreti, Menoch. cons.
912. à num. 28. lib. 10. addo Ursyllum ad
Afflic. dec. 24. n. 7.

15 Unde infertur, quod licet ante Con-
 cil. sufficiebat, ad utendum foro, Cleri-
 cum versari in habitu, & tonsura, nec
 amittebat tale privilegium fori, nisi ef-
 fet ter admonitus per superiorem, &
 habitum non resumeret, ex textu in
cap. in audientia, cap. cum contingat. 2.
de sentent. excommunic. Tyb. Dec. 1. to-
mo crimin. lib. 4. cap. 9. n. 88. Menoch.
d. cons. 912. num. 33. lib. 10. Barbosa in
d. L. Titianum. 35. vers. unde in mate-
ria ad fin. Farinac. lib. 1. quæst. 8. num.
 16 60. tamen jam hodie post Concilium
 Tridentinum non requiruntur tales ad-
 monitiones, imò si tales Clerici in pri-
 ma tonsura, vel in minoribus constituti
 reperiantur sine habitu, & tonsura, amit-
 tunt privilegium fori, ut per *Navar.*
cons. ultim. n. 6. lib. 5. de privileg. imò
& Ful. Clar. in practic. criminal. §. ult.

quæst. 36. versic. hæc autem; quæ testan-
tur cum Alex. de Novo, cons. 59. num. 4.
 17 apud suos ita servari; nam Clerici qui
 non sunt in sacris, nec habent benefici-
 um, si non incedunt in habitu, & ton-
 sura, puniuntur indistinctè per iudices
 sæculares, etiamsi à suo Prælato moniti
 non fuerint, & quod ita rescripsit Sena-
 tus Prætori Bobii, & Vicario Episco-
 pali ejusdem civitatis, qui contra hujus-
 modi quandam inhibitionem fecerat ip-
 si Prætori, quam ipse postea revocavit,
 & eum refert *Farin. dict. num. 60.* licet
 contendat de jure fore necessariam ta-
 lem admonitionem fieri, & cum inter-
 vallo temporis, & specialis, & per judi-
 cem Ecclesiasticum; & ante eum *Afflic.*
lib. 1. constitut. rub. 3. num. 10 sed non
 est recedendum à prima opinione, quod
 non requirantur illæ admonitiones, quia
 nec requiruntur in *Concil.* nec in *dictis*
constitutionib. Synodalib. nec in *Ordin.*
Regia, nec sunt in usu; & ultra hæc *Tyb.*
 18 *Dec. d. cap. 9. num. 88.* dicit, quod stan-
 tibus concessionibus Pontificum factis
 Gallorum, & Hispaniæ Regibus, pos-
 sunt iudices sæculares punire tales Cle-
 ricos sine illis monitionibus, & assignat
 ibi rationem, & confirmat, ut etiam in
 terminis Concilii tenent *Cuchus institut.*
canonicar. cap. 66. & Lælius Zechius
de Repub. Ecclesiastica, cap. 19. de Cleri-
cis in communi, titul. de Clericor. privi-
legiis, quando amittantur, num. 6. dicen-
 tes, quod usus ita recepit.

Secundo infertur, quod non deferen- 19
 tes coronam, & habitum, non gaude-
 bunt tali privilegio: quid autem de iis,
 qui se obligaverunt servitio, & de aliis
 ministris, & familiaribus perpetuis, vel
 ad tempus, videndi sunt *Tyb. Dec. d. cap.*
9. num. 27. Jacob. de Graff. 2. part. sua-
rum decis. lib. 3. cap. 5. à n. 24. & Aug.
Morla in suo emporio, titul. 2. de jurisd.
omn. judic. n. 140.

Ex *dict. Ordin. Lusitan. in antiq. 02*
d. §. 15. & nova d. §. 27. lib. 2. titul. 1.
 infertur tertio, quod in eo Regno non
 admittetur ea opinio, quæ habet, quod
 non incedens in habitu, & tonsura tem-
 pore

pore delicti non utetur fori privilegio, de qua per *Boer. decis. 63. num. 13. Emman. Soar. in suo thesaur. commun. opin. litera C. num. 196. Hip. Bonacosa in suis communib. criminalibus, verbo Clericus absque, Tyb. Dec. d. cap. 9. num. 10. Farin. d. quest. 8. n. 66.* Nam hæc qualitas portandi habitum, & tonsuram, sufficit in Clerico in minoribus soluto, si verificetur eo tempore, quo capitur, licet in tempore delicti talem habitum, & tonsuram non gestasset.

22 Similiter non admittetur apud Lusitanos alia opinio, quod Clericus, qui non incedebat in habitu, & tonsura, & statim commisso delicto habitum, & tonsuram reassumat, gaudere poterit nihilominus fori privilegio, de qua per *Joan. And. cap. Joan. 4. quest. de Cler. conjug. communiter receptum ex Alex. cons. 8. n. 4. lib. 1. Ful. Clar. d. quest. 36. n. 15. Pet. Pichard. inter communes, verbo Clericus conjugatus, Hip. Bonacosa, verbo Clerici in minoribus,* quia non utetur talis Clericus fori privilegio, nisi tempore capturæ in habitu Clericali, & tonsura reperiat, ex dictis.

23 Nec etiam opinio hæc admittetur apud Castellanos, quia secundum legem illius Regni relatam supra, requiritur, quod portaverit habitum, & tonsuram sex mensibus ante commissum delictum, ut advertit *Hieronym. Cævall. de communib. contra communes, quest. 563. num. ultim. & Cur. Philip. 3. part. §. 1. n. 4.* & alii citati per *Barbosam in d. L. Titia num. 35. vers. tamen quia hi;* imò & in terminis illius legis admittunt aliqui,

24 quod si cessante fraude ordines acceperit, & exinde contiaud habitum, & tonsuram Clericalem gestaverit, licet sit à minore tempore, quam à sex mensibus ante crimen patratum, utetur privilegio fori, ut tenent *Curia Philip. d. num. 4. & Thom. Sanches d. disputat 46. n. 10.* hoc sentit, itaque lex Castellæ practicabitur in duobus casibus, vel in eo, qui in sex mensibus, ante commissum crimen, habitum, & tonsuram gestavit, vel in eo, qui ordines à minore tempore sus-

ceperit deferens habitum, & tonsuram continuò, cessante fraude, & in eo tempore fecerit delictum.

ALLEGATIO XV.

Clerici in minoribus gaudent privilegio fori in causis criminalibus, sive criminaliter, sive civiliter intententur, & in ea traduntur multa.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici in prima tonsura, vel in minoribus ordinibus, gaudent privilegio fori in criminalibus, sive criminaliter, sive civiliter intententur, non verò in causis merè civilibus, & probatur lege Regia Lusitana.
- 2 Idem probatur in lege Castellana.
- 3 Hoc est de jure validum.
- 4 Hac exceptione utuntur Clerici in omnibus delictis, quanvis sint gravia.
- 5 Verba, quæquæque maleficos, sunt generalia, & omnia comprehendunt.
- 6 Summus Pontifex in aliquibus causis criminalibus potest concedere jurisdictionem Principibus secularibus puniendi Clericos.
- 7 Uti fuit concessum Gallorum Regi.
- 8 Et Carolo Imperatori.
- 9 Aliis Regibus Hispaniæ.
- 10 Item Regi Valentia.
- 11 Item concessum fuit Ducibus Venetis.
- 12 Sic concessum fuit Regibus Lusitaniæ in multis criminibus.
- 13 Argumentum à contrario sensu procedit, nisi contrarium sit expressum in jure.
- 14 Concessio Pii II. facta Alphonso V. fuit ante Ordin. Regis Emmanuelis, ut Clerici in minoribus responderent in civilibus coram iudicibus secularibus.
- 15 Refertur concessio facta per Leonem X. Regi Emmanueli in diebus vite sue.

- 16 Refertur tenor concessionis factæ per Clementem VII. Joanni III. Regi Lusitanie.
- 17 Refertur tenor concessionis factæ per Julium III. eidem Joanni III.
- 18 Quod concesserit Julius III. Joanni III. in sua Bulla.
- 19 Posterius dictum non videtur admitendum.
- 19 Clerici in sacris gaudent privilegio fori quoquo tempore ordines susceperint.
- 20 Dicta Bulla Julii III. non est necessaria, nec practicanda, stante Concil. Trident. & nova Ord.
- 21 Agitur de concessione Pii IV. facta Sebastiano Regi.
- 22 Referuntur verba ad Ord.
- 23 Appellationes, interpositæ per Clericos, ad quem sint committendæ in illis casibus, in quibus possent de jure appellari.
- 24 Referuntur verba alterius concessionis factæ per Pium IV. dicto Regi Sebastiano.
- 25 De pænis adversus supplicantes contra gratias Regis.
- 26 Illæ pænæ practicatæ sunt cõtra quendam Clericum sed erat in casu diverso, circa gratiam concessam Regi, ut Magistro Ordinum Militarium, & contra sententiam supplicavit, & rescriptum in contrarium obtinuit.
- 27 Dicti Clerici non possunt renuntiare privilegio fori in causis criminalibus.
- 28 Et probatur, quod non possint renuntiare.
- 29 In casibus, in quibus judices procedunt contra Clericos in indultis Apostolicis, censentur delegati.

Clerici in prima tonsura initiati, vel in minoribus ordinibus instituti, gaudent privilegio in criminalibus, sive criminaliter, sive civiliter intententur, non verò in causis merè civilibus, ut probatur ex Ordin. Lusitan. in antiqua lib. 2. titul. 1. §. 14. & in nova lib. 2. titul. 1. §. 4. ibi: Todos os Clerigos de ordens menores, assim solteiros, como casados

com taes mulheres, que lhes as ordens devem valer. poderão ser demandados perante as nossas justiças em todos os casos, & causas civéis, & elles serã obrigados a responder perante ellas quando civilmente forem demandados, sem poderem allegar seu privilegio de Clerigos, salvo nos casos crimes assim civilmente, como criminalmente intentados, porq̃ nestes se guardará o que dizemos neste titulo, §. os Clerigos de ordens menores.

Quod etiam probatur apud Castellanos in L. 2. titul. 4. lib. 1. novæ collect. in qua Philippus ejus nominis secundus ita statuit: Os Clerigos de corona, y menores ordenes, que conforme al decreto del sacro Concilio Trident. y la ley antes desta, pueden gozar del privilegio del fuero, sea, y si entenda tan solamente en las causas criminales; quanto al privilegio del fuero, pero en todo lo demas, assi en el pechar como en pagar alcavala, y en todas las otras cosas no sean izentos, ni gozen del privilegio, y paguen, y contribuan como los leygos, y en todo, y de lo demás sean havidos por tales.

Hoc est de jure validum, ut tradunt Covar. pract. cap. 32. num. 1. Barbosa in L. Titia, num. 32. vers. & hac ratione, ff. soluto matrimo. Thomas Cerdan. in visita de carcere, cap. 5. num. 17. Gonçal. Soares in sua pract. 2. tom. prælud. 2. n. 7. Curia Philip. 3. part. §. 1. n. 5. Prosper Farin. lib. 1. quæst. 8. num. 5. citando præfatum Concilium Tridentinum; & hac fori exceptione utuntur tales Clerici in omnibus delictis, quamvis gravia sint, ut docent Abb. & communiter Doctores in cap. perpendimus de sentent. excom. & in capit. cum non ab homine de jud. Ægidius Bossius de delictis, tit. de foro compet. num. 134. Ful. Clar. in pract. criminal. §. ultim. quæst. 36. n. 24. dicens ita semper vidisse servari: Petr. Pichar. verbo Clericus incedens, Burgos de Paz conf. 22. num. 20. Tyber. Decian. lib. 4. primi tom. cap. 9. num. 18. & probatur ex Ordin. Lusitan. supra scripta, ibi: Por quæsq̃uer maleficios: quæ sunt verba generalia; & omnia comprehendunt:

Tiraq. de consanguin. retract. §. 1. gl. 3. num. 20. Axend. de secunda supplicatione num. 8. Menoch. de recuperand. poss. remedio 6. à n. 15.

- 6 Potest tamen Summus Pontifex in aliquibus causis criminalibus concedere Principibus sæcularibus jurisdictionem, & potestatem puniendi Clericos,
- 7 uti fuit concessum Gallorum Regi, de quo testificantur *Aufrer. in Clement. 1. de offic. ordinar. regul. 1. fallentia 13. Ripa cap. 2. num. 73. de judic. Guilhelm. Benedictus in cap. Raynuntius, verb. & uxorem nomine Adelasiam, decision. 2. num. 147. & Carolo Imperatori; testatur Tyber. Decian. d. cap. 9. num. 88. & aliis*
- 9 Regibus Hispaniæ, *Covar. pract. cap. 30. num. 1. Barbosa in d. L. Titia n. 35. vers. ultim. item, & in Regno Valentia docet Thomas Cerdan. in visita de carcere, cap. 5. n. 27. id etiam concessum fuit Ducibus Venetis, ex Gigant. de crimin. læsæ maiest. num. 20. Tyber. dict. cap. 9. num. 63. & 139. Prosper Farin. d. q. 8. n. 4.*

12 Similiter Summi Pontifices concesserunt Regibus Lusitaniæ jurisdictionem in multis casibus contra Clericos in minoribus, nam Pius II. anno salutis 1461. concessit Alfonso V. quod omnes Clerici minorum ordinum, qui non essent beneficiati, quique in Regnis suis, & dominis non gestassent habitum, & tonsuram Clericalem, tam in civilibus, quam in criminalibus, tenerentur respondere coram iudicibus sæcularibus, & quod pro excessibus suis, & delictis possent carcerari, & puniri per eos, & si delicta mererentur poenam mutilationis membri, vel mortis, ut refertur in *L. 5. tit. 2. part. 2. Extravagant. ibi: Primeiramente o Papa Pio. II. no anno de 1461. concedeo a El-Rey Dom Affonso, que todos os Clerigos de ordens menores, naõ sendo Beneficiados, que em seus Reynos, & Senhorios naõ andassem em habito, & tonsura Clerical, que assim nas causas civeis, como nas criminaes fossem obrigados a responder perante as justiças seculares, & que por seus excessos, & delictos pudesse*

ser prezos, & castigados, & se seus delictos o merecessem, serem condemnados a pena de cortamento de membro, & pena de morte pelas ditas justiças seculares.

Et licet per argumentum à contrario sensu videatur ex ea lege inferri, quod Clerici in minoribus, vel in prima tonsura initiari, qui deferunt habitum, & tonsuram, non teneantur, nec in civilibus, nec in criminalibus causis coram iudicibus sæcularibus respondere, tamē, quoad criminalia procedit argumentum, quia concordat cum jure communi, quo attento, non tenentur tales Clerici in criminalibus coram iudicibus sæcularibus respondere; quod etiam approbavit *Ordinat. Regia, & Concil. Trident.* sed quoad causas civiles non procedit argumentum, quia dispositum est, quod in causis civilibus respondeant coram iudicibus sæcularibus, & ubi contrarium est expressum in jure, non procedit argumentum à contrario sensu, *L. 2. ubi Bald. & Salic. Cod. de condit. insert. Burgos de Paz L. 3. Taur. n. 103.*

Rursus, quia dicta concessio Pii II. facta Alphonso V. fuit ante Ord. Emmanuelis Regis factam anno 1521. per quam cautum fuit, ut Clerici in minoribus responderent in causis civilibus coram iudicibus sæcularibus, & confirmatur per Concil. Trid. quo attento jam abolevit, & non est necessaria dicta concessio Pii II. cum jam per illud Clerici in minoribus non deferentes habitum, & tonsuram Clericalem, nec servientes alicui ex locis declaratis in Concilio de mandato, & licentia Episcopi, in nihilo fori privilegio utantur, tam in civilibus, quam in criminalibus causis, & de eo supra deduxi.

Deinde Papa Leo X. anno salutis 1516. concessit eidem Serenissimo Regi Emmanueli in diebus vitæ suæ, quod Clerici ordinum minorum, qui beneficium Ecclesiasticum non habuissent, in criminibus furti, & falsitatis, non obstantibus ordinibus, possent carcerari per suum Capellanum maiorem, & tradi iudicibus sæcularibus puniendos secundum qua-

qualitatem criminum suorum, ut refer-
tur in *d. L. 5. titul. 4. part. 2. Extravag.*
ibi: *Depois o Papa Leam X. no anno de*
1519. concedeo huma Bulla a El-Rey D.
Manoel, que santa gloria haja, em dias
de sua vida, paraque os Clerigos de or-
dens menores que naõ tivessem beneficio
Ecclesiastico em caso de furto, & falsida-
de, lbes naõ valessem as ordens, mas pelo
Capellaõ Mõr do dito Senhor pudessẽ ser
prezos, & entregues às justiças secula-
res, para elles serem castigados segundo
a qualidade de suas culpas. Eandem fa-
cultatem concessit Clemens VII. Serenif-
simo Lusitanorum Regi Joanni III. in
diebus vitæ suæ, anno salutis 1531. con-
tra Clericos in minoribus, qui benefi-
cium non haberent in dictis duobus cri-
minibus furti, & falsitatis, & in aliis deli-
ctis falsæ monetæ, occisionis factæ cum
flagita emissa ab arcu.

Deinde Julius III. concessit eidem Re-
gi Joanni. III. & omnibus successoribus
suis, anno 1551. ut Clerici in mi-
noribus, qui non solerent in habitu, &
tonsurâ Clericali incedere, & bis jam
fuissent ad ordines remissi propter aliqua
delicta, amplius ad eos non remitte-
rentur per iudices sæculares, nisi pro
delictis, in quibus primo, & secundo
fuerunt remissi, fuissent condignè pu-
niti per Iudicem Ecclesiasticum, sed per
Iudices sæculares imponerentur eis pœ-
næ, quas eorum crimina mererentur, ut
patet ex *d. L. 5. ibi: Depois o Papa Ju-*
lio III. no anno de 1551. à instancia do
dito Senhor Rey D. Joaõ, concedeo a el-
le, & a todos seus successores huma Bul-
la, paraque nos Clerigos de ordens me-
nores, que em habito Clerical naõ costu-
massem andar, que ja fossem duas vezes
remetidos às Ordens por alguns delictos,
naõ fossem mais remetidos a ellas pelas
justiças seculares: salvo se dos ditos ma-
leficios, q̄ assim primeira, & segunda vez
cõmetterão, fossem devidamente castiga-
dos pelo Juiz Ecclesiastico, mas que pe-
los Juizes seculares houvessem as penas
q̄ por seus delictos merecessem. Item que
os Clerigos de Ordens menores, que naõ

costumassẽ de andar em habito Clerical,
& que naõ tivessem beneficios por hum
anno antes dos delictos, ainda que outra
vez naõ fossem remetidos ao foro Eccle-
siastico, cõmetẽdo alguns delictos graves,
& sendo notoriamente facinorosos, pudessẽ
ser castigados pelo dito Senhor Rey,
& pelos Reys seus successores sem os re-
meterem ao dito foro Ecclesiastico, carre-
gando sobre isso a consciẽcia dos ditos Se-
nhores Reys, paraque se castigassẽ os
ditos facinorosos conforme a qualidade de
suas culpas, & que os pudessẽ condemnar
em degredo temporal, ou para sempre, co-
mo se Clerigos naõ foraõ.

In hac Bulla videtur præfatum Julium III. duo concessisse Joanni III. & suc-
cessoribus suis contra jus commune: pri-
mum, quod Clerici in minoribus soluti
in delictis gravibus existentes, notoriè
facinorosi, non aliter gaudeant privile-
gio fori, quàm si per annum ante deli-
ctum perpetratum, habitum, & tonsuram
deferre consuevissent, cum tamen jure
communi etiam non deferentes habitum
privilegio potirentur, juxta text. in *cap-*
2. de foro compet. alterum, quod etsi ha-
beant beneficium, non gaudeant privi-
legio, nisi illud possederint per annum
ante delictum: hoc enim videtur innue-
re verba Bullæ translata in *d. L. 5. vul-*
gari lingua, ibi: Item, que os Clerigos de
ordens menores que naõ costumassẽ de
andar em habito Clerical, & que naõ ti-
vessem beneficios por hum anno antes dos
delictos

Sed hoc posterius non videtur ad-
mittendum; quia Clericus in minoribus
habens beneficium ad instar Clerici in
sacris, judicatur quoad privilegium fori,
tam jure communi, quàm Regio Lusita-
no, & Castellæ, ut in *Clem. 2. de vita,*
& honest. Cler. Concil. Tridentin. supra
citatum, Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 10. in
antiquis, & lib. 2. titul. 1. §. 25. in novis,
ibi: Os Clerigos de ordens sacras, ou Be-
neficiados; & in L. 1. titul. 4. lib. 1. novæ
collect. ibi: si nõ tuviere beneficio Ec-
clesiastico. Constat autem Clericos in
sacris privilegio fori gaudere, etiam quo-
que

quo tempore ordines susceperint, igitur hoc privilegium Julii III. ita accipiendum est, ut non requirat beneficium per annum delictum præcessisse, & ita illa verba, *por hum anno antes dos delictos*, referenda sunt ad eos, qui sunt in minoribus, nec habent beneficium, & eos oportet incedisse in habitu, & tonsura ante delictum commissum, non verò ad eos, qui sunt beneficiati.

20 Rursus hæc Bulla dum requirit, quòd Clerici in minoribus, qui beneficium non haberent, incedissent in habitu, & tonsura Clericali per annum ante commissum delictum, videtur contrariari *Ordinat. antiquæ lib. 2. titul. 1. §. 15.* ubi sufficiebat Clericos in minoribus solutos tempore capturæ versari in habitu, & tonsura Clericali, licèt alio tempore versarentur in alio habitu: sed quia idem in *nova Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 27.* probatur conformando se cum Concil. Tridentin. ad quod se refert, jam dicta Bulla non erat in practica, & servandum est, quod statuitur in dicto Concil. & in dicta Ord. & ita utimur in hoc Regno Lusitano.

21 Addo, quòd Pius IV. Pontifex maximus ad supplicationem incliti Regis Sebastiani concessit anno 1560. per quandam Bullam, ut ad beneplacitum suum, & Sedis Apostolicæ in vita ipsius, Capellanus ejus maior, qui erat constitutus in dignitate, posset carcerare quoscunque Clericos constitutos in minoribus ordinibus, qui beneficia Ecclesiastica non haberent, qui in suo Regno, vel in terris suo dominio subjectis, vel in Insulis, commisissent crimen læsæ maiestatis, sodomix, & homicidii animo deliberato facti, proditiõnis, assassini, incendii, vel qui per vim compressissent aliquam mulierem virginem, vel conjugatam, vel aliam mulierem honestam, vel qui commiserunt crimen falsitatis, falsæ monetæ, furti, vel latrocinii in strata publica, vel conati fuerint actualiter occidere aliquam personam cum archabusio, boardula, arcu licèt non fecissent vulnus, nec tetigissent cum dictis instrumentis; vel qui

mandaverunt per alios ea delicta patriari, vel eis consensum præbuerunt, & quod prædicti (præcedente degradatione legitima) fuissent traditi iudicibus sæcularibus puniendi secundum qualitatem suorum delictorum, & ita refertur in *d. L. 5. titul. 2. part. 2. Extravag.* & ejus verba sunt.

Depois o Papa Pio IV. no anno de 1560. à instancia de El-Rey Dom Sebastião nosso Senhor, lhe concedeo huã Bulla, para que em quanto Sua Sãtidade houvesse por bem, & assim à Santa Sé Apostolica em vida do dito Senhor Rey, o seu Capell. ã Mõr, que he constituido em dignidade, pudesse prender quaesquer Clerigos constituidos em ordens menores, q̃ beneficios Ecclesiasticos naõ tivessem, que em seus Reynos, & Senhorios, & Ilhas constasse que commetteraõ crime de lesa majestade, ou sodomia, ou de proposito deliberado cõmetteraõ homicidio, ou treição, ou crime de assassinio, ou de incendio, ou por força tomaraõ alguma mulher honesta, ou cõmetteraõ crime de falsidade, ou de moeda falsa, ou furto, ou roubo em estrada publica, ou se tentaram de actualmẽte matar alguma pessoa com arcabuz, espingarda, ou besta, ainda que naõ ferissem, nem tocassem com as ditas armas, ou se mandaraõ fazer por outrem os ditos delictos, ou se para isso derãõ consentimento. E que os sobreditos (precedendo primeiro a legitima degradação) entregassem aos Juizes seculares, para por elles serem castigados segundo a qualidade dos delictos, ordenando mais que entretanto as causas das appellaçoens interpostas por os ditos Clerigos prezos, nos casos em que por direito podem appellar, naõ se podessem commetter, ou referir senãõ ao Bispo, ou pessoa outra constituida em dignidade, que ao tal tempo fosse Presidente da mesa da Consciencia do dito Senhor.

Additur in hac Bulla, quòd appellationes interpositæ per dictos Clericos carceratos, in casibus, in quibus de jure possunt appellare, non possent committi, nec referri, nisi ad Episcopum, vel ad
aliam

aliam personam constitutam in dignitate, qui tunc esset præses mensæ, sive tribunalis Conscientiæ, & ea Bulla fuit extensa ad delicta etiam ante ipsius datam commissa, & ad crimen falsi testimonii, & substulit facultatem impetrandi commissionem, tam ab ipso Pontifice Maximo, quam à Nuntiis Apostolicis, præterquam ad dictum Præsidem Mensæ Conscientiæ, decernentes irritas, & nullas esse, tanquam emanatas contra suam intentionem, nec per eas tribui jurisdictionem aliquam prædictis iudicibus, neque inhibitiones factas aliquem obligare: nec advocare pendentes coram Capellano maiore, ut refertur in d. L. 5. ibi:

Depois o mesmo Pio IV. à instancia do dito Senhor, no anno de 1561. por Sua Alteza lhe fazer certo que depois da dita Bulla precedente do anno de 1560. alguns Clerigos commetterão os ditos delictos, & por isso foram prezos, & para seus delictos ficarem sem castigo, punhaõ por defeza, q̄ ao tempo que os cometterão, a dita Bulla não era concedida. E que outros diziaõ, que por de seus delictos não constar tão plenariamente que pudessem ser punidos com pena ordinaria, não podiaõ ser entregues a Juiz secular pelo dito Capellaõ Mór. E outro si fingirão appellaçoens frivolas, & procuravaõ de serem commettidas, assim pelo Nuncio, que nestas partes estava, como por Sua Santidade as causas das mesmas appellaçoens, não ao dito Presidente, mas a outros Juizes nomeados à sua vontade, & a elles favoraveis, por cujas inhibiçoens decernidas se impedia fazer-se justiça. Por tanto cometteo Sua Santidade ao dito Capellaõ Mór, sendo constituido em dignidade Ecclesiastica, que constando lhe, ainda q̄ fosse summaria, & simplesmente, & de plano só vista a verdade do feito, ainda q̄ fosse extrajudicialmente, que os ditos taes Clerigos não somente haviaõ comettido algum dos ditos maleficios conteuidos nas ditas letras em fórma de Breve, ainda antes da data dellas, mas haviaõ comettido crime de testemunho falso, posto

que das provas ante elle feitas, não lhe fosse dada a pena ordinaria do tal delicto, mas outra extraordinaria, lhes concedia licença, & authoridade de fazer prender aos mesmos Clerigos, & de os entregar á justiça secular, para se haver melhor, & mais clara prova dos delictos que lhe fossem impostos, & para depois serem castigados segundo a qualidade de seus excessos, sem mais appellaçoõ, sobre a qual cousa Sua Santidade carregava a consciencia do dito Capellaõ Mór. E alem disso declarou, que quaesquer commissoens das causas das appellaçoens impostas por os mesmos Clerigos a qualquer outra pessoa que não fosse o dito Presidente da mesa da Consciencia, ainda que se houvessem de fazer por Sua Santidade, ou por seu Nuncio, serem nullas, & de nenhum vigor, & serem concedidas contra sua tençaõ, & por ellas se não dar jurisdicção alguma aos taes Juizes, nem as inhibiçoens decernidas obrigareem a alguẽ. Nem o dito Nuncio poderá avocar a si taes causas, que pendessem ante o dito Capellaõ Mór. E assim se deve julgar por quaesquer Juizes, commissarios, ainda q̄ fossem Auditores do Palacio Apostolico, ou seus Loco tenentes, tirando lhes qualquer authoridade de impetrar, ou discernir de outra maneira, & ser irrita, & vaõ o que doutra maneira por qualquer sabendo, ou ignorando fosse attentado: & omnes huiusmodi concessiones factæ sunt cum clausulis derogationum necessariorum.

Addo, quod cum tales gratiæ concessæ fuerint prædicto Regi Lusitano, si quis fortè impetrasset contra illas, incurreret in pœnam L. 3. titul. 12. part. 4. Extravagant. & repetita in nova Ord. lib. 2. titul. 15. ubi habetur. Qualquer vassallo, ou natural nosso, que impetrar provisãõ alguma de Roma, que seja contra alguma graça, Bulla, & Breve, que aos Santos Padres, Nõs, ou a Rainha tivermos (o que será pelo Santo Padre não ser lembrado do que nos tem concedido, ou por alguma informaçoõ não verdadeira) por esse mesmo feito, o havemos por desnaturalizado de nossos Reynos, &

Senhorios, para em nenhũ tempo poder haver nelles honras, dignidades, officios, nem beneficios, & perderaõ qualquer fazenda q̃ tiverẽ, & legitima que esperarẽ de herdar. E esta mesma pena haverã a pessoa q̃ por elle requerer, & sendo achados em nossos Reynos, mandamos ás nossas justiças, que os prendaõ, & naõ seraõ soltos sem nossõ especial mandado.

26 Hanc legem vidi practicari contra quendam Clericum, qui ignoranter impetravit commissionem Apostolicam, ut quædam causa, quæ ventilabatur coram Conservatore Ordinum Militarium inter ipsum, & quendam Commendatorem Militiæ Christi super quibusdam catalibus, ut de ea cognosceret officialis Bracharensis, & accusatus fuit, & condemnatus per Judicem Coronæ Regiæ in Senatu Portugallensi in pœnis dictæ legis, nec profecit ei desistere ab impetratione commissionis, antequam accusaretur, viso tenore Bullæ jurisdictionis concessæ per Sedem Apostolicam dicto Conservatori: sed ille supplicavit Regem nostrum Catholicum Philippum II. qui per duas provisiones jussit, ut ea Senatus sententia non adimpleretur, & restituit Clericum ad statum, in quo erat ante sententiam, & forsan ea ratione, quia Ordin. citata loquitur in his, qui impetrant contra gratias Regis, quod in eo casu locum non habuit, quia jurisdictionis, quam habet Conservator, est ex Sede Apostolica per concessionem factam Regi, ut Magistro Ordinum Militarium, & adhuc vigeant illæ concessionis si factæ fuerint futuris Regibus post Sebastianum, quia tantum concessæ fuerunt in ejus vita.

27 Nec Tales Clerici possunt renuntiare privilegio fori in causis criminalibus sibi competenti, observando requisita à Concilio, & Ordinatione Lusitana, & lege Castellæ, illud transcribente in L. 1. titul. 2. lib. 1. novæ collect. ibi: Porque en el sacro Concilio de Trento, en el cap. 6. de la sess. 23. está ordenado, y dispuesto, que los Clerigos de corona, y de las otras menores ordenes no gozen del privilegio del

fueron en las causas criminales, si nõ tuvieren beneficio Ecclesiastico, ò si nõ servieren actualmente en algun ministerio de alguna Iglesia de mandamiento del Obispo, ò si no estuvieren estudiando actualmente en algunas Escuelas, ò Universidad aprovada con licencia del Obispo, como en camino para tomar las mayores ordenes, y juntamente con qualquer destas qualidades trayere habito, y tonsura Clerical, y que los casados para gozar del privilegio, &c.

Et quod non possint renuntiare tali privilegio fori, probatur per gloss. cap. significasti de for. compet. Roland. cons. 4. à num. 8. lib. 5. Gomes. 3. tom. cap. 10. n. 3. Tyber. Decian. d. cap. 9. n. 61. Surdus cons. 2. num. 31. lib. 1. Farin. d. quest. 8. à num. 10. idem Surdus cons. 396. n. 15. lib. 3. & decis. 26. num. 4. Camil. Borrel. cons. 68. n. 18. lib. 1. & in illis casibus, in quibus Judices ex indultis Apostolicis procedunt contra Clericos, censentur delegati, ex Tyber. Decian. d. cap. 9. n. 66. & Farin. d. quest. 8. n. 4. & latius deducemus in alleg. 24.

ALLEGATIO XVI.

Quod non possint Clerici reconveniri, sive reconventio intentetur criminaliter, sive civiliter.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici non possunt in foro seculari conveniri, nec reconveniri in causis criminalibus, sive criminaliter, sive civiliter intententur.
- 2 Quod applicatur ad Clericos in prima tonsura, vel in minoribus ordinibus constitutos, in quibus concurrunt requisita Concilii.
- 3 Appellatione Clerici veniunt omnes Clerici, qui in Ecclesia inserviunt.
- 4 Non potest talis Clericus judicari à Judice seculari, sive agatur de crimine principaliter, sive incidenter.
- 5 Plures casus, in quibus Clericus non po-

potest reconveniri in iudicio seculari, remissive.

6 *Agitur de Ord. lib. 2. tit. 1. §. 1.*

7 *Verbum, injuria, de quo in d. Ord. non est intelligendum quatenus maleficiū.*

8 *Sed intelligendum de satisfactione alicujus injuriæ, quæ descendit ex lege Aquilia.*

9 *Differentia inter injuriam quatenus est maleficium, & inter injuriam quatenus est damnum.*

10 *Ea differentia notatur locis citatis.*

11 *Reconventio de injuria, quatenus ex contumelia, non deducitur contra Clericum.*

12 *Quando fuerit ex lege Aquilia deducitur.*

1 **S**icut Clerici præfati non possunt conveniri in causis criminalibus, sive criminaliter, sive civiliter intententur, sic neque etiam possunt reconveniri pro iisdem causis criminalibus intentatis, sive criminaliter, sive civiliter, & ita statutum est in Clericis, dicunt *Alber. n. 2. Bald. num. 1. in L. si idem ff. de jurisd. omn. judic. Paulus in L. 2. §. sed si agant, num. 3. ff. de judic. & in Auth. & consequenter, num. 5. Cod. de sent. & interloc. omn. jud. Imol. num. 5. & Decius num. 148. in cap. at si Clerici, de judic. Socin. conf. 253. num. 11. lib. 2. Aufrer. ad Cappell. Tholosan. quæst. 99. Marant. de ordine judic. 4. part. dist. 11. num. 53. Ful. Clar. in pract. crimin. §. ultim. quæst. 36. num. 6. Joan. Gratian. reg. 9. numer. 12. & 13. Tyber. Decian. lib. 4. tom. 1. crim. cap. 9. num. 17. Prosper Farin. lib. 1. q. 8. à n. 100.*

2 **Q**uod applicandum est ad Clericos primæ tonsuræ, vel in minoribus ordinibus constitutos, sive beneficium habeant, sive habitum, & tonsuram Clericalem deferant, observando alia requisita Concilii, in quibus terminis ut utuntur privilegio Clericali, quoad forum, quia appellatione Clerici veniunt omnes Clerici, qui in Ecclesia serviunt, etiam psalmistæ, & de prima tonsura, *Maranta d. dist. 11. num. 13. Tyber.*

d. cap. 9. n. 21. nam sive agatur de crimine principaliter, sive incidenter, non potest talis Clericus judicari à iudice seculari. Feder. conf. 93. n. 2. vers. item ad id quod objicitur, Tyber. ubi proximè num. 12. & plures alios casus, in quibus Clericus non potest reconveniri in iudicio seculari, ponit Farinac. d. q. 8. à num. 101.

Et hinc infertur ad *Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 1. ibi: E se o Clerigo citar algum leigo perante Juiz secular, & o leigo o quizer reconvir perante o dito Juiz secular, podelo-ha fazer, & perante elle será o Clerigo obrigado responder, pois perante elle começou a demandar o leigo: & isto haverá lugar quando a reconvenção for sobre dividas, ou outras cousas q̄ civilmente se demandem, ou sobre pagamento, & satisfação de alguma injuria, ou emenda de algum damno, quando civilmente se demandarem.* Nam illud verbū, *alguma injuria*, non est intelligendum de injuria, quatenus est maleficium, & crimen, juxta *L. injuriarum causa*, ubi *Salic. Cod. de injur.* pro qua datur actio criminalis, & civilis, ex text. in §. *summa, Instit. de injur. Bart. in L. lex Cornelia, §. fin ff. ad legem Cornel. de injur. Maranta de ordin. judiciorum, distinct. 1. num. 9. Ful. Clar. in §. injuria num. 4. sed intelligendum est de satisfactione alicujus injuriæ, quæ descendit ex lege Aquilia, juxta text. in *L. 2. L. si quis fumo §. 1. ff. ad L. Aquiliam, in princ. Institut. de lege Aquil. in cap. 1. & seq. de injur.* & est differentia, quia in actione injuriarum quatenus est delictum, requiritur contumelia, & dolus, ex *L. 1. ff. de injur.* item in hac agitur ad vindictam, in altera ad damnum, ex *L. sed, & si quemcumque §. injuriarum, ff. ad L. Aquil. ibi: Injuriam autem hic accipere non oportet, non quemadmodum circa injuriarum actionem, contumeliam quandam, sed quod non jure factum est, hoc est contra jus: & in d. L. 1. ff. de injur. ibi: Injuria ex eo dicta, quod non jure fiat, omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur, hoc generaliter. Specialiter au-**

- tem injuria dicitur contumelia, interdū injuriæ appellatione, damnum culpa datum significatur, ut in lege Aquilia dicere solemus, interdum iniquitatem injuriam dicimus. Et hanc differentiam notat additio ad glos. 1. instit. leg. Aquilia, Prateus in suo Lexicon, verbo injuria, Brisson. lib. 9. de verb. sign. verbo injuria, Petrus Tholosan. syntagmat. jur. univers. lib. 38. cap. 1. atque ubi reconventio fuerit de injuria ex contumelia, non deducetur contra Clericum in judicio sæculari, nec de ea intelligetur
- 11 *Ordinat. ubi supra*, sed quando actum fuerit de injuria, ex lege Aquilia; ad quod est advertendum, quia multi decipiuntur intelligendo *Ordin.* etiam ubi reconventio fuerit de injuria ex contumelia; nec enim credendum est, hoc etiam casu de injuria ex contumelia deducta per reconventionem voluisse Clericum agentem in judicio sæculari teneri respondere repugnantibus juris regulis, argumento *L. si quando, Cod. de inoffic. testament.*
- 8 *Qui contraxit laicus, si antequam citetur, fiat Clericus, conveniendus est pro eo coram judice Ecclesiastico.*
- 9 *Clericatus superveniens accusato de crimine, eum eximit à jurisdictione judicis sæcularis, quoad accusationem criminalem.*
- 10 *Apud Lusitanos practicatur, quòd laicus accusatus de crimine, factus Clericus, eximitur à jurisdictione judicis sæcularis, quoad accusationem criminalem, & fit de foro judicis Ecclesiastici.*
- 11 *Referuntur Doctores, qui idem tenuerunt de jure.*
- 12 *Orain. citata per verbum, Clerigo, etiam comprehendit Clericos in minoribus.*
- 13 *Confirmatur ea practica ex alia lege Lusitana citata.*
- 14 *Apud Lusitanos admittetur opinio Pauli in L. addictos, num. 7. Cod. de Episc. audient.*
- 15 *Condemnatio respiciens bona, dicitur civilis ad interesse.*
- 16 *Ex omni crimine oritur duplex actio, altera ad pœnam, altera ad interesse.*
- 17 *Clericatus superveniens eximit accusatum à jurisdictione judicis sæcularis, quoad criminalē accusationem.*

ALLEGATIO XVII.

An gaudeat privilegio fori, qui post delictum commissum ordines suscepit.

SUMMARIUM.

- 1 *An Clericatus, qui post delictum commissum ordines minores suscepit, gaudeat privilegio fori.*
- 2 *Ex distinctione cognitio melius percipitur.*
- 3 *Quando assumpsit ordines sine fraude, utitur privilegio.*
- 4 *Quando assumpsit ordines in fraudem non gaudet.*
- 5 *Quando dicatur in fraudem fecisse.*
- 6 *Quid sit decisum de jure Lusitano ex Ordin.*
- 7 *Licet Clericus fiat quis, cum sit citatus in civilibus, cum esset laicus, non mutat forum.*

Controversum est apud nostros juris professores, an Clericus, qui post delictum commissum in ordinibus minoribus constitutus, habitum, & tonsuram assumpsit, gaudere possit privilegio fori, ut pro tali crimine possit ad judicem Ecclesiasticum remitti. In hac controversia distinguenda sunt aliquot membra: nam ex distinctione rerum cognitio melius, & facilius percipitur de iis, de quibus agitur, *L. 1. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni jur. L. sequitur, in princip. ff. de usucap.* Primum igitur membrum sit, quando assumpsit ordines sine fraude, & in hoc membro communiter Doctores tenent, quòd possit uti privilegio fori, ex text in *L. hos accusare, §. hoc beneficio, ff. de accus. Joan. Andr. cap. 1. de obligat. ad ratiocin. Bart.*

in l. 1. num. 4. ff. de pœn. Alb. & Angel. in §. hoc beneficio, & est frequentiori calalo recepta opinio, ut docent *Plaçab. 1. de delict. cap. 55. Ful. Clar. in præf. criminal. quæst. 36. num. 43. Joann. Guierres practicarum quæstion. lib. 1. quæst. 5. num. 2. Tyber. Decian. lib. 4. tomirimi, cap. 9. numer. 60. Farin. lib. 1. quæst. 8. num. 104. Hieron. Cevall. de comunib. contra communes quæst. 563. num. 5.*

4 Secundum membrum est, quando alumpfit ordines in fraudem, & in hoc membro tenent Doctores non gaudere privilegio fori, ex *Covarr. practicarum quæstion. cap. 32. num. 4. vers. tertia conclusio, Gutierr. dist. quæst. 5. numer. 3. Francisc. Vivius lib. 1. commun opinio. 3. Emman. Soar. in suo Thesaur. comun. lit. L. num. 112. Thom. Cerdan. in visita de carcere, cap. 5. num. 17. in additione, Bossius de delict. titul. de pœnis, n. 38. Alvar. Valas. tam in juris theorica, quàm in practica præstantissimus, & inter nostros Lusitanos summæ auctoritatis vir consultat. 48. ex numer. 2. refert plurimos pro hac opinione *Petr. Cæned. collect. 23. ad decretales num. 1. Curia Philip. 3. p. §. 1. n. 8.**

5 Et dicitur in fraudem fecisse, & asumpfisse Clericatum, quando erat jam de delicto coram iudice sæculari præventus, quæ fuit opinio *Martini de Fano, & Bartholom. Brixienfis*, quos refert *Alber. Authent. causa quæ fit, num. 4. Cod. de Episcopis, & Cleric. Bald. in l. idem Ulpianus, §. sunt, & ad fin. ff. de excusat. tutor. Plaça d. cap. 35. num. 5. Ful. Clar. d. quæst. 36. num. 44. Joann. Gutierr. d. quæst. 5. num. 5. Vincent. de Franchis decis. 209. Tyber. Decian. d. num. 60. Azeved. in l. 1. num. 3. tit. 4. lib. 1. novæ collect. Alvar. Valasc. d. consult. 48. num. 8. Senator Regius Gama de Sacrament. præstand. cap. 5. numer. 27. Seraphin. de privileg. jurament. privil. 3. num. 1. & ab hac distinctione non esse recedendum admonet *Farin. d. quæst. 8. num. 105.* tum quia magis communis, tum quia clare probari asserit in d. §. hoc*

beneficio, vers. item Magistratum, & versic. dum non retractandi causa, & in aliis juribus, quæ citat.

Sed apud Lusitanos est *Ordin. tam antiqua lib. 2. tit. 1. §. 4. quàm nova lib. 2. titul. 1. §. 3.* ubi ita cavetur: *Es sendo algum leigo citado perante o Juiz leigo, onde com direito, & razão o deveria ser, & depois que assim foy citado se fez Clerigo, será demandado perante aquelle Juiz secular, ante quem primeiro foy demandado, & isto quanto ao civil sòmente, & mais naõ;* hæc *Ordin. facit duo membra, alterum in laico in civilibus causis citato coram iudice laico, & in hoc membro primo, licet laicus fiat Clericus, non mutat forum, imò tenetur respondere coram illo iudice laico, coram quo litigabat ante Clericatum, quia præventa fuit in eo jurisdictio sæcularis, & est idem de jure ex l. si quis posteaquam. 7. ff. de jud. ubi Accurt. Alb. Ang. & Fulg. idem probatur in cap. p. o posuisti, de foro compet. l. cum quedam puella 19. ff. de jurisd. omn. jud. l. ubi cæptum 30. ff. de jud. Covarr. præf. cap. 32. num. 4.* Secus autem erit in eo, qui tempore contractus erat laicus, & postea, antequam citaretur, factus est Clericus, quia per mutationem subducitur de jurisdictione iudicis sæcularis, coram quo tenebatur alias pro contractu respondere, & efficitur de foro iudicis Ecclesiastici, coram quo conveniendus est, ex gloss. *Alex. num. 31. Fas. in prima lectura num. 75. & in 2. lectura num. 92. l. nemo potest, ff. de legat. 1. Peres in l. 1. titul. 3. lib. 1. Ordinam. pagin. 95. vers. Clericus autem, item Borgninus Cavalcan. decis. 3. à num. 29. Bald. cap. 1. numer. 3. de milite vassallo, qui arma bellica deposuit, Purpur. conf. 83. num. 5. lib. 1. Curia Philip. 1. part. §. 5. n. 22. cum quo distingue.*

Alterum membrum, quod deviat à jure communi, versatur circa causas criminales, & depromitur ex finalibus verbis illius *Ordin. ibi: Quanto ao civil sòmente, & mais naõ,* & vult, quòd Clericus superveniens accusato de crimine commisso, dum esset laicus, & coram

judice sæculari, eum eximit ab ejus jurisdictione, in quo *Specul. 1. part. titul. de Reo num. 4. vers. sed quid si est criminalis, Joann. Andr. cap. 1. de ratiocinat. Anchar. regul. ea quæ, quæst. 13. de regulis juris in 6. Aufrer. ad Capel. Tholos. decis. 147.* tenent quòd causa criminalis continuabitur coram judice sæculari, sed sententia mandabitur executioni per judicem Ecclesiasticum, & eos refert *Robert. de attentat. 2. part. cap. 4. limit. 20. n. 16.* nihilominus per illam Ordin. sic practicatur apud Lusitanos, quòd si laicus accusatus de crimine fiat Clericus, eximitur à jurisdictione sæcularis judicis, quoad acculationem criminalem, & fit de foro judicis Ecclesiastici: & ita testantur *Gema de Sacram. præstand. q. 5. num. 27. ad fin. Alvar. Valasc. d. consult. 48. n. 7. & 8. in 1. p.*

- 11 Et ante eos tenuerunt *Oldr. cons. 4. Lucas de Pena* in terminis adducens fundamenta pro, & contra, dicens hanc opinionem veriore, & tutiore, in *L. nullus, column. 2. Cod. de veteran. lib. 12.* & ego habui in practica coram præside causarum criminalium in Senatu Portugallensi meritissimo, de nobilissima progenie descendente Joanne Freire d' Andrade, omni virtute prædito, in audiendis causis urbanissimo, in definiendis integerimo, in puniendis severo, qui iussu invictissimi Regis Philippi II. successit in partes Indiarum Orientalium Cancellarii munere fungi: & eandem opinionem tenuerunt alii gravissimi patres in terminis juris, *Archidiac. in cap. nemo unquam, num. 2. 11. quæst. 1. Alb. dicens hanc opinionem esse de jure veriore, in d. Auth. causa quæ fit, num. 5. Cod. de Episcop. & Cler. & alii quos citat Farin. d. quæst. 8. num. 105.* licet ab ea recedat cum communiore. Addo in hoc membro secundo, quòd ea Ordin. loquitur simpliciter in Clerico, quo vocabulo etiam veniunt Clerici in minoribus tantum, *gloss. Abb. & Dec. n. 17. in cap. non liceat, de præbend. Vivius in suis communibus, verbo Clericorum appellatione, Hieronym. Cavall. de commu-*

nib. & contra communes quæst. 52. n. 6. ubi infert ad causas Capellaniarum

Et facit, quod dicitur in alia lege Lusitana in confirmationem præictæ practicæ in *Extravagant. in princ. in hæc verba: Determinou o dito Sehor com oparecer dos Desembargador do Paço, que hum, que beneficio houve epois de cõmetter o delicto, & de ser inormado, & buscado pela justiça, era obrzado apparecer ante o Juiz secular em ujo juizo tinha as culpas, por naõ ser notriamente Beneficiado, ou Clerigo de orans sacras, & perante elle mostrar como a Clerigo de ordens menores, & como a verdadeiramente Beneficiado, para haver de ser remetido ao foro Ecclesiastio.* & ita videtur lex hæc innuere, quòd si quis post delictum cõmissum, & post infamiam delicti de eo ortam, & à Judice sæculari perquisitus beneficiũ obtineat, vñ ordines suscipiat, & proderunt ad evitandam judicis sæcularis cognitionem, & ut ad judicem Ecclesiasticum remittatur. & hujus extravagantis meminit *Valasc. dicta consult. 48. num. 7.* & Præceptor meus *Barbosa in dict. L. Titia num. 31. ff. soluto matr.* & ante eos tenuit *Bellamera in cap. penult. de foro compet.* & est illa lex repetita in *nova Ord. lib. 2. tit. 1. §. 21.*

Unde infertur, quòd bene admitte-
tur apud Lusitanos opinio *Pauli Castrens. in L. additos, num. 7. Cod. de Episcop. audient.* dum tenuit, quòd si aliquis postquam fuit præventus à judice sæculari super crimine, factus est Clericus, non impediatur judex sæcularis contra eum procedere, sed quantum ad condemnationem, si concernat personam Clerici, non poterit eam facere, neque ipsum capere, neque retinere; secus si respiciat bona ipsius, quia poterit hanc condemnationem facere, & in bonis Clerici, & eam mittere executioni, allegat *Bart. in L. 1. ff. de pæn. & Joann. Andr. d. cap. 1. de ratiocin.* sequitur *Bald. in L. officialis num. ultim. Cod. de Episcop. & Cleric. Seraphin. de privileg. juram. privileg. 8. num. 1. Farin.* qui alios plures
cit

13
16
17
14
15
citat *d. quæst. num. 107.* quia condemnatio respiciens bona, dicitur civilis ad interesse, & condemnatio respiciens personam Clerici, tangit criminalem punitionem, ex omni autem crimine oritur duplex actio, altera ad poenam, altera ad interesse, & prosecutionem rei familiaris, text. est in *L. qui in nomine,* ubi *Bart. & Alb. in fin. ff. de falsis, L. fin. ubi probatur, ff. de privat. delict.* *Marant. de ordin. judic. 4. part. dist. 1. numer. 4. Didacus de Cantera in quæstionibus crimin. tangentibus judicem, in cap. utrum in causa criminali Judex possit, num. 2. Gonçal. Soar. in sua pract. 5. p. tomi primi, cap. 3. num. 29.* concordat igitur *Ord.* cum hac resolutione, quod Clericatus supervenies eximit accusatum à jurisdictione judicis sæcularis quoad criminalem accusationem, non quoad civilem condemnationem, ut etiam docet *Jacob. de Grass. 1. tom. lib. 4. cap. 18. n. 156. Parlador. de diff. quotid. differ. 9. §. 1. n. 2.*

ALLEGATIO XVIII.

An complices delicti cum Clerico gaudeant privilegio ejusdem fori, vel debeant dividi.

SUMMARIUM.

- 1 An complices Clerici, vel alterius privilegiati in delicto gaudeant foro Clerici, vel alterius, ponitur opinio affirmativa.
- 2 Est hæc opinio in praxi recepta.
- 3 Refertur secunda opinio in contrarium, & comprobatur, & n. 4.
- 5 De ea questione agit pro, & contra, *Sylva nuptialis,* & defenditur secunda opinio, quia verior est.
- 6 Causa dividua apud diversos judices tractari potest.
- 7 Limitatur in causa individua.
- 8 Quæ dicatur causa individua.
- 9 Limitatur *Ord. Lusit.* citata, quando causa fuerit individua, & n. 10.

1
2
3
SI Clericus in minoribus, vel quilibet alius qui habet privilegium fori habeat complices delicti, poterunt tam ipse, quam complices laici ad judicem Ecclesiasticum declinare, quia maius dignum trahit ad se minus dignum, & ne contentia causæ dividatur, ut docet *Paul. in L. si communem, ff. quemadmodum servitut. amittant. Socin. cons. 12. num. 17. lib. 1.* & est communis opinio ex *Ludov. Gomez. cap. 1. num. 47. de rescript. lib. 6. Bossius de delictis, titulo de numero 116. in fine, Socin. lun. cons. 74. lib. 2. Peres ad leges Ordinam. lib. 3. column. 745. vers. ex quibus, ubi refert Socin. in L. Senatus, ff. de reb. dub. testantem:* hanc opinionem esse in praxi receptam dicit *Cassan. consuetud. Burgund. rub. 1. §. 1. verb. Archidiacono,* dicentem idem servari Mediolani: addo *Menoch. de arbitr. casu 371. num. 13. & Joann. Gracian. regul. 9. numer. 2. idem tenent citati per Farin. dict. quæst. 8. num. 151. & Tyber. Decian. d. cap. 9. num. 44. ubi num. 46. tenet cum ibi citatis hoc procedere non solum, quando ipse Clericus petit remissionem, ut profit etiam laicis, sed etiam quando laici complices eam peterent, & item numer. 45. cum Felin. cap. 2. de prescript. num. 11. vers. considerat;* tamen declarat hoc procedere, quando Ecclesiasticus judex laicum remissum condigne puniret, alias enim posset ipse judex laicum illum delinquentem punire, procedendo contra eum.

3
Sed in terminis juris contrarium est in practica receptum, ut per *Aymon. cons. 232. lib. 2. ubi contrariis rationibus optimè respondet, Covar. pract. cap. 34. num. 1. Ursillus ad Afflict. decis. 213. num. 7. Osasc. decis. 103. num. 10. idem tenent citati per Ful. Clar. dict. quæst. 36. num. 46. Petrus Messia de taxa panis, conclus. 5. à num. 74. Azeved. L. 10. tit. 1. à num. 24. lib. 4. novæ collect. Joen. Gutier. pract. quæst. lib. 3. quæst. 30. num. 51. idem Pichard. in suis communib. verbo Clericus, & laicus, eam non esse*

in praxi receptam testatur citando *Ignēū* in *L. 1. §. si quis in villa, num. 27. ff. ad Syllanian. Rebuff. in Authent. habita in 106. privileg. scholasticorum, versic. quarto*, juxta illud Salvatoris nostri JESU Christi: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sūt Dei, Deo.* Gom. 3. tom. c. 10. n. 6. ad fin. *Cov. pract. c. 34. n. 1. ad fin.*
 4 idem *Rebuff. in 1. tomo ad leg. Gall. in prohem. constitut. gloss. 5. n. 117.* ubi dicit, quod in Francia servatur, ut si Clericus, & laicus committant aliquod maleficium simul, ut laicus ad suum judicem Ecclesiasticum, & nuper ita servasse Senatū in sacrilegio factō in Templo Divi Honorati Parisiis, nam laici, qui fuerunt illi furto, suspensi fuerunt, Clerici verò ad officialem remissi: eandem opinionem sequuntur *Rupellan. in forensib. instit. lib. 3. cap. 11. Probus in pragmat. sanctione*, quos, & alios citat *Farin. d. q. 8. n. 151. vers. consiliarem, Parlador. de different. quotidian. different. 9. §. 1. n. 36.* & apud Lusitanos probatur hæc opinio, ex *Ordinat. in antiquis lib. 2. tit. 1. §. 11. & in Ordinat. nova lib. 2. tit. 1. §. 24* *E sendo pelos Juizes Ecclesiasticos requerido ás nossas justiça, que lhes inviem treslado das querelas, & inquiricoens, que de taes Clerigos, ou Beneficiados tiverem: mandamos, que se lhes dê no que aos ditos Clerigos, ou Beneficiados tocar sómente, & naõ no que tocar a outras pessoas: sunt verba formalia dictæ Ordin.*

5 De hac etiam quæstione egit pro, & contra disputando, *Sylva nuptialis lib. 6. à num. 38.* & hæc pars, quam sequitur *Ordinatio Lusitana*, verior est, quia pluribus delinquentibus in eodem delicto, causa nihilominus non dicitur individua, imò dividua, & proprium singulorum est maleficium; quod probatur ex *L. si plures 34 ff. de injur.* ubi *Fureconsult. Caius* ita habet: *Si plures servi aliquem simul cæciderint, aut alicui convitium fecerint, singulorum propriū est maleficium, & tanto maior injuria, quāto à pluribus admissa est; imo etiam injuriæ tot sunt, quot, & personæ injuriam*

facientium, & ibi notat *Ang.* idem probat *L. si quis id quod, ff. de juris d. omn. judic. L. 1. Cod. de condict. furtiv.* & cum causa sit dividua, & de proprio delicto agatur, quilibet delinquentium corā suo judice convenietur, & diverso modo puniri potest, *L. quis uxori 53. ff. de furt. placuit, L. si qui servo 36. §. item Rebuff. dict. privileg. 106. versic. quarto Aymon. dict. consil. 232. num. 1.* tenent, & alii supradiçti citati, & sic in delictis non habet locum titulus ille, *ff. de quibus rebus ad eundem judicem eatur*, ex *Rebuff. d. num. 117.* quamvis *Capic. decis. 122. post Fas. in L. nulli col. 1. versicul. tertio dicuntur*, aliud teneant.

7 Limitatur tamen si causa sit individua, ita ut inter socios non possit fieri nulla congrua divisio, quia tunc causa tota tractanda est coram eo judice, qui est competens socii privilegiati, & omnes coram eodem judice respondebunt ex *Bartol. Salicet. ad fin. & Paulus exemplificans in causa servitutis, in L. precipimus, §. eodem observando, Cod. de appellat. Mafilian. singular. 244. Socin. conf. 12. lib. 1. Maranta de ordin. judic. 4. part. distinct. 11. num. 24. Messia de taxa panis conclus. 5. numer. 74. ad fin. Azeved. in L. 10. num. 25. tit. 1. lib. 4. novæ collect. Surdus de aliment. titul. 9. quæst. 14. numer. 3. Capic. decis. 173.* ex quibus potest inferri, & assignari singularis limitatio ad *Ordinat. Lusitanam, lib. 2. tit. 1. §. ultim. in antiq. & lib. 2. titul. 1. §. 14. in novis*, quatenus imponunt mulctam 30. aureorum laico citanti laicum coram judice Ecclesiastico in casibus, in quibus jurisdictio competit Regi, & suis judicibus, ut non procedat, quando causa competens contra Clericum, & laicum, simul fuerit individua, & eam agitet cum Clerico, & laico simul, tunc enim ventilabitur contra Clericum, & simul pro ea conventos coram judice Clerici, nec habebit locum poena illa triginta aureorum, cum tunc faciat laicus citans in causa individua Clericum, & laicum simul, actum permissum de jure, & ne eadem causa individua

ALLEGATIO XVIII.

91

vidua agitur coram diversis iudicibus, & potest habere locum regul. L. Grachus, Cod. de adulter. L. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, dicta L. nulli, Cod. de iudic. & ita similem legem apud Castellanos interpretatur Azeved. ubi supra, & Curia Pphilippica, 1. part. §. 5. num. 17. licet hanc limitationem periculosam esse dicat Joann. Gu-tierres pract. lib. 3. quæst. 30. num. ult. ubi respondet ad dict. L. nulli, ut procedat quando Rei sunt ejusdem fori, & non diversi.

ALLEGATIO XIX.

Qualiter se Judex sæcularis debet habere in remissione Clerici ad Judicem Ecclesiasticum.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de Ordinatione Lusitan. lib. 2. titul. 1. §. 9. in antiquis, & in novis §. 22. n. 1.
- 2 Agitur de Ord. d. titul. 1. §. 10. in antiq. & §. 23. in novis.
- 3 Duo membra facit d. Ordinatio, & agitur de primo.
- 4 Comprobatur primum membrum Ordinationis de jure.
- 5 Agitur de secundo membro, quando notoriè non constat de Clericatu.
- 6 Agitur de intellectu cap. si iudex, §. non sic, de sententia excommunicat. lib. 6.
- 7 Quomodo fiat summaria informatio.
- 8 Coram iudice Ecclesiastico debet Clericus probare Clericatum, ut obtineat in remissione.
- 9 Qui dicatur iudex Ecclesiasticus cõpetens, cui Clericus sit remittendus.
- 10 Remissio debet fieri non citata parte, quando iudici constat de Clericatu per productionem literarum, vel aliis modis.
- 11 In agitanda causa remissionis coram iudice Ecclesiastico, debet pars citari, vel iudex sæcularis, qui eum cepit.

- 12 In cuius potestate debet manere Clericus dum cognoscitur de Clericatu.
- 13 Dum cognoscitur de Clericatu debet iudex sæcularis supersedere.
- 14 Acta, & sententia per iudicem Ecclesiasticum de Clericatu faciunt fidem coram sæculari.
- 15 Quid in cognitione Clericatus in minoribus, & coram quo iudice facienda.
- 16 De ejus cognitione competens est iudex sæcularis, & sic observatur in Lusitania.
- 17 Idem observatur in Regno Franciæ.
- 18 In Regno Castellæ cognoscit Iudex Ecclesiasticus.
- 19 Differentia inter legem Castellæ, & Ordin. Lusitan.
- 20 Referuntur Doctores, qui de ea lege meminerunt.
- 21 In Regno Franciæ Clericus retinetur in carcere Episcopi, & probatio Clericatus fit coram sæculari.
- 22 In cognitione exceptionis Clericatus deducta per Clericum in minoribus, citatur pars, & ita observatur in Curia Portugallensi.
- 23 Redditur ratio cur pars sit citanda in ea cognitione.
- 24 Si in ea cognitione incidit quæstio de valore tituli, erit competens Iudex Ecclesiasticus, & ad eum fit remissio.
- 25 Interim, quod Iudex Ecclesiasticus cognoscit de valore tituli, supersedet Iudex sæcularis.
- 26 Iudex sæcularis cognoscit de exceptione excommunicationis, quatenus in facto consistit.
- 27 Si dubitatur de valore excommunicationis objectæ, cognoscet Iudex Ecclesiasticus, non sæcularis.
- 28 Comprobatur per exempla posita in Ordin.
- 29 Titulus falsus non est titulus.
- 30 Bigamus non utitur privilegio Clericali.
- 31 Clericus in minoribus, qui non defert habitum, & tonsuram, non utitur privilegio Clericali.

I **A** Pud Lusitanos in *Ordinat. antiq.* lib. 2. tit. 1. §. 9. & in *Ordin. nova* lib. 2. tit. 1. §. 22. sic est dispositum: *Equãto he aos Clerigos de ordens sacras, ou Beneficiados que houverem de seus Prelados, ou de seus Vigarios cartas de seguro para estarem diante delles a direito, mandamos ás nossas justiças, que lhas guardẽ, & os Corregedores de nossa Corte, sendo para isso requeridos, lhes dem nossas cartas para todas nossas justiças, que os não prendaõ, & lhes guardem as ditas cartas de seguro de seus Prelados: & posto que taes cartas nossas não tenham, não seraõ por isso prezos, mas guardar selhesbaõ as ditas cartas de seguro, q̃ de seus Prelados tinhaõ: & isto se fará assim quando notoriamente forẽ conhecidos por Beneficiados, ou de ordens sacras, ou não sendo notoriamente conhecidos por taes, se elles perante nossas justiças fizerem certo q̃ sam verdadeiramente Beneficiados por seu titulo, & testemunhas, como estaõ em posse dos beneficios, ou que sam de ordens sacras, mostrando seu titulo sómente.*

2 Item, & in eadem *Ordinat. antiq.* §. 10. & in *Ordinat. nova* §. 23. statuitur. *Outrosios Clerigos de ordens sacras, ou Beneficiados, que notoriamente forem conhecidos por taes, mandamos que tanto que prezos forem, sem irem á cadeia, os entreguem a seus Prelados, ou a seus Vigarios: & não sendo conhecidos por ordens sacras, ou Beneficiados, tanto que fizerem certo perante nossas justiças, que saõ verdadeiramente Beneficiados, ou tem ordens sacras na forma que acima dito he, logo sejaõ remetidos, sem data remissaõ haver appellaçaõ, nem agravo. Hujus Ordinat. in antiqua meminerunt Gonçal. Soares in sua pract. 2. tom p̃elud. 2. num. 10. & Barbosa in L. Titia num. 29. ff. solut. matr.*

3 Hæc *Ordin.* facit duo membra, alterum, quando notoriè constet Clericum captum esse ordinis sacri, vel esse beneficiatum, qui habet, & possidet beneficium: alterum, quando de ea qualitate

notoriè non constat, nec Clericus captus habitus est pro tali, nec cognitus: sed est probandum eum esse talem in primo membro, eum statim remitti jubet ad judicem Ecclesiasticum absque alia cognitione: quod etiam probatur ex text. in cap. *si judex laicus de sentent. excommunic.* lib. 6. vers. & si, ibi: *Et si notorium fuerit, quod idem malefactor sit Clericus, qui hujusmodi privilegio gaudere debeat, statim absque alia cognitione, vel fama publica de hoc extiterit, aut ipse pro Clerico communiter habeatur, in continenti etiam ante cognitionem de Clericatu, Ecclesiasticæ Curia debet reddi: idem esse censemus si reus ipse ante deprehensionem pro laico publico se non gerens deprehensus fuit in Clericali habitu, tonsuram, videlicet, & vestes deferens clericales, non talem debemus Clericum (donec constet de contrario) reputare, sicut de illo, qui in possessione ingenuitatis existit, si dicatur ab alio Libertinus, legalis sanxit auctoritas, ut probandi necessitate, non ipse, sed adversarius adstringatur: justum est enim, ut ipse talis, quem gestat, ex habitu (quousque appareat illud) præsumatur, qualis is esse, certus fere habitum, comprobatur.*

Et ita notant ibi *Dominicus, & Franc.* *Alex. de Novo cons.* 24. *Bossius de delicto* tit. de foro compet. à num. 151. *Covar. pract.* cap. 33. num. 3. vers. *fortassis in hac materia, Farin. lib. 1. quest.* 8. num. 36. *Tyber. Decian. lib. 4. tom. 1. crimin. cap.* 9. num. 25. & num. 29. *Fulv. Pacian. sic intelligendus lib. 2. de probat. capit.* 34. numer. 21. Et nota quòd *Ord.* dum requirit tituli ostensionem in illis casibus, est ad instructionem, & non ad probationem, ex traditis per *Bald. in L. si qua per calumniam, num. 4. vers. sed an poterit, Pacian. dict. cap. 24. num. 81. Rebuff. de exceptionib. num. 200. Tyb. Dec. dict. cap. 9. n. III. & IIII.*

Secundum membrum est, quando notoriè non constat, & in hoc potest judex sæcularis assumere informationem, an habeat beneficium Ecclesiasticum, vel sit Clericus in sacris, & constituto sibi de

de tali qualitate, statim debet eum remittere ad iudicem Ecclesiasticum, & in hoc non discrepat à jure, quia iudex sæcularis habet fundatam intentionem in eo, quod præsumitur laicus, donec probetur eum esse Clericum. *Rip. cap. 2. num. 4. de judic. Boer. decis. 171. num. 14.* & ideo oportet facere informationem de Clericatu, quòd sit in sacris, vel quòd sit Beneficiatus, ut remittatur ad iudicem Ecclesiasticum, ex *d. Ordin. Felin. cap. ultim. num. 10. de except. Ful. Clar. in §. ultim. pract. crimin. quest. 36. num. 21.* asserens ita servari Mediolani, *Vincent. de Franch. dec. 329. num. 9.* quos refert *Barbosa in dicta L. Titia, numer. 29. 30. & 31.*

6 Nec obstat dict. cap. si iudex laicus §. non sit, quo probatur, quòd etiam in hoc secundo membro cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum, ex gloss. ibi, verbo fecerit, quia procedit quoad effectum cognoscendi de sua declinatoria, hæc enim pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, non verò quoad summariam informationem de Clericatu, si captus sit in sacris, vel habeat beneficium, & ita intelligendus est *Gonçal. Soares 2. tomo sue pract. prælud. 2. num. 9. & num. 10.* dum putat, quòd ex *Ordinat. Lusitana* in eo secundo membro cognitio pertineat ad iudicem sæcularem, nam habet dictam declarationem.

7 Est tamen advertendum, quòd ea summaria informatio fit, per ostentationem tituli, vel per testes *Guido. dec. 474. Gama de Sacrament. præstand. quest. 5. ad fin. Covar. dict. cap. 33. num. 3.* & probat *Ordinat. ubi supra*, dum quoad beneficium requirit fieri probationem per exhibitionem tituli beneficii, & testes circa possessionem, & quoad Sacerdotem requirit solam ostentationem sui tituli.

8 Est tamen advertendum, quòd coram iudice Ecclesiastico, ut Clericus obtineat in remissione, debet Clericatum probare, ex *d. cap. si iudex, §. non sit, & ibi gloss. verbo fecerit, Monach. Domin. num. 5. ad finem. Franc. num. 4. Ju-*

dex autem Ecclesiasticus, cui Clericus debet remitti, est ille, qui est ordinarius iudicis capientis, vel detinentis Clericum, ex *Innocent. in cap. ut famæ de sentent. excommun. num. 1. gloss. d. cap. si iudex laicus, & ibi Domin. num. 5. & Franc. col. 3. in §. non sic.* ubi vide.

Adde, quòd ubi constiterit iudici sæculari de Clericatu, per productionem litterarum, vel aliis modis de quibus supra, debet illum remittere, etiam non citato, nec vocato adversario, quia verificatio ista Clericatus non fit per modum probationis, sed ad instructionem, & ita *Bald. dicta L. si qua per calumniam. n. 2. vers. sed pone*, quòd iste ostendit *Felin. cap. ultim. num. 10. de except. Hippolyt. in L. de unoquoque, num. 107. ff. de re jud. Tiraquel. in rubric. Cod. res inter alios acta, limitat. 385. Sebastian. de Medic. regul. 8.* refertur hæc theoria, *lib. 3. regul. jur. verbo Clericus potest relaxari, fol. mibi 204.* Eo magis quia in agitanda causa remissionis coram iudice Ecclesiastico, citandus est adversarius, qui eum fecit capi, vel si non constet de parte, vel ignoratur, citabitur iudex sæcularis ex dicto cap. si iudex laicus, ibi: *Vocato tamen iudice sæculari, vel alio cuius interest, & ita docent gloss. ibi, verbo interest, & Domin. n. 5. Farin. d. q. 8. n. 37.* ubi alios citat.

Interim tamen, quòd Iudex Ecclesiasticus cognoscit de Clericatu illius, qui fuit inventus in habitu laicali, neque constat notoriè esse Clericum, debet manere in potestate, vel in carcere iudicis sæcularis, qui eum cepit, ex eodem cap. si iudex, & ibi gloss. verbo fecerit, ubi *Francus in 3. notab. Pacian. d. cap. 34. num. 22. & Farin. dict. quest. 8. n. 36.* sed in iisdem terminis dum Ecclesiasticus cognoscit, debet iudex sæcularis supersedere ex eodem cap. si iudex ad finem, ibi: *Contra eum tamen interim, quivis processus iudicis penitus conquiescat, & ibi tenent glossa ultim. Archidiacon. ad finem, Domin. num. 2. Francus, num. 3. Salzedo ad Bernard. in pract. criminal. cap. 62. num. 21. Farin. dict. quest. 8. num.*

num. 35. quæ tamen intelligo cum *Barbosa in d. L. Titia n. 32.*

14 Et acta, & sententia facta, & lata per judicem Ecclesiasticum super cognitione Clericatus facient fidem, & jus coram judice sæculari, utpotè à judice competente, ex text. in *cap. ult. de exceptionibus lib. 6. Innocent. in capit. post cessionem, de probat. Bald. dist. L. si qua per calumniam, num. 3. Domin. in dict. cap. si Judex, §. non sic, num. 8. & 9.*

15 Hæc procedunt in Clerico in sacris, vel Beneficiato: cæterum si sit Clericus primæ tonsuræ, vel minorum ordinum aliud observatur ex *Ordinat. Regia Lusitana in Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 15. in antiquis, & Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 27. in novis*, quibus deciditur, quòd Clerici in minoribus, tam soluti, quàm conjugati, si accusentur de crimine coram judice sæculari, debent allegare suam exceptionem incòpetentiæ, ne judex sæcularis de delicto cognoscat, & eum remittat ad judicem Ecclesiasticum, & de hac exceptionis cognitione competens

16 est ipse judex sæcularis; & licèt aliqui teneant, quòd *Ordinat. Regia* sit contra jus commune, quia etiam in hoc casu contendunt jurisdictionem spectare ad judicem Ecclesiasticum, ex *dict. cap. si Judex laicus*; tamen in nostro Regno Lusitano ita obtentum fuit, ut judex sæcularis de ea cognoscat, per concordatam factam inter Joannem primum hujus nominis Portugalliæ Regem, & Clerum in oppido de Santarem, anno salutis 1417. ut testantur *Gama d. q. 5. de Sacrament. præstand. numer. 19. vers. jure tamen Regio, & Barbosa d. L. Titia, numer. 32.* ubi refert idem observari in Regno Franciæ, Neapolitan. & in

17 Ducatu Mediolanensi per Doctores, quos citat, licèt in Regno Castellæ aliud

18 observetur, nempe quòd judex Ecclesiasticus cognoscat de ea exceptione Clericatus, ex *Covarr. dict. cap. 33. n. 3. & Goncal. Soares dict. 2. prælud. tom. 2. num. 9. Molin. Theolog. tom. 4. de justit. tract. 3. disput. 49. n. 11.*

19 Est tamen differentia inter legem

Lusitanam, & legem Castellanam, quòd in Lusitana judex sæcularis cognoscit de exceptione Clericatus, & interim Clericum retinet in suo carcere; at in Castellano Regno judex Ecclesiasticus cognoscit de ea exceptione, & etiam retinet interim Clericum in suo carcere ex *L. 7. titul. 4. lib. 1. novæ collect. ibi: Otrósi mandamos que cada, y quando que alguna persona se apresentare ante quales quier Fuezes Ecclesiasticos destos nuestros Reynos diziendo ser de corona para se eximir de nuestra jurisdiccion, los tales Fuezes Ecclesiasticos no procedan contra nuestras justicias per censuras Ecclesiasticas, sin que primeramente les conste q los que ansi se presentaren son Clerigos de corona, y tales, que deven gozar del privilegio Clerical, conforme a las Bullas de nuestro muy sancto Padre, y a la declaracion sobre ello hecha, sin que primeramente se presenten, y esten prezos en la carcel de los Fuezes Ecclesiasticos: y si allaren que deven gozar del dicho privilegio Clerical conforme a lo succedicho, les den pena condigna al delicto, ò delictos que uvieren cometidos, si non devieren gozar del dicho privilegio, los remitan a las nuestras justicias seglares, para que hagan en sus causas lo que fuere justicia; y mandamos a los dichos Fuezes Ecclesiasticos q entre tanto que lo succedicho cerca del Clericato se determina, los tengan prezos, como dicho es, en la dicha su carcel, sin les dar por carcel la Ciudad, ò Villa, ò Lugar, ni Iglesia, ni Monasterio, ni otros lugares sagrados, ni casas de vizinos, sob penas de las temporalidades, y de ser enbavidos por estranos destes nuestros Reynos: mandamos a las nuestras justicias seglares, que siendo requeridas por los dichos Fuezes Ecclesiasticos, que los tengan prezos en la su carcel, y no lo haziendo, que ballandolos fuera de la dicha su carcel, y de las dichas Iglesias, y Monasterios, ò lugares sagrados que los prendan, y tengan prezos en la carcel seglar, hasta q la dicha causa del Clericato sea determinada, y se haga dellas lo que fuere justicia. Hujus legis meminerunt *Covarr. dict.**

20 *dict. cap. 33. num. 4. Gonçal. Soar. in sua
pract. tom. 2. prælud. 2. num. 14. Salzed.
ad Bernard. in pract. criminal. capit. 62.
num. 19. & in Regno Franciæ Clericus*
21 *retinetur in carcere Episcopi, & proba-
tio Clericatus fit coram iudice sæculari,
ex Rebuff. ad leges Gall. 1. tom. de lite-
ris obligat. artic. 11. gloss. 3. n. 15.*

Et in cognitione hujus exceptionis
22 *deducta per Clericum in minoribus,
solutum, vel conjugatum, coram iudice
sæculari citatur pars adversa, & auditur,
quia agitur de ejus interesse, ex regul. L.
nam ita divus, ff. de adoption. L. de uno-
quoque, ff. de re judic. cap. 1. de causa pos-
sess. & propriet. cum aliis citatis per Van-
tium de nullitat. ex defectu citat. num. 1.
& Andr. Gail. pract. observat. capit. 48.
& ita observatur in Curia Portugallen-
si, & probatur; quia iudex sæcularis co-
gnoscit in his terminis per modum pro-
priae jurisdictionis, & non per modum
informationis tantum, ut in casu Cleri-
ci in sacris, vel beneficiati, & ideo cum
habeatur causæ cognitio, & proceda-
tur per viam judicialem, citanda est pars
ex alia regul. L. in causæ 14. §. causa,
ubi Bart. & alii, ff. de minoribus.*

23 *Facit; quia pars adversi potest alle-
gare literas ordinum esse falsas, quibus
declinans nititur probare suum Clerica-
tum, vel esse bigamum, vel collationem
tonsuræ esse nullam, vel alia de causa non
debere gaudere privilegio Clericali, &
ideo non esse in casu remissionis ad fo-
rum Ecclesiasticum, ut in allegatione 43.
deducemus, & sic potest facere suam
contrarietatem contra exceptionem or-
dinum, ex Ordinat. Regia lib. 5. tit. 22.
§. 3. in novis, deducta à L. 7. §. 42. tit. 1.
part. 3. Extravagant. ibi videatur.*

24 *Quòd si in ea declinatoria inciderit
quæstio de valore tituli ordinum, non
cognoscet iudex sæcularis de ea nullita-
te, sed remittet ad iudicem Ecclesiasti-
cum, est enim iudex sæcularis competens
ad cognoscendum de titulo Clericatus
in minoribus, quando non vertitur, nisi
factum ipsum, an habeat literas, vel
alias probationes Clericatus, sed quan-*

do inciderit quæstio de valore tituli, ju-
dex sæcularis est incompetens: ita Na-
var. in cap. novit notabili 6. num. 41. de
judic. Vincent. de Franch. decis. 189.
num. 10. in 1. part. Barbosa in dicta L.
Titia, num. 28. vers. ex qua responsione,
Camil. Borrel. consil. 15. num. 18. & in-
terim, quòd iudex Ecclesiasticus cognos-
cit de valore tituli, supersedere debet
iudex sæcularis in processu exceptio-
nis Clericatus, ex text. in cap. tuam
de ordin. cognit. cap. lator, qui filii sint
legitimi, dicto cap. si iudex de sentent.
excommun. lib. 6.

Sicut etiam dicimus in exceptione
26 *excommunicationis, de qua cognoscit ju-
dex sæcularis, quatenus in facto con-
sistit ad repellendum auctorem à iudicio,
ex cap. intelleximus, de judic. cap. pia,
de exceptionib. lib. 6. Ordin. antiqua lib.
3. tit. 38. §. 6. & Ordinat. lib. 3. in novis,
titul. 49. §. 4. & tamen si dubitetur de
valore excommunicationis objectæ, uti-
que non cognoscet sæcularis, imò re-
mittet ad iudicem Ecclesiasticum, ut
per Domin. cap. decernimus, de sentent.
excommunication. lib. 6. Decius in cap.
prudentiam, §. sexta, num. 2. de offic. de-
legat. & probat nova Ordinat. lib. 3. tit.
6. §. ultim. ibi: *E sendo duvida, se cada
humas excommunhoens he valiosa, ou
naõ, remeterseba o conbecimento da tal
excepção ao Juiz Ecclesiastico: juvant
tradita per Farin. dict. quæst. 8. à n. 25.
quanvis doctissimus Gama dict. quæst. 5.
ad finem, aliud observatum dicat stylo
Curia: sed prima opinio verior est;*
28 *quia Ordinat. ponit exemplum, quan-
do pars adversa impugnat titulum de
falso, vel quod erat bigamus, vel quod
non deferebat habitum, & tonsuram,
quod respicit ipsum factum, & non quan-
do impugnat de jure, ut patet ex illis
verbis: *E se os accusadores entendem pro-
var que as taes cartas sam falsas, ou que
elles saõ bigamos, ou andaõ fora do habi-
to, & tonsura, & naõ traziaõ coroa aber-
ta, ser ãõ a isto recebidos; quia titulus fal-
sus non est titulus, L. quid sit falsum 23.
ff. ad legem Cornel. de falsis, L. ex ini-***

31 *tio, ubi Bald. Cod. de falsis; tem certum est, quod bigamus non utitur privilegio Clericali, cap. unic. de bigam. lib. 6. & latius deducemus in allegatione 43. Item qui non defert habitum, & tonsuram Clericalem, non utitur privilegio Clericali, nec foro, ex text. in dict. cap. si iudex laicus, de sententia excommunicat. lib. 6. ubi notant Joan. Andr. num. 1. & Domin. in §. idem ejusdem capitul. & ex Concil. Tridentin. session. 23. cap. 6. de reformation. & hæc consistunt in facto, de cujus cognitione iudex sæcularis est competens ex traditis per Bartol. in L. quoties, & ubi Jason. n. 6. Cod. de judic. Alvar. Valasc. consultat. 159. numer. 9. 2. part. Padilha in L. 1. num. 57. Cod. de juris, & fact. ignorant. Gama decis. 207. & ibi additio, num. 5. Barbosa in dict. L. Titia, num. 26. & tamen non potest cognoscere de eadem specie si agatur de jure.*

ALLEGATIO XX.

An filiusfamilias Clericus possit stare in iudicio sine patris consensu.

SUMMARIUM.

- 1 *Filiusfamilias regulariter stare non potest in iudicio sine patris consensu.*
- 2 *Consensus patris potest præstari per nuntium, vel per epistolam.*
- 3 *Ampliatur licet filius sit sexagenarius.*
- 4 *Quando filiusfamilias proponit publicam accusationem, non est necessarius consensus patris.*
- 5 *Competit jus accusandi omnibus de crimine publico, nisi inveniat prohibitus.*
- 6 *Quando filiusfamilias accusatur de crimine publico, non requiritur consensus patris.*
- 7 *Quando pater est absens, non requiritur consensus illius.*
- 8 *Quando filius agit nomine alieno, non requiritur consensus patris.*

- 9 *Quæ ætas requiritur, ut quis possit esse procurator ad iudicia.*
- 10 *In casibus, in quibus pater non habet usumfructum in bonis filii, si litem moveat, vel ei moveatur, non requiritur consensus patris.*
- 11 *Alia tamen opinio est tutior, & communis, nisi pater sit absens.*
- Ibid *Judicandum est in Regno Lusitano secundum opiniones Accurtii, quando non sunt communiter reprobatae.*
- 12 *Admittenda est concordia, quam ponit Castillus.*
- 13 *In spiritualibus, & beneficialibus non requiritur consensus patris.*
- 14 *Idem est in minore, qui in prædictis casibus stare potest in iudicio sine consensu tutoris.*
- 15 *Habebit tamen minor restitutionem in actibus judicialibus, si in illis fuerit læsus.*
- 16 *Non requiritur consensus patris in causis motis super pertinentibus ad peculium Castrense, vel quasi.*
- 17 *Filiusfamilias Clericus potest agere sine consensu patris.*
- 18 *Quæ filiusfamilias acquirit post Clericatum etiam in minoribus, sunt sua, & de peculio quasi Castrensi.*
- 19 *Declaratur si filiusfamilias observet requisita Concilii.*

Regulariter filiusfamilias non potest stare in iudicio sine consensu patris: hæc regula probatur in L. non solum, §. necessitate, Cod. bonis quæ liber. ubi eam tenent gloss. & Bart. numer. 8. Socin. regul. 195. Cassan. consuet. Burgund. rubr. 4. §. 5. verbo, le mary sans, n. 38. & rub. 6 §. 3 num. 5. Vantius de nullitatibus ex defectu mandat. n. 39. Marant. de ordin. iudiciorum, 4. part. dist. 16. num. 30. Roland. cons. 46. num. 3. lib. 2. & illum consensum potest præstare per nuntium, vel per epistolam, Bart. num. 15. & Salicet. num. ultim. in d. §. necessitate, Angel. in L. si longius §. 1. num. 7. ff. de jud. declarando per Vantium de nullitatib. ex defectu mandat. n. 44. & Barbosam in L. 2. §. fin. ff. soluto ma-

matrimonio. Ampliatur illa regula, licet
 3 filius sit sexagenarius, quia sola ætas cum
 non eximit à patris potestate, *gloss. L. fin. §. pupillus, ff. de verborum obligat.* ubi eam commendant *Angel. & Imol. Mar. Anton. Baver. in princip. Institut. quibus non est permiffum facere testam. num. 19. Pinel. L. 1. Cod. de bonis maternis, 1. part. num. 34. vers. ampliatur; Gom. L. 47. Taur. num. 1. Matiens. L. 8. tit. 1. lib. 5. novæ collect. glossa 1. num. 2. Gaspar Pedag. in L. inter cetera, ff. de liber. & posthum. 1. part. §. 1. num. 4. Azeved. num. 20. tit. 17. lib. 4. novæ collect.*

Excipiuntur ab hac regula aliqui
 4 casus: primus quando filiusfamilias proponit publicam accusationem, ut contra glossam dicto §. necessitate, tenent *Bart. ibi, num. 11. Orosio. in L. filiusfamilias, col. 268. ff. qui sunt sui, vel alien. jur. Ful. Clar. in pract. criminal. §. ult. quest. 14. num. 5. Azeved. d. L. 10. n. 10.*
 5 Competit enim jus accusandi de crimine publico omnibus, nisi inveniatur prohibitus, *L. qui accusare 8. & ibi Bart. Alberic. Angel. Gomes. 3. tom. cap. 1. num. 31. Farin. lib. 2. tit. 2. q. 12. num. 8. unde num. 10. cum Bart. in L. inter liberos, §. 1. ff. de adulter. tenet hanc opinionem citando Hieron. Cuch. in additionibus ad Angel. de malefic. post n. 81. admonentem ab ea non esse recedendum in iudicando, & quod licet Carrer. in pract. fol. 607. post num. 108. (qui secundum aliam impressionem factam Venetiis, anno 1566. de hæretic. num. 22.) teneat secundum glossam, in d. §. necessitate, magis communiter teneri à Doctoribus, tamen non esse recedendum à prima opinione, quæ non solum communis est, verum etiam, & in practica servata, & addit, quod nunquam vidit (prout nec vidisse dicit *Clarus*, qui præallegatos omnes refert, & sequitur d. quest. 14. vers. sed quid. in filiofamilias) in pract. dubitari in causis criminalibus an filiusfamilias, sive agendo, sive se defendendo possit stare in iudicio sine consensu patris; sed semper vidit si-*

ne dicto consensu procedi, sive de publico, sive de privato crimine ageretur, quidquid inter publicum crimen, & privatum distinguat *Cardinal. Tuschus 3. tom. litera F. concl. 363. n. 50.*

Secundus casus est, quando filiusfamilias accusatur de crimine publico, & fuit opinio *Bart. dict. L. inter liberos §. 1. Ful. Clar. dict. quest. 14. num. 5. & dicit Farin. dict. num. 10* quod nunquam vidit in practica dubitari in causis criminalibus, an filius, sive agendo, sive defendendo possit stare in iudicio sine consensu patris, sed semper vidit sine consensu patris procedi, sive de privato crimine ageretur.

Tertius casus, quando pater est absens ex d. *L. si longius, §. filiusfamilias, ff. de jud. ubi notant gloss. Bart. Alber. Angel. Fulgos. & Paulus, glossa, verbo regulariter ad finem, & ibi Franc. num. 5. in cap. fin. de jud. lib. 6. §. ultimo: idem probatur in L. sed si unius, §. ait prætor ff. de injuriis, & ibi Alber. & Angel. notant Molin. Theolog. 1. tom. de justitia, & jure, disputat. 228. vers. tertio excipitur.*

Quartus casus est, quando agit nomine alieno veluti, tanquam procurator potest, & constitui, ex *L. filiusfamilias, §. ipse quoque, ff. de procurat. est text. in cap. qui generaliter, §. 1. de procuratorib. lib. 6. gloss. dict. cap. ultim. de judic. lib. 6. Bart. num. 5. & Angel. n. 9. dict. §. necessitate: est indubitata conclusio ex Marant. dict. distinct. 16. n. 35. Menoch. de recuperand. possess. remedio 15. num. 307. & Barbof. in L. 3. n. 5. ff. soluto matrim. eandem tenet Molin. dict. disput. 228. vers. excipitur secundo, probat Ordin. Lusitana, tam antiqua lib. 3. tit. 8. §. 7. quam nova lib. 3. tit. 9. §. 5 in quo tamen advertendum est, quod juri communi oportebat filiumfamilias ut procurator esse possit ad iudicia habere 25. annum. ex dicto cap. qui generaliter, §. ultim. & tenet Molin. d. vers. excipitur secundo; sed de jure Lusitano sufficit esse filiumfamilias 17. annorum ad iudicia, ex dicta Ordin. ibi: Porem*

quando o filho, ou liberto, como procurador quizer demandar cada huma das ditzas pessoas; o não poderá fazer sem ter idade de dezafete annos cumpridos.

10 Quintus casus est in bonis adventitiis, in quibus pater non habet usumfructum, quia in illis poterit filius agere, & conveniri sine consensu patris, ut per *Bart. in eodem §. necessitate*, num. 2. & ibi *Ang. num. 4.* idem *Bart. in d. L. fin. §. pupillus*, est communis ex *Vantio de nullitate ex defectu mandat.* num. 41. & eam sequitur *Barbos. in L. 2. §. quod si in patris*, num. 19. & *L. 4. à num. 4. ff. solut. matrim.* sed contrariam opinionem, imò quod, & in his terminis etiam requiratur consensus patris, tenuit *glossa d. §. necessitate*, & eam sequuntur ibi *Bald. num. 9.* & *Imol. dicens tutiorem in d. §. pupillus*, *Affin. in praxi §. 18. cap. 1. num. 3.* & hanc opinionem, quæ communis est, sequuntur *Gonçal. Soar. in sua practica*, tom. 1. part. 1. tempore 2. à num. 15. *Azeved. à L. 10. num. 15.* *Gonçal. Soar. ubi proximè*, num. 18. intelligit, nisi pater sit absens: eandem tenet *Molin. d. disputat. 228. vers. hoc vero non est intelligendum*, *Emmanuel à Crasto in L. cum oportet*, 2. part. n. 134. *Cod. de bonis quæ liberis*, & hæc apud Lusitanos servanda est, quia ex *Ordin. lib. 3. tit. 64. §. 1.* in casibus non decisis per leges Regni, vel per leges communes, servantur opiniones *Accurtii*, quæ non sunt communiter reprobatae, & quando deficient opiniones *Accurtii*, servantur opiniones *Bartholi*, quæ non sunt communiter reprobatae per opiniones communes aliorum *Doctorum*, & poteris admittere concordiam, quam ponit *Castillus lib. 1. de usufruct. cap. 3. à n. 13.*

12 Sextus casus est in spiritualibus, & beneficialibus, in quibus filiusfamilias agere, & conveniri potest sine patris consensu, nec curatur de patria potestate ex *d. cap. ultim. de jud. lib. 6.* ubi *glossa*, & *scribentes notant*, *Paulus d. §. necessitate*, num. 4. *gloss. cap. 1. de jurejurand. Socin. regul. 195. num. 2.* & 6. *Marant. d. disputat. 16. num. 31.* *Gonçal. Soar. ubi*

supra, num. 20. *Molin. dict. disput. 223. vers. à regula*; & idem est in minore, qui in hujusmodi causis stare poterit in iudicio sine consensu tutoris. *Archidiacon. d. cap. ultim. n. 2.* & ibi *Domin. & Franc. numer. ultim. Gomes. in princip. intelligentes tamen cum Pontifice ibi*, de minore, qui annum 14. peregit, idem *Molin. Theolog. de just. & jure*, 1. tom. cap. 220. *vers. excipitur*; habebit tamen restitutionem in actibus judicialibus, si in illis fuerit læsus, ex *Anchar. & Franc. num. 6. in eodem cap. ultim. Sfortia Odus de restitut. 2. part. quest. 60. num. 21.* *Caldas ad L. si curatorem, verbo vel adversarii num. 42.* ex quibus limitatur, & declaratur *Ordinat. antiqua lib. 3. tit. 86. §. 3.* & *Ord. nova lib. 3. tit. 41. §. 8.*

16 Septimo limitatur, ubi agitur de pertinentibus ad peculium Castrense, vel quasi, quia in illis agere, & conveniri potest filiusfamilias sine patris consensu, cum in his, tanquam paterfamilias reputetur, *L. 2. ad Macedon.* & tenent *Alber. num. 8.* & *Angel. num. 9. in dicto. §. necessitate*, *Vantius de nullitate ex defectu mandat. num. 41.* *Marant. dict. distinct. 16. num. 32.* *Gonçal. Soar. d. num. 20.* *Molin. d. vers. hoc vero non est intelligendum.*

17 Octavo limitatur in filiofamilias Clerico, qui potest agere sine patris consensu, ex *d. cap. ultim. §. ultim. de jud. lib. 6.* *Cassan. consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 3. num. 14.* *Peres ad leges Ordinam. in L. 1. tit. 3. col. 111. vers. provenit etiam lib. 1.* nam ea, quæ filiusfamilias Clericus etiam in minoribus ordinibus constitutus acquirit post Clericatum, sunt sua, & sunt peculii quasi Castrensis, *L. sacrosanct. 33. Cod. de Episcopis, & Clericis*, & ideo poterit super illis agere, & conveniri, sine consensu patris, *Speculator. de actore, vers. sed cum Clericorum sint bona*, & *Archidiacon. in d. cap. fin. num. 2. de jud. lib. 6.* quod tamen intelligo si talis Clericus habitum, & tonsuram deferat, & observet alia requisita à Concilio Tridentin. quia si ea non observet, laicus reputatur, & in nihilo gaudet pri-

privilegio Clericali, ex adductis per
Cevall. de communibus, contra commu-
nes quest. 563.

ALLEGATIO XXI.

Clericus provocans ad ordines solvit
expensas, & incurrit alias poenas de
jure Regni Lusitani, & quid de
jure regni Castellæ.

SUMMARIUM.

- 1 Quando quis provocat ad ordines, & remittitur, solvit expensas secundum legem Regni.
- 2 Confirmatur de jure communi.
- 3 Reprobatur opinio Rebuff. stante Ordinatione Regni.
- 4 Quod illa Ordinatio sit in odium Clerici provocantis ad ordines.
- 5 Victus victori debet regulariter condemnari in expensis.
- 6 Clericus pauper provocans ad ordines remittitur expensis Episcopi.
- 7 Non autem remittitur expensis fisci secularis.
- 8 Pauperes litigantes in instantia appellationis, vel gravaminis, vel in judicio actionum novarum, solvunt dimidiam partem expensarum actuario, & advocato ex pecuniis cancellariæ; quod non admittitur in Clerico paupere provocante ad ordines.
- 9 Provocans ad ordines amittit fidejussionem.
- 10 Clerici provocantes ad ordines amittunt officia, quæ habent a Rege secundum legem Regni, & n. 11.
- 12 Idem de jure Castellæ.
- 13 Referuntur DD. qui de illis legibus mentionem faciunt.
- 14 Tales leges non sunt contra libertatem Ecclesiasticam.
- 15 Absurdum, & iniquum est eos admitti ad officia secularia, qui non possunt à judicibus secularibus puniri.
- 16 Clerici in minoribus constituti ad judicia secularia admissi, an possint à

- judicibus secularibus puniri, & n. 17.
- 18 Quando dicatur lex, vel statutum contra libertatem Ecclesiasticam.
- 19 Quia faciendum quando Clericus non audet declinare jurisdictionem judicis secularis metu pænæ.
- 20 Quid si Clericus confiteatur non esse Clericum.
- 21 Et potest eum punire.
- 22 Pater Clerici potest agere, ut ad forum remittatur Ecclesiasticum.
- 23 Limitatur, nisi Clericus procurasset, vel affectasset hanc remissionem.
- 24 Dictum de patre, intelligendum est, quoniam intervenit, tanquam pater, non tanquam procurator.
- 25 Ea resolutio, & pænæ legis habet locum in criminibus merè secularibus, vel mixtis, data præventionem in judicio seculari.
- 26 Non procedet in causis pretinentibus ad forum Ecclesiasticum, & quæ sint referuntur.
- 27 In his causis non possunt se intromittere Judices seculares.
- 28 An ex sola allegatione declinatoria incurratur illa pænæ.
- 29 Defenditur opinio Covarr. ab impugnatione Azevedo, & Gutierrez in terminis legis Lusitanæ.
- 30 Verbū, chamar, est futurum subjunctivi, & significat actum consummatum.
- 31 Statutum puniens volentem aliquam corrumpere, intelligitur de eo, qui corripit voluntariè.
- 32 Pænæ imposita per statutum producenti exceptionem, vel petitionem, habet locum ea producta, nec est locus pænitentia.
- 33 Quomodo procedant leges Lusitanæ, & Castellana in Clerico in minoribus provocante ad ordines.
- 34 Remissio Clerici faciēda est sine ignominia.
- 35 In ea remissione etiam acta sunt remittenda, & n. 36.
- 37 An Judex Ecclesiasticus teneatur stare processui, & sententiæ Judicis secularis.

1 Quando quis accusatur de crimine aliquo in Curis sæcularibus Regni Lusitani, & provocat ad ordines, ut remittatur ad iudicium Ecclesiasticum, & remittitur, solvit omnes expensas, tam processus, quam personales, ex *Ord. lib. 3. tit. 51. §. 9. in antiq.* & ex *Ord. nova lib. 3. tit. 67. §. 5. ibi: E mandamos que se em alguẽm feito crime, o accusado se chamar às ordens, & for a ellas remetido, seja condemnado nas custas assimpessoaes, como do processo que se fizerem, desque o libello for recebido, até se chamar às ordens, & não será entregue ao Ecclesiastico, até as pagar, & não seja detido pela pena do sangue, nem seja obrigado*
2 *deixar penhor; quod idem de jure tenebat Bald. in L. generaliter, §. his presentib. Cod. de reb. creditis Aufrer. ad Clement. 1. de offic. ordinar. quæst. 2. n. 22. Boer. dec. 303. column. penult. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 228. num. 8. Gonçal. Soares in pract. 2. tom. prælud. 2. n. 11. Rebuff. de exceptionib. numer. 201.*
3 & quamvis contendat ibidem num. 202. & sequenti, eam expensarum condemnationem faciendam esse per iudicem Ecclesiasticum, tamen apud Lusitanos aliud observatur, quia cum ex jure illius Regni ad iudicem sæcularem spectet de ea exceptione cognitionem assumere, & decidere, ad eum etiam spectat facere condemnationem expensarum, ex traditis per *Alex. in L. à Divo Pio, in princip. num. 24. ff. de re judic. Abb. cap. 1. num. 20. ad fin. de jud. Joann. Gutierrez pract. lib. 1. quæst. 20. à n. 4.* quod quidem est in odium Clerici provocantis ad ordines, & eximentis se à jurisdictione sæculari, in accusatione criminali, contra communes regulas, quæ dicunt, victum debere condemnari victori in expensis, ut probat *L. properandum, §. sin autem alterutra, Cod. de judic. L. 8. tit. 3. part. 3. Azeved. L. 1. tit. 22. lib. 4. novæ collect. Ordin. dictis locis, & non est extendenda extra suos terminos, ex L. quod contra 13. ff. de legib.*
6 Limitanda tamen est hæc Ordin. in

Clerico paupere, quia si provocat ad ordines, nec habet unde solvat expensas, remittetur expensis Episcopi, ex *cap. 2. §. si iudex de pace tenend. quem text. ad hoc citat Covar. pract. cap. 33. num. 5. idem cum Aufrer. tenet Rebuff. in tractatu quando iudices sæculares cognoscere possunt, super Ecclesiast. n. 69. Curia Philip. 3. part. §. 1. numer. 11. & hoc servari testatur Gonçal. Soar. dict. n. 11. Aufrer. ad Cappellam Tholos. dec. 74. ad fin. Pacian. lib. 2. de probat. cap. 34. num. 48. non autem remittetur expensis fisci sæcularis, & probatur in *Ordin. antiqua lib. 1. tit. 20. §. 26. & §. 27. & in nova Ord. lib. 1. tit. 24. §. 43. & §. 44.* nam in dicto §. 26. & 43. statuit, quod si litigantes carcerati sint pauperes, & non habuerint bona, ex quibus solvant actuario, & advocato suorum processuum expensas, si sint agitati in instantia appellationis, vel gravaminis, vel coram iudice actionum novarum, dimidia pars eis solvatur ex pecuniis Cancellariæ: & in d. §. 27. & §. 44. subdit in hæc verba: *E tudo o que dito he a cerca do pagamento dos feitos dos prezos pobres, não haverá lugar nos prezos que forem remetidos às ordens, ou tornados á immuniidade da Igreja ou a algum couto de nossos Reynos, onde estavaõ acontados.**

Sic etiam, & in odium Clerici provocantis ad ordines est introductum, quod si ut à crimine se defenderet solutus à carcere sub rescripto fidejussionis (quod dicimus sobre alvará de fiança) quod concedunt expeditores Regii Palatii, ut in *eorum regimin. §. 24.* continetur, & provocet ad ordines, incurrit in amissionem dictæ fidejussionis, ex *antiqua Ordin. lib. 5. tit. 91. §. 2. & Ordin. in nova lib. 5. tit. 132. §. 2. ibi: E quando o que se livrar sobre alvará de fiança se chamar às ordens antes de prezo, ou depois, por ser a ellas remetido, por esse mesmo feito, se perca a fiança para o dito Hospital.*

Rursus in Lusitania Clerici, quia à Rege habent officia, si provocent ad ordines, privantur illis officiis, ut habetur in

ALLEGATIO XXI.

101

in Ordinat. lib. 2. tit. 3. in novis, nam in princip. hujus Ordinat. sic disponitur: Et Rey Dom Affonso V. com acordo de alguns de seu Conselho, & Desembargo determinou, & ordenou (naõ para que se publicasse por ley, mas para usar de tal determinação, em quanto a achasse boa, & proveytosa) que quando em seus Reynos, & Senhorios alguns Clerigos de ordens menores ou sacras, ou Beneficiados, Commendadores, & outros Clerigos, & pessoas da jurisdicção Ecclesiastica fossem culpados em maleficios, & julgados pelo Ecclesiastico, & naõ fossem punidos, como por direito, & justiça deveriaõ ser, & o dito senhor Rey o soubesse em certo, elle, naõ como Juiz, mas como seu Rey, & senhor para os castigar, & evitar que taes maleficios se naõ commettessem, os lançaria de seus moradores, & tiraria as terras, & jurisdicoens, Castellos, officios, vassallagens, privilegios, tenças, moradias, que delles, ou de seus antecessores de graça, ou em quanto fosse sua merce, tivessem, que em suas vontades estivessem de lhos tirar, naõ lhes tendo outra obrigação de lhos deixar ter, salvo por antes lhes serem dados de merce, posto que nas cartas das ditas cousas naõ fosse declarado, que as tivessem em quanto fosse sua merce, o que poderia fazer tirandoas em parte, ou em todo a certo tempo, ou para sempre, & as traria consigo, segundo a qualidade dos maleficios, & das pessoas contra quem se cõmettessem, & segundo fossem por seus Prelados punidos, ou naõ, como elle entendesse que o devia fazer para bem commum de seus Reynos, & isto naõ por via de jurisdicção, nem de juizo, mas por usar bem de suas cousas, & afastar de si os malfeitores, & que naõ houvessem delle sustentação, nem merces: porque onde os malfeitores saõ soffridos, & haõ merces, & favor, alem do escandalo que geralmente se recebe, os bons saõ offendidos, & affrontados. A qual determinação temos por boa, & mandamos que se cumpra, como nella se contem.

Et in §. ultim. disponit d. Orinat. hæc verba: E determinamos que qual-

quer nosso official de qualquer sorte, & qualidade que seja, que se chamar às ordens, & jurisdicção Ecclesiastica, perca por isso o officio, que de nos tiver, & isto por se assim izentar de nossa jurisdicção; & apud Castellanos est L. 10. titul. 1. lib. 3. Ordinam. & L. 4. tit. 4. lib. 1. novæ collect. ubi sic loquitur.

Qualquier nuestro vassallo que de nós ha, ò tuviere tierra, ò lançar, y declinare jurisdicion de nuestro Fuez seglar, diciendo ser Clerigo de corona, y no ser tenudo responder ante nós, ò ante nuestro Fuez seglar por la dicha razon, que por esse mismo hecho aya perdido, y sea privado de la tierra, y lanças que de nos tiene, ò tuviere, y las no aya, ni pueda haver, ni le sean libradas dende adelante, y que nos proveamos dellas, a quien nuestra merce fuere.

Hujus legis meminit Henric. lib. 10. de Sacrament. ord. cap. 15. §. 2. & eam esse similem legi Lusitanæ dicit Peres in d. L. 10. col. 802. versic. quod non est dicendum, eam referens; adde aliam L. 5. titul. 4. lib. 1. novæ collect. & de ea ibi Azeved. post Covarr. præct. cap. 33. n. 7. & Joann. Gutierrez practicarum, lib. 1. quæst. 22. Nec tales leges sunt directè contra libertatem Ecclesiasticam, seu contra ejus jurisdictionem, imò hoc esse æquum auctoritate text. in cap. Sacerdotibus, ne Clerici, vel Monach. quo capite officia sæcularia Clericis sunt interdicta: accedit ratio, quæ ducitur à publica auctoritate, & utilitate, cum sit absurdum, & iniquum eos admitti ad officia sæcularia, qui non possunt à iudicibus sæcularibus puniri, si delinquant in officio, quia Clerici etiam in minoribus constituti ad officia sæcularia admitti, si non possent à iudice sæculari puniri, secundum glossam, dicto cap. Sacerdotibus, prout considerat Covarr. præct. cap. 33. num. 6. & Ful. Clar. in præct. crimin. §. ultim. quæst. 36. num. 43. Quinimo verius est tales Clericos in officio sæculari delinquentes à iudice sæculari puniri posse, ut per Aufrer. Clement. 1. de offic. ordin. regul. 1. Fallent. 17. & multis

confirmat *Guilhelm. Bened. in cap. Raynuntius, verbo, & uxorem nomine Adelafiam, dec. 2. num. 115. Tyber. Decian. 1. tom. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 143. & dicit ita practicari apud Gallos, Ful. Clar. dict. quæst. 36. num. 43. Farin. lib. 1. q. 8. num. 98. Castell. lib. 2. suæ polit. in 2. tom. cap. 18. n. 99.*

18 Aliam rationem adducit *Paul. in L. si quis curialis, num. 5. Cod. de Episcopis, & Clericis*, quod lex, vel statutum dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, quando directe, vel indirecte aufert aliquod jus, vel privilegium inductum à jure communi canonico; secus si auferat jus, vel privilegium, quod habent, vel sibi provenit ab ipsis Regibus, vel dominis statuentibus, quia tunc bene valet, & tenet eorum dispositio: sequitur *Gomez 3. tom. cap. 10. numer. 7. eandem defendunt, pluribus adductis, Peres ad leges Ordinam. dict. L. 10. column. 801. Azeved. in dict. L. 4. Joan. Gutierr. pract. lib. 1. q. 10. n. 1.*

19 Pro intelligentia tamen earum legum aliqua notanda sunt: primum, quod licet Clericus non audeat declinare jurisdictionem judicis sæcularis ne incurrat in jacturam officii, vel alterius commodi, quod habet à Rege, poterit tamen judex Ecclesiasticus ipsum repetere ex officio, & allegare ea omnia, quæ ipse Clericus posset, *Bart. in L. penult. §. ad crimen, n. 9 ff. de publ. jud. Bald. in Authent. statumus, num. 3. Cod. de Episcopis, & Cleric. Domin. num. 3. & Franc. num. 2. in cap. si judex laicus, de sentent. excommunicat. lib. 6. Felin. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 71. de constitut. Thom. Ferrariens. cautel. 28. n. 2. vers. tertia, dicens hanc opinionem esse tutiorem, Gom. dict. cap. 10. num. 7. ad finem, Peres in dict. L. 10. column. 803. versic. quæ autem cautela, ubi dicit eam esse notabilem cautelam, & mente tenendam & solitam practicari: eandem ponunt *Azeved. in L. 3. num. 3. titul. 4. lib. 1. novæ collect. & Joan. Gutierrez de jurament. confirm. 1. part. cap. 2. numer. 27. & 28. & in dict. quæst. 10. num. 3. eam**

sequitur *Jacob. de Graff. lib. 4. suarum aurearum decision. cap. 18 n. 154.*

Quod ampliatur, licet Clericus confiteatur non esse Clericum, quia est injuria Ecclesiæ, *cap. in primis 2. quæst. 1. Joan. Andr. num. 1. Domin. num. 6. & Franc. num. 3. in dict. cap. si judex laicus, & sic potest eum punire, Bald. in L. si qua per calumniam, num. 5. vers. sed ponamus, Cod. de Episcopis, & Clericis, Feder. de Senis, cons. 235. num. 1. versic. queritur an confessio, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 24. num. 74. Covarr. dict. cap. 33. n. 3. Farin. d. q. 8. n. 11.*

Secundo, quod pater Clerici potest agere, ut ad forum Ecclesiasticum remittatur, quia per Clericatum non exit filius à patria potestate, *cap. ultimo de jud. lib. 6. & dicemus in alleg. 29. & ideo ratione interesse, quod pater habet in filio, potest comparere, & pro eo declinare ad judicem Ecclesiasticum, absque eo quod filius ex ea patris declinatione jacturam faciat officii, vel alterius commodi, quod habet à Rege, & ita tenet *Bart. dict. §. ad crimen, num. 9. & commendat ibi *Imol. num. 19. vers. & hæc faciunt, idem *Bartol. & Sal. num. 5. in L. 2. Codic. de accusat. & admittit *Ful. Clar. in practica criminal. §. ult. q. 33. ad fin. & *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 80. à num. 62.******

Limitatur hæc doctrina, nisi Clericus procurasset, vel affectasset hanc remissionem suam de foro sæculari ad judicem Ecclesiasticum, submittendo, & petendo ab eo, vel à Promotore Ecclesiastico, quod ejus remissionem peteret, & ita declarat *Angel. cons. 47. quem licet improbet *Felin. d. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, num. 71. supposita nullitate statuti communis Florentiæ, in quo *Angel. consuluit, tamen illum sequi liberè possumus, quia validæ sunt leges Castellæ, & Lusitaniæ, ut deduximus supra, & tenent *Azeved. d. L. 3. num. 3. & *Joan. Gutierr. d. q. 10. ad fin.*****

Item quod diximus de patre, est intelligendum quando ipse intervenit, tanquam pater, non verò quando se ingerit,

gerit, tanquam procurator filii, quia oportet offerre speciale mandatum filii ad opponendam talem exceptionem, cum ex illa cadat in poenam amissionis officii, vel alterius commodi, quod à Rege habet, & procurator non potest facere ea ex quibus constituens cadat in poenam, nisi ad ea facienda habeat speciale mandatum, ut probatur in *L. si procurator, ff. de condict. inbebit. L. 3. §. si procurator, ff. quod quisque jur. & ibi Bartol. & Jason. Felin. latè exornans in dicto cap. Ecclesie Sancte Mariae num. 7. & in cap. 1. à num. 8. ut lite non contestata, Gonçal. Soares in sua practica 7. parte primi tomi, cap. unic. à num. 3. & in terminis tenet Bald. L. 1. num. 24. Cod. de accusation. & Peres dict. L. 10. col. 804. vers. dubitatur, & in simili Azeved. in L. 10. u. n. 31. tit. 1. lib. 4. novae collect.*

25 Tertio declara, quod ea procedunt in criminibus mere saecularibus, vel mixtis, data praeventione in iudicio saeculari, quia data praeventione iudex saecularis est competens, & Ecclesiasticus incompetens, & ita tenent Peres d. L. 10. column. 802. & Gutierr. dict. quest. 10. ante finem, & quae sint crimina mixti fori ponant L. 3. titul. 2. part. 2. Extravagant. & Ordinat. lib. 2. titul. 9. in no-

26 vis, non autem procedet earum legum prohibitio in causis, quae de sui natura pertinent ad forum Ecclesiasticum, ut sunt causae spirituales, vel beneficiales, & dependentes ab ipsis, causae matrimoniales, decimales, juxta cap. decernimus de jud. cap. quoniam de immunit. Eccles. L. 56. titul. 6. part. 1. L. 5. titul. 3. lib. 1. novae collect. Gomez Leon. in sua centuria informat juris, facto 49. Curia Philipp. 1. part. §. 5. num. 2. nunquam enim in

27 his causis iudices saeculares se intromittere possunt, nec principaliter, nec incidenter, sed coram iudice Ecclesiastico, ut per Covarr. de sponsalibus 2. part. cap. 8. §. final. num. 3. Rebuff. 3. tomo ad leges Gall. titulo, ut laici non conveniantur coram Ecclesiastico, gloss. unic. num. 15. & Azeved. d. L. 10. num. 43. & probatur ex eisdem legibus Castellae, & Lusitaniae,

quae tantum loquuntur in casibus, in quibus potest competere iurisdictio Regibus, vel punitio criminis ab ipso Clerico declinante commissi, non autem loquuntur de iis casibus, in quibus iurisdictio privativè pertinet ad iudices Ecclesiasticos.

28 Quarto declara, quod ex sola allegatione declinatoriae provocantis ad ordines, non incurritur illa poena amissionis officii, vel alterius commodi, nisi super illa exceptione sententia feratur remissoria, quod declinans remittatur ad iudicem Ecclesiasticum, ut tenet Covarr. d. cap. 33. ad fin. sed contra eum tenent Azeved. d. L. 10. ad fin. & Joann. Gutier. lib. 1. practicarum question. 11. Ego tamen magis probo opinionem Covarr. in terminis legis Lusitanae, quia in ea sunt verba illa: *Se se chamar ás ordens, & jurisdicaõ Ecclesiastica, perca por elle o officio que tiver de nós, & isto por assim se izentar de nossa jurisdicaõ*; nam

29 verbum illud, *chamar*, est futurum sub-iunctivi, & significat actum consummatum, & cum effectu, quia formatur ab indicativo, L. 1. §. haec autem verba, ubi Bart. & Jason. ff. quod quisque jur. & propter verba sequentia, quae bene significant ipsum effectum declinatoriae, per quam exemptus est à iurisditione Regia, & remissus fuit ad iudicem Ecclesiasticum, quod non perficitur per ipsam declinatoriam, nisi sequatur effectus sententiae remissionis, ut etiam declarant aliae leges circa solutionem expensarum, & amissionem fideiussionis, & probatur etiam ex doctrina Bart. in L. finali, ff. de rerum

30 divisione n. 1. ubi dicit quod si statuta dicant, quod si quis voluerit aliquam corrumpere, puniatur capite, modo quis accusatus est, quod voluerit corrumpere aliquam, sed non corrupit, non punietur, quia statutum intelligitur, voluerit corrumpere, id est, voluntariè corrupit, ubi additio refert alios idem tenentes: cum igitur ex sola allegatione declinatoriae, non secuta remissione, non fiat praesudicium iurisditioni, non incurret poenam legis Lusitanae.

- 32 In lege autem Castellæ probo opinionem Azevedi, & Gutierres, quia ea lex eo ipso, quòd Clericus allegat exceptionem declinatoriam, & dicit non esse de jurisdictione judicis sæcularis, ei imponit pœnam, ut patet ibi: *Declinar jurisdicion de nuestro Fuez seglar, diciendo ser Clerigo de corona, y no ser tenudo responder ante nuestro Fuez seglar, por la dicha razon, que por esse mismo efecto aya perdido, y sea privado, &c.* Et confirmatur ex traditis per *Fason. in L. quanvis, column. 2. ff. de in jus vocand.* ubi dicit, quod si ex forma statuti imponitur aliqua pœna producenti exceptionem, vel petitionem, non erit locus pœnitentiæ, petitione, vel exceptione producta, quicquid in terminis *d. L. 10. titul. 1. lib. 4. novæ collect.* aliud teneat ibi *Azeved.* cum ea lex loquatur per alia verba diversa.
- 33 Quinto declara, quòd præfatæ leges, tam Castellæ, quàm Lusitaniæ, tunc locum habent, quando Clericus in minoribus provocans ad ordines defert habitum, & tonsuram, & observat alia requisita per Concil. Tridentin. quo casu potest habere locum exceptio declinatoria, & remissio ad judicem Ecclesiasticum in criminibus, aliter si deficient in eo tales qualitates, nec habebit locum exceptio, nec remissio, nec incurretur pœna ex *Joann. Gutierres d. q. 10. num. 3. ante finem.*
- 34 Remissio autem facienda est sine ignominia Clerici, qui remittitur ad judicem Ecclesiasticum, ex *Domin. in d. cap. si Judex laicus, §. non sic, num. 11. Ful. Clar. §. ultim. præct. crimin. q. 36. num. ultim. Soares in præct. 2. tom. prælud. 2. num. 10. Pacian. d. cap. 34. n. 49. versic. tertium,* & in hac remissione Clerici, remittenda sunt acta facta de crimine, de quo inculpatur, ut per *Tyb. Decian. 1. tom. crimin. lib. 4. capit. 19. num. 21. ubi allegat text. in L. divus 6. & L. non dubium 11. & ibi glossa verbo, elogio, ff. de custod. reorum, & addo Farin. lib. 1. quæst. 47. num. 43. Ful. Clar. d. quæst. 36. num. ultim. & probatur ex Or-*

*dinat. lib. 2. titul. 1. §. 11. in antiquis, & Ordinat. nova lib. 2. titul. 1. §. 24. ibi: E sendo requerido pelos Juizes Ecclesiasticos as nossas justças, que lhes enviem o treslado das querelas, & inquirçoens, que de taes Clerigos, & Beneficiados tiverem, mandamos que se lhes dem o que toca aos ditos Clerigos, ou Beneficiados tocar: & ex alia Ordinat. lib. 1. tit. 20. §. 8. in antiquis, & lib. 2. titul. 24. §. 34. 37 in novis; ibi: E quando alguns prezos forem remetidos ás Ordens, & seus feytos se tratarem, & começarem na Corte, ou o proprio original vier a ella, assim como se faz onde está a Casa da Supplicação, ou a do Porto, ou por nosso especial mandado o proprio feito for trazido a Corte, os ditos feitos se tresladem, & os treslados concertados com os proprios sejaõ enviados cerrados, & sellados aos Juizes Ecclesiasticos, & quando os feitos vierẽ á Corte por appellação com o treslado dos autos processados na terra, o proprio treslado, q̄ da terra vier, seja inviado aos Juizes Ecclesiasticos, a q̄ os prezos forem remetidos, quer na mór alçada, & causa da appellação crescessem novos autos, quer naõ; porem ao Fulgador da maior alçada fique (se vir que os novos autos, que na causa da appellação cresce- raõ, saõ necessarios por bem da justiça) os mandarã tresladar primeiro á custa da parte remetida, para serem levados á terra, & juntos ao proprio original da appellação, & com elles, & com o proprio original da terra, ter a justiça secular o theor de tudo, assim como vay nos autos. An autẽ judex Ecclesiasticus teneatur stare processui, & sententiæ judicis sæcularis in Clerico remisso, vide per *Valasc. consultatione 48. num. 9. lib. 1. Tyber. Decian. dict. cap. 19. numer. 21. Curia Philippic. 1. part. §. 1. num. 11. ubi citat Gonçal. Soar. in dict. prælud. 2. num. 11. & 12.**

ALLEGATIO XXII.

Omnis homo præsumitur laicus, & qui se Clericum dicit, ut remittatur, & gaudet privilegiis Clericalibus, debet hoc probare, & quibus modis probandus est Clericatus; ubi multa de materia tractatur.

SUMMARIUM.

- 1 Omnis in dubio præsumitur laicus, & non Clericus.
- 2 Nemo nascitur Clericus.
- 3 Ei, qui dicit se Clericum, incumbit onus probandi.
- 4 Quomodo probetur Clericatus de jure Canonico.
- 5 Clerici transeuntes ad alios Episcopatus sine literis commendatitiis, vel dimissoriis, non recipiuntur, & probandus est Clericatus per scripturam.
- 6 Secundo probatur per literas Episcopi portatilis, in quibus dicat, quod de mandato Episcopi sui illi ordines contulit.
- 7 Tertio probatur per testes, qui interfuerint collationi.
- 8 Quarto potest probari per unum testem, quando non agitur de præjudicio alicujus.
- 9 Quod non solum procedit in prima tonsura, sed, & in omnibus aliis ordinibus.
- 10 Non procedit ea doctrina, quando res sit ventilanda in judicio.
- 11 Refertur casus contingentia.
- 12 Quinto probatur Clericatus ex possessione habitus, & tonsuræ.
- 13 An inducat probationem ad fori privilegium.
- 14 Stante Ord. Lusitana requiritur probatio per literas collationis.
- 15 In hac determinatione sequitur Ord. Lusitana jus civile.
- 16 Clericus litigans in foro seculari subiicitur legibus, & statutis illius circa ordinationem judicii.

- 17 Ostendere literas collationis ordinis pertinet ad ordinem judicii.
- 18 Non admittetur probatio Clericatus per testes.
- 19 Nec admittetur per confessionem partis adversæ.
- 20 Nec admittetur per alios modos supra relatos.
- 21 Antiquitus nomina Clericorum scribebantur in charta, in qualibet Ecclesia, quæ matricula intitulata vocabatur.
- 22 Non admittetur in Regno Lusitano opinio Aufrerii.
- 23 Nec admittetur alia opinio Doctorum distinguendum inter Clericos peregrinos, & eos qui sunt ejusdem provincie.
- 24 Oportet Clericos afferre literas dimissorias, seu commendatitias.
- 25 Nec admittetur probatio per testes in defectum literarum amissarum.
- 26 Si amissæ sunt Clericatus literæ, manent libri ordinatorum penes scriptores Camerarios, unde aliæ depromi possunt.
- 27 Ubi est scriptura perdita potest haberi recursus ad notam.
- 28 Admittetur probatio per testes, quando originale, & regestum fuerit deperditum.
- 29 Qualiter sit probandus tenor instrumenti amissi.

OMnis homo præsumitur in dubio laicus, & non Clericus, quia nemo nascitur Clericus, nec nobis innata est à natura talis qualitas, sed nascimur in laicatu, ex Joan. Andr. regul. scienti, column. penult. de reg. jur. lib. 6. in Mercurialib. Bald. in cap. fin. num. 4. versic. sed quæro, nunquid præsumitur Clericus de præsumpt. Lucas de Pena, L. 3. præsumpt. 62. Cod. de apochis publ. lib. 11. Decius cons. 126. num. 1. Aymon. consil. 72. num. 2. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 302. num. 13. & concl. 963. n. 1. Azeved. d. L. 10. num. 1. lib. 4. novæ collect. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. num. 1. Tyber. Decian. lib. 4.

tom. 1. cap. 9. num. 117. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 74. num. 9. Barbosa in L. Titia, num. 31. ff. soluto matrimon. & Farinac. lib. 1. quest. 8. num. 38. & probatur per text. in cap. legum 2. quest. 1. cap. tuæ, de Cler. peregrin.

3 Et ideo ei, qui dicit se Clericum, incumbit onus probandi se esse talem, cap. si iudex, cum glossa, verbo fecerit, de sentent. excommun. lib. 6. L. si qua per calumniam, Cod. de Episcopis, & Clericis, Bald. in L. in actionibus, §. plane, n. 4. vers. obscuritas est in qualitate, ff. de in litem jurand. Pacian. d. num. 6. ubi numeris sequentibus confirmat, ideo modos probandi hanc Clericatus qualitatem investigare oportet.

4 Primo de jure Canonico probatur Clericatus per literas Episcopi attestantis se contulisse ordines illi, qui se Clericum esse asserit, ut probatur in d. cap. legum 2. quest. 1. ibi: Ordinatus autem à suis ordinatoribus literas accipere jubetur; & ibi notant Archidiacon. & Bellamera, num. 3. ne de ejus ordinatione dubitetur, ex cap. sicut 1. quest. 3. dicit tamen Turrecremata in d. cap. legum, quòd olim, qui ordinabatur, literas à suo ordinatore recipiebat, ne dubitaretur de ejus ordinatione; sed hoc non observatur ubique, nisi dicatur de his, qui ordinantur à non suis Episcopis, & qui transeunt ad alios Episcopatus, qui sine literis commendatitiis, vel dimissoriis non recipiuntur, sed quod probetur per scripturam, tenent etiam Felin. in cap. post cessionem, num. 3. & numer. 15. de probat. vers. fallit 7. Grammat. decis. 81. num. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 305. num. 1. Tyber. Decian. dict. cap. 9. num. 26. Pacian. d. cap. 34 n. 41. Farin. d. quest. 8. num. 40. Flamin. Paris. de resignatione bebesic. lib. 10. q. 3. num. 30.

6 Secundo probatur per literas Episcopi portalis, in quibus dicitur, quòd de mandato Episcopi illi ordines contulit, quia potuit intervenire in ipso actu ordinum, maximè si sint sigillatæ Episcopi sigillo, ex Cardinal. in cap. Al-

bericus, de testibus, Felin cap. sicut, de re judicat. column. 12. Mascard. d. conclus. 303. numer. 6. Rebuff. de nominat. q. 14. num. 32.

Tertio probatur per testes, qui interfuerunt actui, & collationi ordinum, si literæ Clericatus amittantur, ex cap. 1. & cap. 2. de Cler. peregrin. Alex. conf. 107. numer. 7. lib. 7. Matth. de Afflict. lib. 1. constitut. rubr. 3. n. 12. Francisc. Mart. decis. 1058. numer. 1. in 1. part. Franc. d. cap. si iudex laicus, §. non sic, num. 4. & 5. de sentent. excommun. lib. 6. Mascard. d. conclus. 303. num. 1. & num. 11. Pacian. d. cap. 34. num. 63. & num. 71. Covarr. practicarum, cap. 33. num. 3. Farin. d. quest. 8. num. 41. Flamin. d. q. 3. num. 33.

Quarto potest probari per unum testem, quando non agitur de præjudicio alicujus, ut tenent Bald. in cap. licet universis num. 4. de testibus, Afflict. dict. rubr. 3. num. 12. Roland. conf. 4. num. 5. lib. 1. Purpurat. conf. 408. num. 8. lib. 2. Pacian. d. cap. 34. num. 64. Farinac. d. quest. 8. num. 42. idem Bald. cap. nuper, num. 4. de testibus, Jason. in repetition. L. admonendi, num. 165. ff. de jurejurando, Salzed. ad Bernard. Dias in pract. criminal. cap. 62. num. 17. Mascard. de probat. d. conclus. 303. num. 3. qui licet cum Boer. loquatur in prima tonsura, tamen generaliter hanc doctrinam in omnibus ordinibus eam intelligit Pacian. dict. num. 64. versic. nec est verum, adde Aymon. conf. 613. num. 13. & conf. 616. num. 18. qui docet eam doctrinam non posse procedere, quando res esset ventilanda in judicio, & agitur de præjudicio tertii, quia tunc non sufficit per unum testem fieri Clericatus probationem, sed imò plenè probandus est per probationes legitimas, & in terminis tenet Covar. d. cap. 33. num. 3. Salzedo ad Bernard. Dias d. cap. 62. num. 16. & dicit Rebuff. de nominat. quest. 14. num. 32. quod 27. die Martii 1414. fuit remissus quidam tamquam Clericus ad Episcopum Parisiensem, & licet Clericatum, non per ostensionem literarum ton-

tonsuræ, sed informationem, & testes probasset, sufficit ad faciendum hanc remissionem, & refert *Mascard. d. conclus. 303. n. 5.*

12 Quinto probari potest Clericatus ex possessione habitus, & tonsuræ, donec probetur contrarium *Ancharr. & Francus col. 3. in d. cap. si iudex laicus, Grammat. decis. 81. num. 16.* quos, & alios citat *Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 301. n. 13.* ubi *num. 14.* dicit hanc probationem Clericatus ex possessione habitus, & tonsuræ procedere, quoad fori privilegium, & sic vult intelligi, ut hodie verum sit ex decreto Concilii, quòd si quis versetur in habitu, & tonsura, & de mandato Episcopi interserviat alicui Ecclesiæ, vel versetur in Seminario Clericorum, vel in aliqua Schola, vel Universitate, quasi in via ad maiores ordines, sufficere ad probationem Clericatus, quoad fori privilegium, & quod in praxi observatur, & quod multoties habuit in factò, *Pacian. d. cap. 34. n. 47. Farin. d. q. 8. n. 44.*

14 Nihilominus *Ordinat. Lusitana* sæpius citata *lib. 2. titul. 1. §. 15. in antiquis, & lib. 2. titul. 1. §. 27. in novis,* in quibus de requisitis ad remissionem Clerici faciendam, sive ille solutus sit in minoribus, sive conjugatus, requirit probationem ordinariam ordinum, quæ fit per literas collationis eorum, ut patet ibi: *Offereção suas cartas de ordens;* in quo *Ordin.* sequitur jus civile, quo attempto Clericatus non potest probari, nisi per scripturam, ex *d. L. si qua per calumniam, Cod. de Episcopis, & Clericis,* ubi hoc notant *Jacob. Butricar. Alber. Salicet. Paulus ad finem, Guido decision. 582. vers. item cum aliquis dicit se fore Clericum, Rebuff. in praxi benefic. titulo de forma literarum tonsuræ, num. 21. & 24. Cassan. in consuetud. Burgund rubr. 1. §. 6. verbo son creus, num. 12. Covarr. practicar. cap. 33. num. 3.* quos refert, & sequitur *Mascard. d. conclus. 303. n. 9. & 10. Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 76. num. 2. Petrus Gregor. de institut. rei beneficiar. cap. 36. num. 22. Fa-*

rin. d. quest. 8. num. 41. Salzedo ad pract. Bernard d. cap. 62. num. 18. ubi ita dicit intelligendum Concilium; adde *Flores lib. 3. variar. q. 123. à n. 75.*

Facit; quia cum Clericus litigat in foro seculari, à quo in crimine, de quo 16 accusavit, petit remitti ad forum Ecclesiasticum, subjicitur legibus, & statutis circa ordinationem judicii. *Bart. L. 1. num. 28. Cod. quæ sit longâ consuetudo, Corneus cons. 114. num. 4. lib. 2. Roland. cons. 57. num. 20. lib. 2. Surdus cons. 204. num. 14. lib. 3.* ostendere autem literas 17 collationis ordinum pertinet ad ordinem judicii ordinati super remissione Clerici de foro sæculari ad iudicium Ecclesiasticum, ideo debet satisfacere legi Regiæ, quæ in probatione Clericatus in hac materia requirit, quòd fiat per ostensionem literarum collationis ordinum, ut etiam requiritur de jure Canonico, ut deduxi in primo modo probandi Clericatum, nec admittetur Clericatus probatio per testes, quam Doctores admittunt in secundo modo probandi, ut etiam per *Boer. dec. 171. num. 23. & 24. Jacobus Puteus dec. 144. lib. 2.*

19 Nec admittetur probatio Clericatus per confessionem partis adversæ, ex adductis per *Pacian. d. cap. 34. à n. 67. salzedo ad Bernard. d. cap. 62. num. 16. vers. sunt tamen;* neque admittetur probatio per alios modos supra relatos, excepto eo, qui per ostensionem literarum collationis ordinum fit: imò neque hodie admittetur Clericatus probatio per testes in hac materia, sed præcise facienda est per literas Episcopi, qui ordines contulit, secundum *Concil. Brachar. Provinciale, actione 2. sub titul. de examine ordinand. cap. 20.* cujus tenorem retuli allegat. 12. & ita etiam est provisum per constitutiones Episcopatum ejusdem Regni, nam, & hoc reperitur cautum in Archiepiscopatu Ulyssiponen- 20 si, *Constitut. 2. titul. 7.* in Archiepiscopatu Bracharensi Primatiali, *tit. 7. Constitut. 2. §. 1.* in Archiepiscopatu Ebo- rensi, *titul. 7. Constit. 4.* in Episcopatu Vilen- 21 si, *Constitut. 3. tit. 3.* in Episcopatu La-

Lamecensi, *titul. 9. constitut. 6.* in Episcopatu Colimbriensi, *titul. 7. Constit. 7.*
 21 & ad illud alludit, quod dixerat *Bellamera in princip. 21. quæst. 1. num. 1.* quod antiquitus nomina Clericorum scribebantur in quadam charta in qualibet Ecclesia, quæ charta matricula intitulata vocabatur, *capit. contumaces 50. distinct.*

22 Ex hac resolutione infertur, quod non admittetur in Regno Lusitano opinio *Aufrerii, ad Capel. Tholosan. dec. 117.* dum dicit, quasi possessionem ex habitu, & tonsura Clericali, sufficere, quoad privilegium fori, ut ille remittatur ad Episcopum, quem sequitur *Aymon. de antiquit. tempor. 1. part. 3. part. 34.* quod idem tenebat *Grammat. decis. 81. num. 16. Rebuff. de nominat. quæst. 22. num. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. num. 18. Mascard. de probat. conclus. 302. num. 10.* & alii citati in tertio modo probandi, cum lex Lusitana requirat in eo casu ad effectum, ut Clericus in minoribus solutus fori privilegio fruatur, quod incedat in habitu, & tonsura Clericali, & ita reperitur tempore capturæ, & insuper ostendat literas ordinum pro probatione Clericatus, & hæc omnia copulativè, & ita tenet *Salzedo ad præct. Bernard. cap. 62. num. 18.* ubi reprobatur *Mascard. d. concl. 302. n. 14.*

23 Non item admittetur in nostra Lusitania alia opinio Doctorum distinguentium inter Clericos peregrinos, & eos, qui sunt ejusdem provinciæ, & patriæ, ut illi teneantur ordines per literas dimissorias suorum Episcoporum probare, hos autem sufficere probare per testes, de qua *Boer. dec. 171. num. 13. Grammat. dec. 81. num. ultim. Menoch. d. præsumpt. 76. num. 11. Mascard. d. conclus. 302. num. 15.* nam oportet in Clerico afferre literas dimissorias, seu commendatitias, ut probatur in *cap. non oportet de consecr. dist. 5. cap. relatum de Cler. non residentibus, Camil. Borrel. cons. 70. n. 7. lib. 1. Petr. Tholosan. lib. 2. partition. juris Canonico. titul. 9. cap. 8. num. 3.* nam

Ordinat. non facit talem distinctionem inter Clericos peregrinos, & municipales ejusdem diocesis, sed generaliter loquitur, & sine tali distinctione, & ideo generaliter in omnibus idem est servandum, ex *reg. L. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præstand. L. 1. §. quod autem, ubi glos. verbo simpliciter, ff. de aleæ lusu, & aleatoribus.*

Pariter non admittetur alia opinio, quod in defectum literarum amissarum possit probatio fieri per testes, ex *regul. L. testium, Cod. de testibus, glossa verbo fecerit in d. cap. si judex, Guido. dec. 374. Mascard. conclus. 303. num. 1. & fin. Covarr. præct. cap. 33. num. 3. Salzedo ad Bernard. Dias d. cap. 62. num. 16. versic. ultim. Jacob. de Grass. 1. tom. lib. 4. cap. 18. num. 155.* quia si amissæ sunt literæ Clericatus semel Clerico traditæ, manent libri ordinatorum pœnes scriptores Cameraticos, unde alias literas suorum ordinum depromere potest, quia ubi scriptura est perdita, potest haberi recursus ad notam, vel regestum, *L. 1. ff. si tabul. testamen. nullæ extabunt, L. publicati, Cod. de testam. & in terminis tenent Rebuff. 2. tom. ad leges Gall. titul. ut contractus, articul. 1. gloss. 4. & Azeved. in L. 12. num. 1. titul. 25. lib. 4. novæ collect. Petrus Gregor. Tholosan. de institut. beneficiar. cap. 36. num. 22. & probatur in dict. Constitutionibus Synodalicis, in quibus jubetur, quod si literæ ordinum traditæ Clericis amittantur, possint dicti scriptores Camerarii ex libris Regestorum alias eis tradere.*

Illud tamen non omitto, quod quando etiam originale, & regestum fuerit perditum, poterit Clericus probare per testes, ordines sibi collatos, & ita salvabitur alia opinio, & debet, in hac probatione facienda de amissione, observari ea, quæ requiruntur in probatione cujuscumque scripturæ amissæ, ex *L. testium, Cod. de testib. Alvar. Valasc. de emphyt. quæst. 7. à num. 38. Azeved. L. 2. titul. 7. à num. 8. lib. 5. novæ collect. Avend. in L. 41. Tauri, gloss. 4. Ordin. Lusitan. lib. 3. titul. 46. §. penultim. in*

29 *antiqu. & lib. 3. titul. 60. §. ultim. in novis*, ubi docent qualiter sit probandus tenor instrumenti amissi, & per quales testes, & *Molin. Theolog. 2. tom. disput. 448. vers. sufficiunt*, & in terminis *Petrus Gregor. Tholos. ubi supra*, eum confute.

de quo dicit fuisse se interrogatum, ita respondit: *Clericus in minoribus declinavit forum potestatis, deinde deposito habitu, & tonsura accepit uxorem, potestas vult iterum procedere, quia qualitas Clericatus est consumpta: videtur quod possit, ut in Authent. iudices sine quoque suffragio, §. oportet 2. quia depositus à Canone, in contrarium, quia suppositus est Episcopo respectu pœne, & respectu fori, L. 1. Cod. de jurisd. omn. iudic. nec consideratur quoad præterita, nisi tempus delicti, ut notatur in L. nemo potest, ff. de legat. 1. & hoc dicit verius: hanc eandem opinionem tenent *Alex. cons. 8. n. 4. vers. pro hac etiam lib. 1. Grammat. dec. 10. Peres ad L. 11. tit. 1. lib. 3. Ordinem. colū. 803. vers. quæro Clericus, Vincent. de Franchis decis. 417. num. 2. Ful. Clar. d. quæst. 36. num. 11. latè Barbosa in L. Titia, ff. soluto matrimon. n. 33. vers. adde prædictis, ubi alios citat, & Curia Philip. 3. p. §. 1. n. 10.**

ALLEGATIO XXIII.

An Clericus, qui post remissionem ad iudicium Ecclesiasticum, se fecit bigamum, vel habitum, & tonsuram deposuit, privilegium fori amittat, & possit iudex sæcularis cognitionem reassumere de illo crimine, pro quo fuit remissus.

SUMMARIUM.

- 1 *Si Clericus sit remissus ad ordines, & habitum Clericalem deponat, vel fiat bigamus, non reassumit iudex sæcularis cognitionem criminis, pro quo fuit remissus.*
- 2 *Tempus delicti inspicitur in Clerico in minoribus, & remissio consummata non revocatur.*

SI Clericus in minoribus usus sit remissione, & remissus fuerit ad iudicium Ecclesiasticum, quia probavit se Clericum, & observare qualitates decreti, & accusatione pendente de crimine coram iudice Ecclesiastico, ipse tonsuram, & habitum Clericalem deponat, vel fiat bigamus, ex quibus causis ipse amisit privilegium fori, non poterit iudex sæcularis reassumere cognitionem criminis, pro quo remissus est, nam ea remissio effectum habuit, & revocari non potest: & ad hoc est optima doctrina *Bald. in L. affinitatis, numer. ultim. Cod. commun. de succession. ubi in casu,*

Et quod ipsi dicunt de tempore delicti, recipiendum est in Clerico in minoribus, qui secundum leges Lusitanas gaudet privilegio fori, si tempore capturæ inveniatur, & capiatur in habitu, & tonsura, & sit solutus & observet alia requisita à Concilio Tridentino, & ideo remissio consummata non revocatur, nec iurisdicção revertetur ad iudicem sæcularem, licet Clericus remissus perdat privilegium fori, faciendo actum contrarium Clericatus, & perdat respectu delictorum postea commissorum, ut docent *Capel. Tholosan. dec. 377. & Barbosa in d. L. Titia, num. 33. vers. ad prædicta, & comprobatur ex regul. L. pluribus rebus 140. §. etsi placet, ubi gloss. plures concordantes adducit, ff. de itinere, actuque privato.*

ALLEGATIO XXIV.

An Clericus possit uti privilegio fori, licet se condemnari patiatur per iudicem sæcularem, & an solvat expensas.

SUMMARIUM.

- 1 An Clericus, qui privilegio fori gaudere potest, patiatur se condemnari per Iudicem sæcularem, possit objicere de incompetentia.
- 2 In Curiis Regni Lusitani non attenduntur nullitates, nisi circa materias causæ excipiens alleget aliquid, quod ei victoriam præstare possit.
- 3 Sic nec attenduntur nullitates ex defectu citationis, nisi aliquid de meritis causæ principalis insimul alleget.
- 4 Non servabitur ea præct. contra Clericum.
- 5 Licet apponat exceptionem, & ea facta annullat differendo allegare exceptionem, debet condemnari in expensis.
- 6 Duplici via potest Clericus agere contra nullitatem sententiæ, item, & per viam actionis.
- 7 Condemnatus debet allegare exceptiones contra sententiã intra sex dies computandos ab eo die, in quo facta est captio pignorum in ejus bonis secundum legem Regni.
- 8 In ea lege comprehenduntur omnes exceptiones cujuscumque generis.
- 9 Ille terminus sex dierum non potest prorogari etiam de expresso consensu partium.
- 10 Quando exceptio non fuerit posita intra sex dies, potest proponi per viam actionis.
- 11 Ea doctrina non est necessaria in Clerico in minoribus, quia si remittitur, semper solvit expensas secundum legem Regni.

SI Clericus in minoribus, qui privilegio fori gaudere potest, secundum decretum Trident. patitur se condemnari per iudicem sæcularem per sententiam, poterit contra eum objicere exceptionem incompetentiæ, quia non potuit in eum consentire, nec tacite, nec expresse, patiendo se condemnari, & accusari, ut tenent *Decus cons.* 141. *Cassan. consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 5. *vers. decimus casus est, Covarr. præct.* cap. 33. num. 2. quos refert *Gama de Sacrament. præstand. cap.* 5. num. 25. addo *Bellamer. decis.* 226. *Hipol. in præct. crimin. §. diligentes, num.* 203. *Francisc. Aviles ad leg. Prætor capit.* 15. gloss. 1. n. 33. & probatur: quia iudex sæcularis est incompetens in causis criminalibus Clericorum minorum, si observent requisita Concilii, ex *regul. cap. si diligenti, de foro competent. cap. adversus, §. quia vero, de immunit. Ecclesiar. cum aliis citatis per Farinac. lib.* 1. *quest.* 8. num. 15. incompetentiæ autem exceptio semper opponi potest, gloss. *verbo, non obstante, de sequestr. possess. Padilha in L.* 1. num. 31. *Cod. de jur. & fact. ign. n.* 31. *Andr. præct. observat. lib.* 1. *cap.* 24. à num. 9. *Ordinat. Lusitan. tam antiqua lib.* 3. *tit.* 71. §. 18. *quàm nova lib.* 3. *tit.* 87. §. 1.

Est tamen receptum in Curiis Regni Lusitani, quod non attendatur ad huiusmodi nullitates incompetentiæ, & similium, nisi circa merita causæ excipiens aliquid alleget, quod in victoriam præstare possit, & de hac practica testantur *Valasc. consultat.* 65. num. *ultim.* ubi eam laudat dicens esse optimam, & dignam, quæ à viris integerrimis, ac supremis iudicibus semper observetur, quam doctrinam repetit in *suo tractatu de partitionibus, cap.* 39. à *numer.* 72. ut litum protelationes auferantur, sicut etiam nec attenduntur nullitates ex defectu citationis, nisi aliquid de meritis causæ principalis alleget insimul quod probatur ex doctrina *Alexand. in L. non solum, §. morte, num.* 47. *ff. de novi oper. vunt.*

nunt. *Vantius de nullitatib. titul. qualiter sentent. nullit. num. 108. Gam. decis. 237. num. penult. & ultim. Surdus cons. 181. num. 28. & cons. 227. num. 17. Azeved. ad L. 2. à num. 45. tit. 13. lib. 4. novae collect.* non tamen servabitur ea practica contra Clericum, cujus exceptio incompetentiae objecta contra acta, & sententiam judicis saecularis attendetur, quia in Clericum nullam habet jurisdictionem iudex saecularis, nec Clericus in eum potuit consentire, ut per *Jacob. Missing. centur. 5. observ. 93.*

6 Cæterum, licet opponant exceptionem, & ea facta annullat ratione incompetentiae, tamen debet condemnari in expensis, quia distulit allegare exceptionem, & fatigavit adversarium, & ita cum *Bellamera, Hippol. locis citatis*, & cum *Felin. in cap. exceptionem de exception.* & aliis docet *Aviles ubi supra*: ut etiam docent *Salzedo ad Bernard. Dias in pract. criminal. cap. 62. num. 6. Farin. d. quest. 8. num. 16. Tyber. Decian. 1. tom. criminal. lib. 4. capit. 9. numer. 115.*

7 ubi addit, quod duplici via potest Clericus agere contra nullitatem sententiae, vel appellando ad superiorem, ipsius iudicis laici, & coram eo docere de Clericatu, vel per viam exceptionis incompetentiae: ego addo aliam viam, nempe jure actionis proponendo nullitatem: est autem apud Lusitanos receptum, quod

8 exceptiones contra sententiam debet condemnatus allegare intra sex dies, à die quo in ejus bonis facta est captio pignorum, quod vulgari sermone nuncupatur, *penhora*, ex *Ordinat. antiqua lib. 3. tit. 71. §. 17.* & ex *Ordinat. nova lib. 3. tit. 37. in princip. ibi: Porque muitas vezes as partes condenadas allegaõ embargos ás sentenças que se executãõ, mandamos que venhaõ com elles dentro de seis dias primeiros seguintes do dia em que forem penhorados*; docent per hanc Ord. quam citant *Gonçal. Soar. in pract. 5. p. tomi primi, cap. 2. num. ultim. & Gama, decis. 340.* nec eo termino elapso amplius auditur condemnatus per viam exceptionis, & comprehendit omnes cu-

juscunque generis exceptiones ex eadem *Ordinat. ibi: Porque naõ apresentando assim em escrito nos ditos seis dias, naõ se rá mais recebido allegar embargos de qualquer qualidade, & natureza que sejaõ, nem ouvido acerca delles per via de embargos*; neque terminus iste potest prorogari de expresse consensu partium ex *Menchaõ. de success. creat. §. 7. n. 40. vers. unde, & Azeved. in L. 2. num. 48. tit. 17. lib. 4. novae collect.* ubi ita interpretantur, & declarant similem legem Castellæ, & in his terminis, in quibus non allegavit exceptiones intra sex dies, potest per viam actionis nullitatem incompetentiae deducere, ut acta, & sententia nulla judicentur ex *Gama d. dec. 340. num. 2.*

Hæc tamen doctrina apud Lusitanos non est necessaria respectu Clerici in minoribus, quia quando provocat ad ordines, licet remittatur ad iudicem Ecclesiasticum semper solvit expensas, ut deduximus in *allegatione 21.* licet autem *Farin. d. quest. 8. numer. 17.* contendat eam condemnationem expensarum faciendam esse per iudicem Ecclesiasticum, tamen apud Lusitanos aliud observatur, quia iudices saeculares condemnant Clericum remissum in expensis, & deduxi in *allegatione 21.*

ALLEGATIO XXV.

An Clerici in minoribus pro debitis civilibus possint carcerari, vel pro debitis criminalibus, & in quibus casibus possunt Clerici capi.

SUMMARIUM.

1 Clericus in minoribus utens privilegio Clericali in causis civilibus, subiacit jurisdictioni iudicis saecularis, non tamen potest pro debitis civilibus carcerari.

2 Quod procedit etiamsi habitum, & tonsuram deferat.

3 Infertur regula communis, quod con-

demnatus in debito civili potest carcerari, si facta executione non habet bona, unde solvat.

- 4 Limitatur in Clerico, qui est in fuga, qui potest capi per utrumque iudicem Ecclesiasticum, vel sæcularem.
- 5 Clericus in actu fugæ potest capi per suum creditorem.
- 6 Potest ea captura fieri in diebus feriatis.
- 7 Potest capi per procuratorem ad hoc destinatum, & potest creditor ducere socios in ea captura.
- 8 Potest Clericus capi pro debito descendente ex delicto.
- 9 Ampliatur, siue debitum descendat ex crimine criminaliter agitato, siue civiliter.
- 10 Item potest capi, quando est condemnatus tribus sententiis, vel juravit solvere, vel informa Camere.
- 11 Item potest capi, quando occultavit bona.
- 12 Alii sunt casus, in quibus iudices, & ministri laici possunt capere Clericos, remissivè.

- 1 **L**icet Clericus in minoribus, etiamsi observet requisita à Concil. Trid. sess. 23. cap. 6. in civilibus causis subiacet jurisdictioni iudicis sæcularis, ut dictum est in allegatione 15. tamen non potest pro debitis civilibus condemnatus carcerari, imò habet beneficium, cap. Oduardus de soluit ne teneantur nisi quatenus facere possunt. Ita Lupus allegat. 118. Matessil. singul. 62. Cacialup. de debitore suspecto, quæst. 5. numer. 19.
- 2 Quod tamen intellige cum præsupposito, si habitum, & tonsuram Clericalem deferant, & observent alia requisita à Concilio, non autem procedit in aliis Clericis in minoribus, qui ea requisita non observant, ut docent Covarr. lib. 2. resolution. cap. 1. numer. 19. vers. propter quorum, Joann. Gutierrez de jurament. confirmator. 1. part. cap. 17. numer. 13. Gaspar de Baeça de inope debitore, capit. 17. numer. 20. Molin. Theolog. 2. tom. de justitia, & jure, disputat. 571. vers. quam-

vis Lupus, quicquid aliud velit Farin. lib. 1. q. 27. n. 69.

Ex his limitatur regula communis, quòd condemnatus in debito civili potest carcerari, si facta executione, non habet bona unde solvat, de qua per glossam, L. 3. §. tutores, verbo vinculis, ff. de suspect. tutor. Rip. in L. generali, n. 20. ff. de pignoribus, Jason. in principio, num. 90. institutis de action. Covarr. dict. cap. 1. numer. 2. Azeved. L. ultim. numer. 75. titul. 21. lib. 4. novæ collect. Gaspar Baeça de inope debitore, cap. 1. numer. 26. & probatur ex Ordinat. Lusitana, tam antiqua lib. 4. titul. 52. §. 1. quàm nova lib. 4. titul. 76. §. 1. ibi: E sendo o devedor condemnado por sentença, que passe em causa julgada, faça-se execução em seus bens, & não lhe achando bens que bastem para a condemnação, seja preso, & retido na cadeia até que pague.

Hæc tamen resolutio limitatur primo in Clerico, qui est in fuga, quia tunc per utrumque iudicem Ecclesiasticum, vel sæcularem capi potest, argumento L. ait prætor. §. si debitorem, ff. quæ in fraudem creditor. & quæ tradit Bartol. in L. si quis in servitute, ff. de furt. Bald. numer. 6. & Felin. numer. 4. in cap. non ab homine, de judic. Rebuffus ad leges Gall. titul. de liter. obligator. articulo 6. gl. 3. numer. 76. Covarr. dict. numer. 19. Joann. Gutierrez d. cap. 17. numer. 29. allegans Gregor. Lopez in L. 23. titul. 6. part. 1. gloss. Los deven prender, Peres ad leges ordinam. L. 17. titul. 14. lib. 2. pagin. 563. vers. casu autem quo, Molin. dict. disput. 571. vers. si Clericus debitor, Farin. d. q. 27. n. 71.

Hæc etiam captura potest fieri in ipso Clerico fugiente per suum creditorem sine metu excommunicationis, quia non fecit dolosè, ut habeat locum, Canon cap. si quis suadente 17. quæst. 4. sed jure permittente, & pro conservatione sui juris, quod ut habeat locum, quatuor requiruntur, quæ recenset Jacob. de Graff. lib. 2. cap. 49. numer. 4. ubi numer. 13. in fine, tenet hanc doctrinam, per text. in cap. si vero in primo, de sentent.

ex-

excommunicat. idem tenet *Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 180. numer. 28. Cævall. de communibus contra communes, q. 267. n. 4. & 5.*

6 Et potest ea captura fieri in diebus feriatis in honorem Dei, ut ducatur ad iudicem, & caveat de stando in iudicio *gloss. L. dies festos, Cod. de feriis, Bart. num. 3. in d. §. si debitorem, Roder. Soar. ad L. post rem iudicatam, in declaratione ad legem Regni, extension. 4. num. ult. de los emplazamientos, §. sed attende, n. 23. ubi n. 24. dicit posse hanc capturam fieri per procuratorem creditoris ad hoc destinatum, & in tali captura potest creditor ducere socios. Cacialup. d. quæst. 5. num. 19.*

8 Secundo limitatur quando debitum descendit ex delicto nam pro eo capi, & in carcere detineri potest, *gloss. in capit. olim 2. de restitutione spoliatorum, Abb. num. 10. in dict. cap. Oduardus, Boerius dec. 349. num. 11. Baeça d. cap. 17. de inope debitore num. 13. Gutierrez d. cap. 17. num. 22. Hippolyt. in pract. §. attingam, num. 70. versicul. hanc tamen conclusionem intellige, Farin. lib. 1. quæst. 26. num. 11. & 12. & quæst. 27. num. 72. ubi num. 75.*

9 ampliatur, siue debitum descendat ex crimine criminaliter agitato, siue civiliter, & num. 70. ampliatur, quando Clericus condemnatus est tribus sententiis conformibus, vel iuravit solvere, vel in forma Camerae.

10 Tertio limitatur, quando Clericus occultavit bona, ne in illis fieret executio pro debito creditore instante: sic tenent *Baeça d. cap. 17. num. 12. & Gutier. d. cap. 17. num. 21. alios casus, in quibus iudices, & ministri laici possunt capere Clericos absque metu excommunicationis, referunt Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 380. à num. 18. Jacob. de Graff. dict. cap. 49. à num. 5. Farin. d. q. 8. à num. 115. Franc. Soares 5. tom. de censur. disput. 22. n. 47. quæ omnia nota, quia conducant in practica.*

ALLEGATIO XXVI.

An possint Clerici officium Tabellionis exercere.

SUMMARIUM.

- 1 Clericis in sacris non est permixsum Tabellionatus officium exercere, limitatur novè modis per Fas. citatū, & n. 2.
- 3 Si de facto exercent, valebunt instrumenta per eos facta.
- 4 Idem procedit in Clericis minorum ordinum, qui habent beneficium sufficiens.
- 5 Apud Castellanos sunt leges prohibentes Clericos uti officio Tabellionatus, & n. 6.
- 7 Et ampliatur ad Clericos minorū ordinum beneficium habentes.
- 8 In Regno Lusitano non prohibetur Clerico in minoribus uti officio Tabellionatus, sed tantum prohibentur coronam apertam portare.
- 9 Poterit Clericus uti officio Notarii, si instituat a Papa, Archiepiscopo, vel Episcopo.
- 10 In Curia Romana possunt Clerici in sacris officium notariatus exercere ratione citata.
- 11 Redditur ratio cur leges Lusitanæ prohibeant Clericos in minoribus Tabellionatus officium exercere.

Clericis in sacris non est permixsum Tabellionatus officium exercere: est ad hoc text. in capit. sicut ne Clerici, vel Monach. ubi ita habetur: Sicut te accepimus referente, & infrataliter mandamus, quatenus Clericis in sacris constitutis tabellionatus officium exercentibus per beneficiorum subtractionem appellatione postposita interdicas; & ibi notant communiter Doctores, *Alex. in L. prætor. §. 1. num. 4 ff. de edend. Fas. in L. patre furioso, num. 15. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris, Bernard. in pract. cap. 58. Armilla aurea, verbo, tabellio, num. 4. quod tamen limitat novem*

- 3 modis, *Fason. in L. 1. §. bujus studii, ff. de iustitia, & jure, num. 6.* datur tamen ea declaratio, quod si de facto officium tabellionatus exercent, valebunt instrumenta per eos facta, *Bart. in L. universos, Cod. de decurionibus, lib. 10. Roman. conf. 409. num. 8. Decius conf. 494. n. 11. Bernard. Dias regul. 657. Cassan. consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6. verbo mesfiers, & sergens, num. 42. Francisc. Mart. decis. 194. in secunda parte, est communis opinio secundum Covar. pract. quest. cap. 19. numer. 8. vers. quarta conclusio, Salzedo ad Bernard. in pract. d. cap. 58. lit. C. Gomes. cap. fin. §. si verò, num. 11. de iudic. lib. 6. Gregor. lopes in L. 2. tit. 10. part. 6. Cavall. de communibus contra communes, q. 404. n. 2.*
- 4 Item hoc procedit in Clericis minorum ordinum, qui habent beneficium sufficiens, ut argumento *cap. Clerici de postuland. tenet Raymund. in sua summa titul. de negotiis secularibus §. 2. ad finem, Anton. & Abb. d. cap. sicut, column. 3. Bernard. d. cap. 58. num. 2. ubi Salzed. lit. C. alios citat; secus si non habeat officium sufficiens ad victum. Joan. Andr. in eodem capit. sicut, Armilla dict. verbo num. 4. ad finem, Martius dict. dec. 194. num. 4. Peres ad legem 12. titul. 3. lib. 1. Ordinam. verbo, ni Advogado, Azeved. L. 10. titul. 3. num. 3. lib. 1. & in L. 20. titul. 25. lib. 4. novæ collect. Redoan. de spol. Cler. q. 8. n. 53.*
- 5 Est nihilominus advertendum, quod apud Castellanos sunt multæ leges prohibentes Clericos uti officio tabellionatus, nec permittunt illos facere scripturas, nec acta inter laicos, addendo, quod nullam fidem faciant tales scripturæ, vel acta à Clericis tabellionibus conscripta inter laicos, & super negotiis, & causis temporalibus, ut videre est in *L. 12. tit. 5. lib. 1. Ordinam. & in L. 15. tit. 18. lib. 2. ejusdem Ordinament. & rursus in L. 10. tit. 3. lib. 1. novæ collect. ubi ita disponitur: Ninguno Clerigo que sea ordenado de orden sacro, ni hombre religioso, no sea Alcalde, ni Abogado en nuestra Corte, ni arrezoe en los pleitos ante los*
- nuestros Alcaldes, ni sean nuestros Escribanos publicos, ni hagan fe, ni escriban algunas escripturas en los pleitos temporales, ni en los pleitos que toquem a leigos.*
- Et rursus in *L. 20. titul. 25. lib. 4. novæ collect. disponitur in hæc verba: Mandamos que los Escribanos de nuestras Ciudades, y Villas, y Lugares, si fueren Clerigos, no usen entre leigos del dicho officio, ni los instrumentos, ni escripturas hagan fe en los negocios, y causas temporales; & hujusmodi leges temporales ampliantur etiam ad Clericos minorum ordinum beneficium habentes in Regno Castellæ, ut non possint uti officio tabellionatus, tam in foro sæculari, quàm in foro Ecclesiastico, ut tenent *Covar. d. cap. 19. num. 8. & Azeved. ad L. 10. n. 3.**
- In Regno tamen Lusitanix non prohibentur Clerici in minoribus constituti exercere officium tabellionatus publici, vel judicialis, sed tantum prohibentur coronam apertam ferre, dum ea officia exercent, sub poena amissionis officiorum, ex *Ordinat. lib. 1. tit. 59. §. 33. & tit. 60. §. 32. in antiquis, & ex Ord. nova lib. 1. titul. 80. §. 4. ibi: E seraõ avisdados que em quanto servirem de Tabelliaens das notas, ou do judicial, que naõ tragaõ coroa aberta grande, nem pequena, & fazendo o contrario, por esse mesmo feito sem mais ser citados, percaõ os officios, & nunca mais os hajaõ; poterit tamen Clericus uti officio, si instituat à Papa, vel Archiepiscopo, vel Episcopo, quoad suam diocesim, quia non debet propter ordines, vel beneficium interdici officium, argumento *cap. tua de decim. cap. quidam 5. quest. 1. Petrus Tholosan. lib. 1. partition. jur. Canon. titul. 26. cap. 3. lit. F. Armilla d. verbo tabellio, n. 4.**
- In Curia tamen Romana possunt Clerici in sacris etiam beneficia habentes officium tabellionatus exercere, propter Summi Pontificis consensum, & tantæ Curix dignitatem, ex *Panormit. & aliis in d. capit. sicut ne Clerici, vel*

ALLEGATIO XXVII.

III 5

Monach. Covarr. pract. question cap. 29. vers. prima, Albert. Troilus, de perfecto Clerico, lib. 2. cap. 54. num. 9. Salzed. ad Bernard. Dias d. cap. 58. lit. B. Ratio autem cur leges Lusitanæ volunt, quod tabelliones, tam publici, quam judiciales non portent coronam in capite apertam, illa est, ne si fortè delinquant, habitum, & tonsuram assument, & gerant, possent evitare iudicis secularis cognitionem de suis criminibus, ut videre est ex Franc. Mart. dec. 290. p. 1. & Cov. d. cap. 33. n. 6.

ALLEGATIO XXVII.

An Clerici possint in causis advocare, vel procurare.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici non possunt in Curiis secularibus procurare, vel advocare.
- 2 Referuntur verba Ordin. Lusitan. antiq. & novæ circa Clericos, & Religiosos, an possint præstare advocationem, vel procurare in audientiis.
- 3 Quod ampliatur ad Clericos in prima tonsura, vel in minoribus constitutos, & beneficium habentes.
- 4 Si sit Clericus in minoribus sine beneficio potest advocare in Curiis secularibus.
- 5 Hæc sunt intelligenda de Clericis in minoribus, qui deferunt habitum, & tonsuram.
- 6 In foro Canonico possunt advocare in causis Ecclesiasticis.
- 7 Possunt advocare in quibuscunque causis, & pro quibuscunque personis in Curia Romana.
- 8 Hoc servatur ex tolerantia Pontificum.
- 9 Monachus potest esse procurator de licentia sui Abbatis pro amico monasterii, sicut pro causis illius.
- 10 Vel quando causa est communis Monasterii, & laici.
- 11 Vel quando præstat advocationem, vel

procuram in una causa.

Clerici non possunt in Curiis secularibus procurare, vel advocare, nisi pro se, vel pro Ecclesiis suis, vel pro personis miserabilibus, ex *L. placet*, ubi *Alberic. Bald. & Paulus, Cod. de Episcopis, & Clericis, cap. 1. & cap. 2. de postuland. Speculat. de procuratore, §. 1. n. 3. Gotofred. in summa, titulo de postuland. numer. 2. Capola consil. civil. 21. lib. 1. Afflict. lib. 1. Constitut. rubr. 81 à n. 19. Ordin. Lusitan. lib. 3. titul. 34. §. 1. in antiquis, quàm in novis lib. 3. titul. 28. §. 1. ubi habetur: Os Clerigos, & Religiosos naõ vaõ ás audiencias para advogar, nem procurar por outrem, salvo por si, ou pelos seus, ou por aquelles por quem de direito o podem fazer, assim como por suas Igrejas, & por as pessoas miseraveis, & por seus pays, ou mãys, ou outros ascendentes, ou irmaõs: & quando assim forem ás audiencias procurar, & requerer seus feitos, ou daquelles por quem o podem fazer, demandem, & defendão seu direito honestamente, sem escandalo, nem arruido, & se assim o naõ fizerem, digaõ lhes de nossa parte, que se vaõ, & deixem seus procuradores, & se o naõ quizerem fazer, naõ os ouçaõ; & se o Clerigo, ou Religioso for author, absolvaõ o Reo da instancia do juizo, & se tornar a citar a parte, naõ será ouvido sem primeiro pagar as custas da primeira instancia, & se o Clerigo, ou Religioso só for Reo, proceda se á sua revelia, até que constitua procurador, que por elle prosiga a demanda: & in Constitutionibus Synodalibus Ulyssiponent. tit. 10. Constit. 12. Bracharens. titul. 10. Constitut. 11. Visens. titulo. 12. Constitut. 8. Eborens. titul. 10. Constitut. 12. Lamaçens. titul. 12. Constit. 11. Mirandens. titul. 2. Constitut. 4. §. 1. Portucallens. titul. 1. Constitut. 9. Colimbriens. tit. 14. Constit. 12. & de hac materia etiam agunt *Salzed. ad practicam Bernard. Dias in pract. crim. cap. 55. & Fr. Emman. Roder. in 1. p. sue summe c. 1. Thom. Cerdan. in visita de carcere, cap. 6. n. 19.**

Quod ampliatur ad Clericos primæ ton-

- tonsuræ, vel minorum ordinum, si sunt beneficiati, ut ipsi Doctores declarant. *Paulus in L. Milites num. 2. Cod. de procurator. Alciatus responsor. lib. 2. respons. 30. à num. 70. Florent. 3. part. sue summa. titul. 13. cap. 2. §. 2. Bernard. Dias regul. 657. Armilla aurea, verbo, advocare, num. 5. & 6. Jacob. de Graff. lib. 3. 2. part. cap. 2. num. 15. & 19. Emman. Roder. d. cap. 1. idem probatur in L. 15. titul. 16. lib. 2. novæ collect. ubi*
- 4 *Azeved.* si autem quoad hoc sit Clericus in minoribus sine beneficio, potest advocare in curiis sæcularibus, si civiles causæ sint, non criminales, ut tenent *gloss. d. capit. 1. de postuland. & ibi Abb. num. ultim. Armilla dist. verb. advocare, num. 6.* per text. in cap. sententiam, ne Cleric. vel Monach. addo *Cæpol. d. cons. 20.* ubi pro, & contra disputando, ita resolvit *Jacob. à Graff. d. cap. 2. num. 13.* quamvis hoc intelligendum sit respectu criminalium causativè, & non præcisè, nisi velint se subicere periculo irregularitatis, ex *Imola in d. cap. 1. num. 5. de postuland. Navarr. in Manual. cap. 52. num. 10. & in cap. non dicatis, n. 66. 12. quest. 1. Emman. Roder. dict. cap. 1. ratione exitus, si forte contingat accusatum condemnari ad mortem, vel ad membri mutilationem.*
- 5 Hæc autem de Clericis in minoribus, sed intelligenda de iis, qui deferunt habitum, & tonsuram Clericalem, & observant alia requisita à Concilio Tridentino, aliter enim nulla esset dubitatio, cum post Concilium non utantur privilegiis Clericorum, ut etiam declarant Constitutiones Episcopatus Portugallensis, *titul. 8. Constit. 2. §. 2. & Colimbriens. titul. 9. Constit. 2. §. ult.*
- 6 In foro autem Canonico possunt advocare in causis Ecclesiasticis, ex *d. cap. 1. de postuland.* dum eam prohibitionem restringit ad causas sæculares, ut ibi patet: *Coram sæculari iudice advocati in negotiis sæcularibus fieri non præsumant: & ibi notant Abb. num. 3. & Imol. n. 1. Nicol. de Milis in suo repertor. verb. Clerici non possunt esse procuratores, Armil.*

la dict. verbo, advocare num. 6. Alciat. dict. respons. 30. n. 11. Jacob. à Graff. d. cap. 2. num. 14.

Item possunt advocare in quibusconque causis, & pro quibusconque personis in Curia Romana, *Archidiacon. in cap. Cyprianus 21. question. 3. Alber. & Fulg. in d. L. placet, Cod. de Episcopis, & Clericis, quod esse singulariter notandum dicit Cæpol. d. Cons. 21. num. 7. & hoc servari ex tolerantia Summorum Pontificum testatur Octavian. ad Vestrium in pract. Roman. Cur. lib. 3. cap. 4. num. 4. Majol. de irregularit. lib. 5. cap. 19. num. 4. Fr. Emmanuel Roder. d. c. 1. ad finem: adde alium calum, in quo Monachus potest esse procurator, nempe de licentia sui Abbatis, pro amico Monasterii, sicut pro causis Monasterii, ex *Innoc. in cap. cum I. & A. de re jud. Roman. cons. 278. Cæpol. d. cons. 21. num. 7. Alciat. d. respons. 30. num. 9. Tiraquel. de pæn. temperan. causa 22. num. 40. Joann. Gratian. regul. 319. num. 7. Salzedo ad practicam Bernard. Dias dict. cap. 57. in addit. 1. ad finem.**

Est alius casus, quando causa est communis Monasterii, & laici, ex text. in *Clement. si religiosus de procuratoribus, Jason. in L. si emancipati num. 7. Cod. de collat. Gratian. dict. regul. 319. num. 8.* alium adde, quando præstant advocacionem, vel procuram in una causa non generaliter, ex *Innocent. in cap. 1. de obligation. ad ratiocin. per text. in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi. Roman. singular. 277. Cæpol. dict. consil. 21. n. 5. Felin. cap. 2. num. 2. de judic. Alciat. d. respons. 30. num. 10. Præposit. in d. cap. per venerabilem, num. 8. Joann. Gratian. dict. regul. 319. num. 5. Bald. decis. 112. Bernard. Dias d. cap. 57. numer. 2. cum quo declara.*

ALLEGATIO XXVIII.

An, & quando Clerici habeant immunitatem, ne cogantur solvere Regia tributa?

SUMMARIUM.

- 1 Clerici in ordinibus minoribus constituti soluti habent immunitatem à tributis, & gabellis.
- 2 Idem erat de jure Regni Castellæ antiquo, & non habebat locum in iis oneribus, ad quæ tenerentur Clerici in sacris.
- 3 De jure noviori Regni Clericos in minoribus, qui habent beneficium, non in iis, qui non habent beneficium.
- 4 Referuntur verba legis.
- 5 Quod idem procedit de jure Lusitano.
- 6 Oportet quod Clericus in minoribus possideat beneficium.
- 7 In terminis legis Lusitanæ, quoad hunc effectum non est necesse probare Clericatum per literas, sed tantum se esse Clericum beneficiatum, & ut Clericum vivere, & talem esse habitum.
- 8 Clerici in sacris sunt exempti ab hujusmodi tributis.
- 9 Limita, nisi faciat per viam negotiationis.
- 10 Negotiatio est Clericis interdicta.
- 11 Difficile est non intervenire peccatum inter ementem, & vendentem, in suis commerciis.
- 12 Difficiliter exiit negotiator à peccatis labiorum.
- 13 Negotiationes sunt ordinatæ ad lucrû terrenum, cujus Clerici dicuntur esse contemptores.
- 14 A, Clericis negotiatoribus, tanquam à peste fugiendum est.
- 15 Negotiatio est prohibita Clericis in minoribus, qui habent beneficium.
- 16 Quando venditur res communis Clerici, & laici, solvetur decima de parte competente laico.
- 17 Quod intelligitur, quâdo Clericus cõ-

currit in venditione suæ partis rei cõmunis cum laico extra causam negotiationis.

- 18 Si vendatur pars Clerici per viam negotiationis, etiam de ea parte solvetur decima.
- 19 Quando venduntur bona clerici in sacris defuncti, hereditate jacente, vel repudiata, an solvenda sit decima.
- 20 Item non procedit quando res laicorû Clerici admiscunt cû suis fraudulentè.
- 21 Data suspitione fraudis cogetur Clericus jurare.
- 22 Statur juramento portantis, an deferat usus sui causa.
- 23 Nisi qualitas rei aliud suadeat, vel gabellarius aliud velit probare.
- 24 Idem admittunt leges Lusitanæ.
- 25 Licet Clerici in sacris, & alii exempti à solutione gabellæ sint, tamen tenentur manifestare.
- 26 Casus contingentia in quodam Canonico Sedis Bracharenfis.
- 27 Muliones in portandis bonis præjudicare non possunt domino.
- 28 Clerici negotiatores incurrunt pœnas juris exercendo negotiationem.
- 29 Privilegium concessum Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis non solvendi gabellam, & alia tributa in casibus, in quibus illud competat, non transit ad eorum emptores.
- 30 Non possunt Tabelliones publici Regii conficere instrumenta de quibus solvenda est gabella, nisi certitudine incorporata in illis, & refertur textus Ord.
- 31 Hæc Ordin. fuit deducta ex quadam pragmatica.
- 32 Gabella rerum immobilium solvenda est in eo loco ubi sitæ sunt.
- Ibid. Gabella est onus conventionis, non onus rei tradendæ.
- 33 Quid sit de jure Castellæ.
- 34 Gabella solvitur de venditione census.
- 35 Solvenda est in eo loco, ubi sunt sita bona censui hypothecata.
- 36 Si vendantur plures existentes in diversis locis, in quolibet solvenda est.
- 37 Non admittetur in Regno Lusitano opinio Lazarii.

- 38 Si locus ubi sunt bona, sit immunis à gabellis, non erit locus dictæ Ordin.
- 39 Ubi verba legis non conveniunt, nec convenit ejus dispositio.
- 40 Non debetur gabella de concessione in emphyteusi, licet pecunia detur domino pro ingressu.
- 41 Licitum est accipere pecuniam pro ingressu ex concessione in emphyteusim.
- 42 Limitatur in personis relatis.
- 43 Eadem prohibitio facta est Prioribus, Rectoribus, Beneficiatis, & aliis administratoribus, ex Constitutionibus Synodalibus.
- 44 Restrictio facta certis personis, alii, qui non sunt prohibiti, possunt.
- 45 Contractus emphyteuticus non est venditio.
- 46 Gabella est tributum odiosum.
- Ibidem Ordin. de Gabellis situata est in titulo de Tabellionibus.
- 47 Leges intelliguntur juxta titulum, sub quo sunt situatae.
- 48 Non erit nulla venditio facta per scripturam privatam, licet in ea non incorporaretur certitudo de gabella soluta.
- 49 Lex pœnalis extendi non debet.
- 50 Nullitas scripturæ publicæ ex defectu gabellæ, nunquam supplebitur.
- 51 Quando vitium, & defectus scripturæ ex ea patet, evidens dicitur, & non suppletur ex tempore.
- 52 Non permittitur certitudinem de gabella in alia scriptura transcribi.
- 53 Quando non permittitur solemnitatis in alia scriptura facere mentionem, non suppletur ex tempore.
- 54 De ea nullitate post 30. annos etiam opponi potest.
- 55 Negativa non soluta gabellæ probatur per inspectionem librorum, ubi scribuntur solutiones.
- 56 De nullitate non solutæ gabellæ potest venditor, vel hæres ejus replicare.
- 57 Respublica habetur pro libello.
- 58 Quando non repugnat actioni, seu deductis in libello.
- 59 Stante lege Lusitana non admittetur opinio Doctorum, qui tenent, annullata scriptura, quod tamen contractus

firmus permanet, & poterit aliter probari.

- 60 Si in declarando pretium, mendacium sit adhibitum, scribendo minus quam sit, habebit locum nullitas.
- 61 Emphyteuta si mentiatur in pretio domino, amittit emphyteusim.
- 62 Annullata venditione ex defectu, quod certitudo non fuerit in scriptura incorporata, restituetur emptori gabella quam solvit.
- 63 Ubi lex plura simul requirit, omnia debent concurrere.
- 64 Quod si post venditionem annullatam per judicis sententiam, partes ratificent, debetur gabella gabellario, qui fuerit tempore ratificationis, non tempore primi contractus.
- 65 Non admittetur apud Lusitanos doctrina Lazarti citata.
- 66 Facultas annullandi venditionem ob defectum solutæ gabellæ, tantum cõpetit propriis venditoribus, non tertiis, ibidem, & num. 66.
- 67 Nullitas non imponitur ipso jure, sed quod erunt nullæ venditiones, & dum non annullantur, sustinentur.
- 68 Ord. agit de venditionibus voluntariis.
- 69 Intelligitur Ord. dicto loco, vers. & illo mesmo se guardarà.
- 70 Clerici de domibus, quas emunt pro sua habitatione, vel usu, non solvunt gabellam.
- 71 De jure controversum est, quis erit judex competens inter gabellarium, & Clericum, de jure Lusitano est judex secularis.
- 72 Non distinguit Ord. inter Clericum negotiatorem, & non negotiatorem.
- 73 Si judices Ecclesiastici se intromittant in hac materia, vim faciunt, & est locus querelæ ad Regem, seu ad judicem Coronæ.

Clerici in minoribus ordinibus constituti, si soluti erant, habebant de jure immunitatem, nec cogebantur solvere Regia tributa, nec gabellas in L. 2. L.

L. Presbyteros, Cod. de Episcopis, & Cleric. cap. quamquam, de censibus lib. 6. & Clementin. presentis, de censibus, Guid. decis. 83. Franc. Mart. dec. 301. num. 2. in 1. part. & erat receptum apud Castellanos ex L. 23. tit. 4. lib. 4. Ordinam. ubi hoc limitat non habere locum in iis oneribus ad quæ aliàs tenerentur Clerici in sacris, ut habetur ibi: Y los coronados que no son casados, pechen en los pechos de que devem pecharlos, y no otros, ubi Peres, verbo pechar. Cæterum de jure noviori illius Regni hoc est restrictum ad Clericos in minoribus, qui habent beneficium non autem procedit in iis, qui non habent beneficium, quia tenentur contribuere in solutione tributorum, sicut, & laici, ex L. 2. tit. 4. lib. 1. novæ collect. ibi: Los Clerigos de corona, y menores ordines, que conforme al decreto del sacro Concil. y a los antes desta pueden gozar del privilegio del fuero, sea, y se entienda tan solamente al privilegio del fuero en las cosas criminales, pero en todo lo demás, assi en pechar, como en el pagar alcavalas, y en todas las otras cosas, no sean izentos, ni gozen del privilegio, y paguen, y contribuan como los legos, y en todo lo demás sean avidos por tales, salvo los casados, que actualmente tuvieren beneficio Ecclesiastico; & ita tenent Doctores Castellani per eam legem, Covarr. pract. cap. 31. numer. 9. Matienço in L. 11. tit. 4. gloss. 1. num. 4. lib. 5. novæ Collect. Azeved. d. L. 2. n. 1. Gutierr. pract. question. lib. 1. quest. 8. Barthol. Humada in L. 49. tit. 6. lib. 1. gloss. franquetas, Lazarte de decima vend. cap. 19. à num. 18. Olanus in antinomiis, verbo, Clerici, numer. 23. Garcia Gironda de gabell. 7. part. num. 4. & hoc non habet dubium, stante ea lege, quæ servanda est, L. prospexit, ff. qui, & à quib. L. Leges, Cod. de legib.

Quod idem apud Lusitanos constitutum est in Extravag. 12. tit. 3. p. 5. Extravag. ubi declarando personas, quæ sunt immunes à solutione tributorum, subjungit: *E os Beneficiados, que posto que não sejam de ordens sacras, vivem*

como Clerigos, & santidos por taes, fossem izentos, & excusos de pagar; & idem reperitur in nova Ordinam. lib. 2. tit. 11. ibi: E os Beneficiados que vivem como Clerigos, & por taes saõ tidos, posto que não sejaõ de ordens sacras, sejaõ excusos, & izentos de pagarem dizima, & portagem, & aquella parte da siza, que segundo os forais, & artigos da siza de nossos Reynos, eraõ obrigados a pagar de todas aquellas cousas q̄ trouxerem, cõprarem, ou venderem para suas necessidades somente, & daquelles q̄ com elles viverem, a que continuadamente derem de comer, & bem assim do que venderem de suas novidades, & rendas de seus beneficios, & bens patrimoniaes, & de raiz, & de outra cousa alguma. Oportet tamen, quod ille Clericus beneficiatus habeat beneficium, & illud possideat, ex Lazarte d. cap. 19. num. 23. & Azeved. in L. 6. tit. 18. num. 5. lib. 5. novæ collect. in terminis tamen legis Lusitanæ non erit necesse probare Clericatum per literas, sed tantum se esse Clericum beneficiatum, & ut Clericum vivere, & talem esse habitum, sic enim vult. d. Ord. ibi: Beneficiados que vivem como Clerigos, & por taes saõ tidos, in quo probatur opinionem Joan. Monach. & Archidiacon. in cap. si iudex laicus, de sentent. excommun. lib. 6. & Rotæ dec. 311. nota quod Clericus in antiquis, ubi tenent, quod Clericus si existat in possessione beneficii præsumitur Clericus, licet non probet titulum Clericatus, quos citat Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 302. num. 16. idem post alios tenet Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. n. 17. quos vide.

Clerici autem in sacris sunt exempti ab hujusmodi tributis, per Roland. conf. 71. lib. 4. & probant leges Lusitanæ locis citatis, ibi: *E assim os Clerigos de ordens sacras, & de jure civili in d. L. 2. L. Presbyteros, Cod. de Episcop. & Cleric. de jure Canonico, in d. cap. quamquam in d. Clement. presentis; habet tamen hæc doctrina aliquas declarationes: prima, nisi id faciant per viam negotiationis, ex iisdem Doctoribus, Specul. de immunit. Eccles.*

Eccles. ad fin. Montalv. in L. 50. tit. 6. part. 1. verbo, franquezas, Navarr. in Manual. Latino, cap. 17. n. 202. Lazart. d. cap. 19. num. 51. Girond. d. 7. p. de gabell. n. 8.

10. Ea est ratio: quia negotiatio Clericis est interdicta, & dum huic se implicant, eorum facultates à laicorum statutis, & consuetudinibus Ecclesia non defendit, text. in *capit. fin. de vir. & honest. Cleric. Lazarte ubi sup.*
11. Item, & ex eo, quod difficile est non intervenire peccatum inter eminentem, & vendentem in suis commerciis, *cap. qualitas, de pœnit. dist. 5.* nam difficulter exiit negotiator à peccatis labiorum,
12. ut habetur *Eccles. cap. 26.* tum quia negotiationes sunt ordinatæ ad lucrum terrenum, cuius Clerici dicuntur esse contemptores, & applicando animum negotiis secularibus, per consequens à spiritualibus retrahuntur, ut dicit *Turrecremat. in cap. bonorum 14. quæst. 3.* Hæc & alia ad intentum congerit *Jacob. de Graff. 2. part. lib. 3. cap. 2. num. 8. & 9. Salzed. ad Bernard. Dias in præct. crimin. cap. 15. gloss. prohibitum.*
14. Item, & ex eo, quia à Clericis negotiatoribus, tanquam à peste, fugiendum est, ut admonet *D. Hieronym. in cap. negotiatorem 88. distinct. Salzed. ubi proxime;* eandem conclusionem probant leges Lusitanæ, tam in *d. L. 12. tit. 3. p. 5. Extravag. quàm in d. Ordin. tit. 11. §. 1. adde Gomes. in cap. dispendia num. 17. de rescript. lib. 6. Rod. an de spoliis Cler. quæst. 15. num. 9. Molin. Theol. 2. tomo de just. & jure disputat. 342. vers. de qua.* Qualiter autem dicatur fieri per viam negotiationis explicant *Domin. in 10. & Franc. num. 4. & 5. in d. cap. quamquam, Lazart. dict. cap. 19. numer. 51. Gironda d. 7. part. numer. 31. eleganter Molin. in d. disputat. 342. vers. secundū, usque ad fin. Cabed. Aresto 45. in 2. part. suarum decisio. Sylva lib. 2. de casos de consciencia, casu 115. & casu 116. & lib. 5. cas. 656. Sot. de just. & jur. lib. 6. quæst. 2. art. 2. Ordin. lib. 2. titul. 11. ad fin.*

Hæc tamen negotiatio non est prohibita Clericis in minoribus, qui non habent beneficium, ex *Abbat. in cap. secundum instituta, & in cap. sed neque, ne Clerici, vel Monachi, Albert. de perfecto Clerico, lib. 2. cap. 52. num. 6.* & alii de quibus per *Salzed. ad præct. Bernar. Dias cap. 55. verbo, prohibitum, vers. & ex pœna, Molin. dict. disput. 342. vers. pœna autem.* Secundò limitatur, quando venditur res communis Clerici, & laici, ut tantum solvatur decima de ea parte, quæ competit laico, ex traditis per *Hipp. sing. 180. Covarr. præct. cap. 34. num. 2. Peres ad leges Ordinam. lib. 3. tit. 1. fol. 748. Lazarte dict. cap. 10. n. 16. Azeved. in L. 9. tit. 18. num. 9. lib. 8. novæ collect. quod intelligo quando Clericus concurrat in venditione suæ partis rei communis cum laico extra causam negotiationis, nam aliter si vendat causa negotiationis, etiam de sua parte solvetur gabella ex dictis. Quando autem venduntur bona Clerici in sacris defuncti, hæreditate sua jacente, vel repudiata, ad instantiam creditorum, pro solvendis illius debitis, an gabella debeatur, docent *Lazart. d. cap. 19. num. 38. & Girond. de gabell. 11. p. n. 8.**

Tertiò limitatur, quando Clerici res laicorum cum suis admiscunt fraudulenter, non excusantur à solutione gabellæ de illis rebus ex *L. fin. Cod. de ann. & tribut. lib. 10. ubi Platea numer. 4. Firmian. de gabell. 7. part. num. 19.* & in his terminis stante ea suspitione cogetur Clericus subire juramentum, an cum suis rebus veniant admixtæ aliæ res, ex quibus debeat solvi gabella, & ita cavetur lege Lusitana in *d. L. 12. §. 2. tit. 3. p. 5. Extravagant. & in Ordin. d. tit. 11. §. 5. nisi gabellarius probare velit: sic enim statur juramento portantis hujusmodi res, an eas deferat usus sui causa, ex *gl. verbo, non negotiandi, & Imol. num. 10. Cardin. num. 9. in d. Clement. presenti, Domin. in d. cap. quamquam, numer. 7.* nisi qualitas rei aliud suadeat, vel gabellarius aliud velit probare; & idem admittunt leges Lusitanæ locis citatis *Rip. de**

de peste, titul. de remediis ad curandam pestem, num. 266. Aviles ad leges prator, gloss. en la tierra, n. 1.

25 Licet autem Clerici in sacris, vel alii exempti à solutione gabellæ sint, nihilominus tamen tenentur res manifestare gabellario, aliàs si eam manifestationem omittant, res invecas, vel portatas amittunt, ex *L. fin. §. divus, ff. de publican. & vectigalibus*, ubi *Bart. Alb. Roman. & Paulus, Roland. conf. 71. n. 22. lib. 3. Joseph. Ludovic. de gabell. vers. isti etiam*, & probant leges Lusitanæ in dict. *L. 12. titul. 3. in princip. vers. e por as ditas pessoas*, & in dicta *Ordinat. nova dict. titul. 11. §. 2. ibi: E posto que as ditas pessoas acima ditas não paguem siza, nem dizima, nem portagem, não deixam todavia de o fazer saber aos nossos officiaes, e declarar em as casas das alfandegas, portagens, e sizas, as cousas que devê ser a ellas levadas assim as que trouxerem por mar, como por terra, como as que comprarem, ou venderem, segundo nos foraes, e artigos das sizas he declarado, e assim lbes serã despachadas sem pagarem direitos, e isto por se escusarem enganados, e conloyo que às nossas rédas se poderã fazer em outra maneira, e sem serem outrosi obrigados a lealdar em tempo algum*; & ista *Ordinat. practicata* fuit contra quendam Canonicum Sedis Bracharenfis, qui cum quidã beneficiatus Gallecus in Gallecia defunctus commisisset ei executionem sui testamenti, & reliquisset legata sua, iussit per muliones bona mobilia transportare in Regnum, ut ex illis solveret aliqua legata: quia tamen muliones ea bona non manifestaverunt, nec deduxerunt in Basilicam Regiam, quæ est in oppido de Chaves, qua iter faciebant, custodes interceperunt ea bona, & iudex prædictæ basilicæ commissa iudicavit, & licet Canonicus se opposuit, & appellavit ad iudicem bonorum Regiæ Coronæ Portugalensis, non ei profuit, & sic confiscata fuerunt ea bona ob defectum manifestationis, quam muliones non fecerunt, qui domino præiudicare non poterant, ex *Bart. L. 2.*

Cod. de navib. non excusand. lib. 11. Bald. L. 3. Cod. de nautico fœnore, Bertarc. in suo repert. 3. part. verbo multo.

Non omitto, quod Clerici negotiatores incurrunt in poenas juris exercendo negotiationem, licet non fuerit admonitus; quod ita tenet *Francus in dict. cap. quanquam, numer. 5. Gregor. L. 49. tit. 6. part. 4. Lazarte d. cap. 19. n. 79. Gironda d. 7. part. num. 9. & 10. Molin. Theolog. d. disput. 342. versic. sunt verò nonnulli*: item quod privilegium concessum Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis non solvendi gabellam, & alia tributa in casibus, in quibus illud competat, non transit ad eorum conductores, ex *Bart. in L. licitatio, §. mercatores, ff. de publican. & ibi communiter alii, Lazarte dict. cap. 19. num. 27. Gironda d. part. 7. num. 19. latè Barbosa in L. quia tale à n. 42. ff. solut. matrim.*

Non possunt tabelliones, sive notarii publici Regii conficere instrumenta venditionum rerum immobilium, nec aliorum contractuum, ex quibus debeatur gabella, nisi incorporetur certitudo solutionis illius, servato modo, de quo in *nova Ordinat. lib. 1. tit. 78. §. 14. cuius verba sunt hæc: E não faraõ carta alguma de venda, nem outro contrato de bens de raiz, nem de cousa alguma de que se deva siza, sem primeiro as partes lbes presentarem certidaõ do Juiz do lugar, em que os taes bens da raiz estiverem, em que se declare como pagaraõ a siza, e fica entregue ao recebedor, na qual certidaõ seraõ declarados os nomes dos contraentes, e dos bens que se vendem, e do preço, e em que parte estaõ, e o nome do recebedor, e sera feita pelo Escrivaõ das sizas do tal lugar, e assignada por elle, e pelo Juiz, e recebedor, e sera incorporada de verbo ad verbum nos ditos contratos: e o Tabelliaõ que assim o não fizer, e cumprir perderá o officio; e as escrituras que se fizerem contra forma desta Ordevação seraõ nullas, e de nenhum effeito; e poderã as proprias partes, ou seus herdeiros annullar os ditos contratos em qualquer tempo que quizerem*

rem, e cobrar as novidades das ditas propriedades, desde o tempo que assim contratarão e não escusará aos Tabelliaens da dita pena apresentar as proprias certidoens de como fica paga a siza, se não forem tresladadas nas escrituras. E isto mesmo se guardará nos bens que se venderem em pregação nos quaes os Escrivaens que fizerem as remataçoens, serão obrigados do dia da remataçoão a tres dias os fazerem escrever no livro das sizas, e cobrar certidaõ do Escrivaõ dellas, de como ficam assentados; e o mesmo se guardará nas vendas, e trocas que fizerem de naos e navios, barcas, e bâteis; e na Cidade de Lisboa se apresentará certidaõ do Escrivaõ das sizas do ramo a que pertencer, assignada por elle, e pelo Almoxarife da casa.

- 31 Hæc Ordinatio fuit deducta ex quadam pragmatica, seu regimine facta per Regem Sebastianum, anno 1574. de quo facit mentionem *Gama dec. 90. numer. ultim. & rursus decis. 371. ad fin.* quod ante Ordinationem non practicabatur in multis locis istius Regni; in ejus autem ornatum sciendum est quod
- 32 gabella de venditione bonorum immobilium solvenda est in eo loco, ubi ea bona quæ venduntur, sita sunt, ex *Bart. in L. forma, §. 1. numer. 2. ff. de censibus.* & licet *Bald. in L. 1. num. 3. Cod. de contrahend. empt.* teneat solvendum esse in loco contractus, ea ratione, quia gabella est onus conventionis, seu obligationis, non onus rei tradendæ, & ideo inspici debere locum contractus, & sequantur *Firmian. de de gabell. 6. part. n. 7. Boffius de vectigalib. num. 9.* & alii de quibus *Girona de gabell. 6. part. num. 27.* dicens hanc opinionem de jure esse verioreni, tamen in hoc Regno Lusitano est approbata opinio *Bart. per articulos gabellarum, cap. 4. §. 1.* & per *Ordinat. novam in dict. §. 14. ibi: Do lugar onde os taes bens de raiz estiverem;* quod idem
- 33 apud Castellanos cautum est in *L. 9. tit. 17. lib. 9. novæ collect. & docent Gregor. Lopes in L. 8. titul. 5. part. 5. gloss. fin. Parlador. de rebus quotidian. lib. 1. cap. 3.*

§. 8. num 10. *Lazarte de decima vendit. cap. 4. num. 31. Girona d. 6. p. n. 28. Azeved. d. L. 9.*

Idem erit quando venditur aliquis census super aliquibus bonis immobilibus ad solutionem illius census specialiter hypothecatis juxta *Extravagant. Martini de emptio. & vendition.* nam & de ea solvenda est gabella, ut docent *Didac. Pers in rubr. titul. 2. lib. Ordinam. pagin. 34. col. 1. Lazarte de decima vendition. cap. 10. numer. 8. Frater Emman. super motu Pii V. de censibus 3. consider. dubio 5.* sed solvi debet eo in loco, ubi sunt sita bona hypothecata prædicto censui ex eodem *Peres d. loco, Parlador. d. §. 8. num. 10. Lazarte d. n. 8. Gaspar Roder. de reuditib. lib. 2. quæst. 4. num. ultimer.* ubi licet videatur probare opinionem *Feliciani de Soliz de censib. lib. 2. cap. fin. num. 12.* tamen non est recedendum à prima opinione, quæ est in usu.

Est tamen primò advertendum, quòd si vendantur plures res existentes in diversis locis, in quibus adsint diversi depositarii gabellarum, solvetur gabella in unoquoque loco respectu bonorum ibi existentium, ex *Parlador. dict. §. 8. numer. 28. Lazarte de decim. vendition. cap. 10. num. 14. Azeved. in L. 1. n. 119. titul. 17. lib. 9. novæ collect. Girona d. 6. part. num. 28. ad fin.* Nec admittetur in nostro Regno opinio *Lazarte de decima vendition. cap. 4. num. 15. & Azeved. dict. L. 1. numer. 120.* allerentium gabellam deberi in Regno Castellæ, de rebus venditis existentibus in nostro Regno, stante *Ordinat. Regia citata,* quæ indistinctè jubet gabellam solvi in eo loco, ubi bona sunt sita: si tamen contigerit locum, ubi bona vendita sunt sita, esse immunem à gabellis, non erit dictæ Ordinationi locus, quæ loquitur in venditione rerum, de quibus debetur gabella, & cessat in loco libero à gabellis, quia ubi verba legis non conveniunt, nec convenit ejus dispositio, ex *L. 4. §. 10. ties,* ubi *Paulus, ff. de damn. inf.* sicut etiam cessat, ubi deficit præsuppositum in

in quo fundatur *gloss. verbo, avocandum, in L. mancipia, Cod. de serv. fug.* quam exornat *Felin. in cap. nonnulli, col. pen. de rescript.* & docent in terminis *Parlador. d. §. 8. num. 29. Lazarte dict. cap. 4. num. 5. Girond. d. 6. part. num. 28. Azeved. d. L. 9. n. 1.*

40 Hinc descendit, quod cum Ordin. loquatur in venditione rerum, & aliorum contractuum, de quibus gabella solvenda est, non habebit locum in concessione emphyteutica, quamvis pro ea in ingressu emphyteuta accipiens domino aliquam pecuniam ex conventionem solvat, posse enim hoc fieri, licitum est, ex traditis per *Valasc. de emphyt. quest. 10. Ful. Clar. in §. emphyteusis, quest. 3. quos, & alios citat Molin. Theolog. de justit. & jure, 2. tom. disput. 450. & probatur per Ordin. Lusitan. lib. 4. tit. 66. in antiquis, & per novam Ordin. lib. 4. tit.*

41 quatenus defendit, ac prohibet donatarios bonorum Regiæ Coronæ, administratores capellarum, vel maiora-tuum, Cōmendatores cujuscumque com-mendæ habentes potestatem emphy-teuticandi bona pertinentia ad Regiam Coronam capellas, maioratus, commen-das, aliquid accipere pro ingressu, sive emphyteusis fiat in perpetuum, sive in-certas personas, vel pro renovatione emphyteusis jam factæ imponendo pœ-nam amissionis illius pecuniæ, applican-do concedenti emphyteusim cum alia tanta poena, seu quantitate, quam pro-batum fuerit emphyteutam accipientem dedisse, applicanda accusatori, & capti-vis, & adjiciendo decretum irritans, an-nullando emphyteusis concessionem, & applicando domino directo, ut possit de novo concedere cuicumque ei libue-rit, sublata omni actione, & facultate emphyteutæ accipienti, citandi, & con-veniendi dominum concedentem, & hujus Ordin. meminerunt in antiqua *Valasc. de ea multa scitu digna addu-cens d. quest. 10. Gama dec. 55. Molina dicta disput. 450. vers. id verò, & hæc prohibitio facta est Prioribus, Rectori-bus, Beneficiatis, & aliis Administrato-*

ribus Ecclesiarum, & aliorum locorum piorum ex Constitutionibus Synodali-bus, ut videre est in *Archiepiscopatu Ulyssiponenf. tit. 18. Constitution. 5. Bracharenf. tit. 19. Constit. 3. Eborenf. tit. 18. Constitut. 6. Visens. tit. 23. Constit. 2. Lamecens. tit. 21. Constit. 7. Portugal. tit. 21. Constit. 4. Collimb. tit. 25. Const. 9.*

Cum igitur ea restrictio facta sit ex causa certis personis, alii, qui non re-
44 periuntur prohibiti, possunt pro ingres-su in concessione emphyteusis pecuniam accipere, argumento *L. necnon, §. quod eis, ff. quibus ex causis maiores, L. qui accusare 8. ff. de accusat.* ex hac pecu-nia, quæ pro ingressu solvitur domino, gabella non solvetur, quia contractus emphyteuticus non est venditio, sed di-versus, & diversam constituit speciem, ex *L. 1. Cod. de jure emphyteut. §. adeo
45 instit. locati, & tenent Lazarte de de-cim. vendition. cap. 1. num. 42. Molin. Theolog. dicta disputat. 450. ad finem, quibus adde Girond. de gabellis 5. part. §. 1. à num. 2. Azeved. L. 10. num. 17. tit. 13. lib. 9. novæ collect. & ita in fa-cto respondi interrogatus, licet non de-fuerint, qui contra responderent, ex no-
46 stris advocatis, sine fundamento, quia Ordin. loquitur non in omnibus con-tractibus, sed de illis tantum, de quibus gabella debetur, quos expresserat *artic. das sizas, cap. 1. in princip. ibi: De toda a cousa que for comprada, vendida, troca-da, ou escambada; & in §. 4. ibi: Comprar, vender, trocar, ou escambar alguma cousa de que deva pagar siza.* Et non est ex-tendenda extra terminos, maximè quia
47 gabella est tributum odiosum, ex *Bart. in L. pupillus, ff. ad leg. falcid. Angel. cons. 385. Aymon. cons. 231. ad fin. lib. 1. Lazarte de decima vendit. in præfat. num. 31.**

Item, & secundò declaratur, quòd hæc Ordinatio situata est in titulo *dos Tabelliaens das notas, & leges intelli-guntur juxta titulum sub quo situatæ sunt, L. fin. ubi Bart. ff. de condict. in-deb. Bart. & Bald. L. Imperator, ff. de*

in diem adjection. unde inferitur quòd licet quando venditio fit per privatam scripturam, uti fieri potest de bonis immobilibus, usque ad quantitatem, quatuor millium numerorum regalium, vel in omni quantitate inter quas contractus fieri, & probari possunt per scripturam privatam, vel per alias probationes juris communis, absque necessitate conficiendi instrumentum publicum, de quo per *Ordin. lib. 3. tit. 59. in princip. & §. 11.* vel si impetret provisionem Regiam, ut possit probare per probationes juris communis contractus factos in maioribus quantitatibus, juxta *Ordin. lib. 1. in tit. de regimine expeditorum Palatii §. 76. fol. 263. Valasc. de emphyt. quæst. 7. n. 13. ad fin.* debeat solvi gabella de talibus contractibus, ut per *Firmian. de gabellis 3. part. octava par. num. 42.* non erit nulla venditio, si in tali scriptura privata non inferatur tenor certitudinis solutæ gabellæ cum iisdem requisitis, quæ ponit dicta Ord. sed sufficiet probare, quod soluta sit per talem certitudinem, quia nec in his terminis locuta est Ord. nec annullat venditiones, & contractus sic factos, sed tantum eos, de quibus conficitur scriptura publica per tabellionem publicum, & cum sit pœnalis, extendi non debet, *L. Senatus, ff. de contrabend. empt. Bart. L. turpia, ff. de leg. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 276. num. 18. juncto cap. pœnæ 18. de pœnit. distinct. 1.*

50 Rursus, & tertio declaratur dicta Ordinatio, quòd cum requirat certitudinis de soluta gabella incorruptionem fieri de verbo ad verbum in instrumento publico confecto de venditione, si omittatur transcribi, erit nulla, & nunquam supplebitur talis nullitas, nec præsumetur ex tempore, tum quia quando vitium, & defectus scripturæ ex eo patet, evidens dicitur, & non suppletur ex tempore, ex traditis per *Afflict. dec. 107. col. 3. Valasc. consult. 85. colūn. fin. ad fin. Aymon. cons. 871. num. 15. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 31. num. 72. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 132. num. 79.* tum quia non

permittit Ordin. in alia scriptura transcribi certitudinem solutæ gabellæ, sed quod in eademmet scriptura venditionis fiat illa incorporatio, & quando in alia scriptura non permittitur fieri solemnitatis mentionem, non suppletur ex tempore, ex traditis per *Decium cons. 409. num. 12. Gama dec. 49. num. 3. ad finem, & decis. 83. numer. 2.* & semper de ista nullitate etiam post triginta annos opponi potest, ex traditis per *Balb. de præscription. 4. part. 4. princ. quæst. 32. n. 4. & 5. Ozascum decis. 142. numer. 33.* & hoc probat eadem Ordin. ibi: *Em qualquer tempo que quizerem.*

Quarto declaratur, quòd hæc negativa, non esse solutam gabellam, probatur ex inspectione librorum, ubi solent scribi tales solutiones gabellæ, ex doctrina *Bart. & Bald. in L. fin. Codic. de rebus credit. Afflict. in titulo quæ sint regalia, num. 48.* Quinto, & supposito, quòd Ordinatio apponat decretum irritans, & nullam esse talem venditionem jubeat, de ea nullitate potest venditor, vel hæres replicare, ut docent *Bartol. num. 7. & Alexand. num. 17. in L. cum mulier, ff. solut. matrimon. Sebastian. de Medic. de compensation. 2. part. quæst. 30. n. 29.* & facit, quia Ordinatio permittit venditorem, vel ejus hæredem posse annullare tales contractus, & bona vendita repetere; si igitur vendens, vel ejus hæres rem venditam petat, & emptor excipiat de venditione, & non posse repetere, quod vendit, ex *regul. L. vindicantem, ff. de eviction. L. fin. ff. de except. rei vendit. & traditæ,* potest venditor, vel ejus hæres replicare de nullitate contractus ex defectu gabellæ; quia replica habetur pro libello, ex *glo. L. quæsitum 31. §. fin. ff. de pecul. Bald. in L. fin. n. 38. Cod. hæred. instit. Gama decis. 330. num. 2.* maxime, quando non repugnat actioni, seu deductis in libello, *Pinel. in L. 2. Cod. de rescind. vend. 3. part. cap. 3. num. 25.*

Sexto deducitur ex ea Ord. quòd non admittetur in Regno Lusitaniæ quædam opinio Doctorum, qui tenent, quòd licet

ALLEGATIO XXVIII.

125

icet scriptura contractus annulletur, tamen contractus firmus permanet, & poterit aliter probari, ex *Immol. Cuman. Paul. num. ultim. Alexand. n. 3. Aret. & Jason. à. num. 5. in L. servum filii, §. eum qui chirographum, ff. de legat. 1. Bertarch. de gabell. 3. part. 8. par. n. 23. Azeved. in L. 13. num. 58. tit. 25. lib. 5. novæ collect.* quia Ordinatus totam scripturam annullat, & jubet esse nullius effectus, & concedit venditori actionem, & ipsius hæredi, ad repetenda bona, annullando non solum scripturam, sed etiam ipsum contractum, in quo videtur secuta opinionem *Bald. in dicto §. eum qui communiter*, aliàs reprobatur per Doctores, & in *L. acceptam, num. 33. Cod. de usur. quem probat Afflict. in cap. unico, quæ sint regalia, num. 21. verbo, vectigalia.*

60 Septimò declaratur, quòd si in declarando pretio mendacium sit adhibitum scribendo minus, quam sit conventum, etiam habebit locum nullitas Ordinatus. quia etiam emphyteuta si mentiatur domino in pretio, amittit emphyteusim ex *L. fin. Cod. jure emphyteut. ubi Salic. column. 2. & Jason. num. 21. Andr. Corbul. in tractatu ex quibus causis emphyteusis amittatur, num. final. Amad. de Ponte, de laudemis column. fin. quæst. 49. Firmian. ubi supra n. 43.*

62 Octavò declaratur, quòd annullata venditione ex eo defectu, restituetur emptori gabella, si quam solvit, quia non sufficit se solvisse gabellam, nisi impetret certitudinem de ipsius solutione scriptam per scribam gabellarum, & depositarium, & faciat transcribi in instrumento venditionis, & omnia requisita debent concurrere, quia ea omnia Ord.

63 copulativè requirit, & habet locum *regul. si hæredi plures, ff. de condit. instit. & L. si quis ita stipulatus fuerit 139. ff. de verborum obligation. & certum est, quòd quando venditio annullatur per sententiam, gabella non debetur, & restituitur solventi, ex articulo das sizas, illius Regni cap. 6. in princ. ibi: E achando-se que a tal venda por direito não vale,*

*efor desfeita por sentença, em tal caso não haja abi siza: quod etiam de jure tenuerunt Bald. & Salicet. in L. 2. Cod. de eunuch. Firmian. de gabell. 3. part. octavæ par. num. 16. Pinel. dict. L. 2. C. de rescindend. vendit. 2. part. cap. 3. num. 35. ad fin. Garcia de Expensis cap. 18. n. 47. Gutierrez lib. 1. practicarum, quæst. 129. num. 2. Azeved. in L. 1. num. 147. vers. ultim. titul. 17. lib. 9. novæ collect. Girona de gabell. 5. part. à num. 25. Cabed. dec. 18. 1. part. num. 4. Quod si post venditionem annullatam per judicis sententiam partes ratificent, debetur gabella gabellario, qui fuerit tempore ratificationis, non tempore primi contractus, qui nullus fait: & ita *Lazarte de decima vendition. cap. 14. num. 56. & 57. & Azeved. ubi supra, num. 148.* Non tamen admittetur apud Lusitanos, quod dicit *Lazarte dict. cap. 14. num. 58.* nec enim sufficit contractum esse aliqua de causa juridica nullum, nisi ea nullitas deducatur in iudicium, & super ea feratur sententia, ex *d. artic. das sizas.**

Nonò, quòd ea facultas concessa in Ordin. tantum competit propriis personis venditorum, vel suis hæredibus, ut patet, ibi: *As proprias partes, ou seus herdeiros poderaõ annullar os ditos contratos: unde infertur, quòd illis tacentibus nullus alius tertius eam nullitatem obicere potest, argumento L. cum prætor, ff. de judic. L. 4. §. competit, ff. si servit. vendicetur, & quæ tradunt Fulgos. in L. 2. Cod. de jure emphyteut. Socin. consil. 78. num. 8. lib. 4. Aymon. cons. 86. num. 1. facit, quia licet Ordin. apponat clausulam annullativam, non tamen imponit nullitatem ipso jure, sed quod erunt nullæ, & ideo dum non annullantur, sustinentur, ex *Bart. & Bald. L. 4. col. 1. vers. ex hoc, Cod. de precib. Imperator. offeren. Cæphal. cons. 171. numer. 17. lib. 2.**

Decimò est advertendum in ea Ordinatione agi de venditionibus voluntariis, quarum instrumenta fiunt per tabelliones publicos, & de venditionibus judicialibus, quarum chartæ additionis,

vulgo, *cartas de arremataçoens*, confi-
ciuntur per tabelliones judiciales, ex
Ordinat. lib. 1. titul. 79. §. 14. Rursus in
venditionibus voluntariis constituit qua-
liter fieri debent cum incorporatione
certitudinis de soluta gabella, & appo-
suit decretum irritans, in venditionibus
autem judicialibus alium modum præ-
scripsit, imponendo necessitatem tabel-
lionibus, qui faciant additiones, intra
tres dies computandos à die additio-
nis facere, ut de illis fiat testatio in libris
gabellarum, & ab earum scribis certitu-
dinem habere, qua testificentur, factam
esse in illis testationem, nec requirit Or-
dinat. quòd ea certitudo, nec alia alte-
rius modi transcribatur in charta addi-
tionis, nec repetit decretum irritans in
hoc secundo membro venditionum ju-
dicialium, si aliter fiat, nec illa verba ap-
posita in ea *Ordin. ibi: E isso mesmo se
guardará*, apposita sunt ad repetenda
requisita apposita in primo membro ven-
ditionum voluntarium, quia in secun-
do membro aliam formam præfixit, ex
L. alumnae, ubi *Bart. & Alberic. ff. de
adim. leg. cum aliis citatis per Alexand.
cons. 158. col. 2. lib. 6. Hieron. Gabr. cons.
117. n. 5. lib. 1.*

70 Quamvis autem Clerici sint immu-
nes à solutione gabellæ, de iis, quæ
emunt, & vendunt extra terminos ne-
gationis, tamen de ædibus, quas emunt,
si sint pro sua habitatione, vel usu, non
solvent, ex *L. 12. tit. 3. part. 5. Extra-
vagant. & Ordin. novæ lib. 2. tit. 11. §. 1.
Alvar. Valasc. consult. 131. num. 10. in
2. part. Cabed. dec. 189. 1. part. ubi ele-
ganter declarat. Si autem contentio sit
inter Clericum, & gabellarium, quis ju-
dex sit adeundus, an Ecclesiasticus, vel
sæcularis, de jure controversum fuit, ut
ostendit *Azedved. in L. 7. tit. 8. num. 13.
versic. & sic dubium, & sequenti, lib. 9.
novæ collect. sed de jure Lusitano Cleri-
ci pro gabellis respondent coram judi-
cibus gabellarum, ex *Ordinat. lib. 2. tit. 1.
tam antiqua, in §. 8. quàm in nova, §.
19. ibi: Item por cousas, e direito da al-
fãdega, sizas, dizimas, portagens, adua-***

*nas, relegos, e por cousas defezas, se as
levarem fora do Reyno, ou meterem nelle,
e por outros nossos direitos, se civilmen-
te forem demandados, podem os Clerigos,
e pessoas Ecclesiasticas ser citados pe-
rante nossas justiças nos casos, em que
conforme nossas Ordenaçoens, e direito
os deverem; non distinguit hæc Ordin.
inter Clericum negotiatorem, & non ne-
gotiatorem, sed generaliter loquitur, &
sic intelligitur, & practicatur ex *L. de pre-
tio, ff. de publican. L. non distinguemus,
ff. de arbitr. Quòd si judices Ecclesiastici
se intromittant, vim faciunt, & est locus
querelæ ad Regem, seu ad judicem Coro-
næ, ex *Gironde de gabell. 7. part. in prin-
cip. num. 21. & Azeved. in d. L. 7. num.
14. & multa vide per Alvar. Valasc. d.
consult. 131.***

ALLEGATIO XXIX.

An Clericatus liberet filium à patria po-
testate, ubi multa alia tractantur.

SUMMARIUM.

- 1 Clericatus non eximit filium à patris
potestate.
- 2 Filii suscepti ex legitimis nuptiis se-
cundum jus Romanum sunt in patris
potestate.
- 3 Hæc patria potestas datur inter Gal-
los, Hispanos, Lusitanos.
- 4 Non habent eam patriam potestatem
tam amplam, qualem habebant Roma-
ni.
- 5 Hæc patria potestas competit de jure
communi in filios, & omnes descenden-
tes per lineam masculinam.
- 6 Dicitur patria potestas res inæstima-
bilis.
- 7 Pater furiosus retinet patriam pote-
statem in filiis susceptis ex matrimo-
nio contracto tempore habili ante fu-
rorem.
- 8 Ratio cur inventa sit patria potestas
assignatur.
- 9 Defenditur ea ratio.

- 10 *Filia est caput, & finis familiae.*
- 11 *Fœmina non habet suos heredes.*
- 12 *Patria potestas nexu divino copulata est.*
- 13 *Multi sunt modi, quibus patria potestas acquiritur, remissivè.*
- 14 *Plures effectus resultantes ex patria potestate patris in filium, remissivè.*
- 15 *An in Castella, & Lusitania patria potestas patris duret in filiis primi gradus, an in ulterioribus, remissivè.*
- 16 *Solvitur patria potestas per emancipationem.*
- 17 *Qualiter fiat emancipatio liberorum.*
- 18 *Actus emancipationis est voluntarius, & pater, si iudex est, poterit apud se emancipare.*
- 19 *Limitatur in hoc casu Ord. Lusitana citata.*
- 20 *Non poterit emancipatio fieri extra iudicium.*
- 21 *Non requiritur causa in emancipatione.*
- 22 *Filius ita emancipatus poterit renuntiare suæ emancipationi.*
- 23 *In Regno Lusitano non sunt iudices chartularii.*
- 24 *Si filius sit absens, vel infans, quid sit faciendum in eius emancipatione.*
- 25 *In Regno Lusitano filii, & filiae per matrimonium exeunt de patris potestate, & in Regno Castellæ per matrimonium, & velationem.*
- 26 *Ord. Lusitana, & Castellana sunt contra jus commune.*
- 27 *Notatur differentia inter legem Lusitanam, & Castellanam.*
- 28 *Ubi in lege plura requiruntur copulativè, omnia debent verificari.*
- 29 *In Regno Lusitano sufficit matrimonium esse contractum per verba de presenti; in Regno autem Castellæ ultra matrimonium requiritur, quòd intercedant velationes.*
- 30 *In viduis qui secundo nubunt, vel ambo, vel alter, non dantur benedictiones.*
- 31 *Dicuntur secundæ nuptiæ omnes post primas.*
- 32 *Rationes cur in secundis nuptiis non dantur benedictiones.*
- 33 *Apud Gallos etiam observatur, quod per matrimonium filius, & filia exeant de patris potestate.*
- 34 *Apud Gallos, & Lusitanos sufficiunt sponsalia contracta in facie Ecclesiæ, quæ faciant matrimonium de presenti.*
- 35 *Solvitur patria potestas per matrimonium, tam quoad masculos, quàm quoad fœminas.*
- 36 *Ampliatur, licet matrimonium sit contractum invitis parentibus, & n. 37.*
- 38 *Ex ea emancipatione inducitur per matrimonium inducuntur multi effectus.*
- Ibid. *Emancipatio concessa per patrem filio, per ingratitude revocari potest.*
- Ibid. *Qua actione pater in ea revocatione agere debeat.*
- 39 *Emancipatio inducitur per matrimonium non revocatur per ingratitude.*
- Ibid. *Emancipatio, quæ fit per patrem, est donum patris.*
- 40 *Emancipatio, quæ fit per matrimonium, est actus legis.*
- 41 *Ea emancipatio per matrimonium, est quoad omnes effectus.*
- 42 *Idem procedit in Regno Castellæ.*
- 43 *Idem recipiendum est in Regno Lusitano.*
- 44 *Oratio indefinita æquipollet universali.*
- 45 *Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
- 46 *Emancipatio per matrimonium perpetuo durat.*
- 47 *Reprobatur Cassan. Tiraquel. & Boer. contrarium tenentes.*
- 48 *Filii suscepti à conjugato non sunt in avi potestate.*
- 49 *Datur casus, in quo nepotes in Regno Castellæ sunt in avi potestate, quando sunt suscepti à filio conjugato ante velationem, & n. 53.*
- 50 *Velatio idem est, quod benedictionem suscipere.*
- Ibid. *Benedictiones non sunt de substantia matrimonii.*
- Ibid. *Non committunt peccatum, licet con-*

- consument ante acceptas benedictiones.
- 51 Nisi faciant in contemptum.
- 52 De his benedictionibus tractant constitutiones Synodales Portugallensis, & Conimbricensis.
- 54 In Regno Lusitano non requiruntur velationes.
- 55 Per emancipationem filii conjugati finitur ususfructus, quem pater habebat in ejus bonis jure Castellæ, interveniente velatione.
- 56 In Regno Lusitano finitur per solum matrimonium.
- 57 Ampliatur, licet filius, vel filia contrahant nuptias invitis patribus.
- 58 Reprobatur opinio Boerii, & Joan. Cephali.
- 59 Hæc procedunt in filiis puberibus qui possunt contrahere matrimonium, non in filiis impuberibus, inter quos nuptiæ non consistunt.
- 60 Ampliatur, licet post supervenientem pubertatem maneat in eodem matrimonio.
- 61 Post Concilium Tridentinum requiritur consensus conjugalis datus ab his, qui possunt matrimonium contrahere.
- 62 Reprobatur opinio Thom. Sanches.
- 63 Limitatur lex Castellæ, & lex Lusitan.
- 64 Declaratur opinio Cysuentes, & Azeved.
- 65 Datur alia declaratio quando contrahebentes scribant adesse impedimentum, quod annullat.
- 66 Alias declarationes ponit Thom. Sanches citatus.
- 67 Infertur annotatio ad Ord. antiquam Lusitan.
- 68 Privatio præsupponit habitum.
- 69 Aqus non habet nepotes in potestate in Regno Lusitano.
- 70 Potestas patris non egreditur filios primi gradus.
- 71 Illa privatio ususfructus restricta est ad patrem non facientem inventarium intra duos menses à die mortis uxoris superstitibus filiis minoribus.
- 72 Plures effectus resultantes ex emancipatione per matrimonium, remissivè.
- 73 Nullus ordo sacerdotalis liberat filium à patris potestate.
- 74 Reprobatur opinio Spini.
- 75 Concordantur opiniones.
- 76 Liberatur filius à patria potestate per Clericatum quoad spiritualia, non quoad temporalia.
- 77 Militia sæcularis, nec senatoria dignitas liberat filium à patris potestate.
- 78 Dignitas doctoratus non liberat filium à patris potestate.
- 79 Dignitas Episcopalis liberat filium à patris potestate.
- 80 Quod intelligitur, quoad effectus utiles.
- 81 Filcus Episcopus retinet jura suitatis.
- 82 Solvitur patria potestas per dignitatem patritiatus.
- 83 Quid sit dignitas patritiatus.
- 84 Facta electione, & ejus presentatione inducitur solutio patriæ potestatis.
- 85 Solvitur patria potestas per dignitatem consularem, vel præfecti prætorio.
- 86 Quid sit dignitas consularis, & dignitas præfecti prætorio.
- 87 De dignitate Consulis, remissivè.
- 88 Solvitur patria potestas per dignitatem præfecti urbis.
- Ibid. Solvitur patria potestas per dignitatem Quæstoris.
- 89 Solvitur patria potestas per dignitatem Magistri militum.
- 90 Solvitur patria potestas per dignitatem Procuratoris fisci.
- 91 Solvitur patria potestas per dignitatem Principis agentium in rebus.
- 92 Solvitur patria potestas per dignitatem Magistri sacri scrinii.
- 93 Specialia hujus dignitatis, remissivè.
- 94 Solvitur patria potestas per dignitatem Notarii Imperatoris, vel Regis, & num. 95.
- 96 Differentia inter dignitates patritiatus, & consularem, & alias.
- 97 Non cessat solutio patriæ potestatis, licet cesset illa dignitas.
- 98 Illa liberatio filii à patria potestate prodest in utilibus. Per.

- 99 Per solutionem à patria potestate per dictas dignitates extinguetur ususfructus, quem pater habet in bonis filii.
- 100 Solvitur patria potestas per Monachatum.
- 101 Habet locum tam in patre, quàm in filio ingredientibus religionem.
- Ibid. Per Monachatum transeunt in potestatem Abbatis.
- 102 Quando pater ingreditur religionem, & profitetur, filius fit sui juris.
- 103 Item finitur ususfructus quem pater habebat in bonis filii, in quo sunt variae opiniones, usque ad n. 107.
- 108 Quando filius ingreditur religionem, non privatur pater ususfructu bonorum.
- 109 Satis est, quòd ingrediatur religionem approbatam.
- 110 Verificatur in militibus S. Joannis Hierosolymitani, qui sunt veri religiosi.
- 111 Non verificatur idem in profitentibus Ordinem militiae Christi, Sancti Jacobi, Sancti Benedicti de Aviz.
- 112 Habet filius religionem ingressus jura suavitatis.
- 113 Filius religionem ingressus proficit patri ac si esset in saeculo.
- 114 Filius Clericus poterit testari de bonis, licet sit in potestate.
- Limitatur regula, quòd filiusfamilias non potest testari de bonis adventitiis, d. n. 113.
- Ampliat, licet in talibus bonis pater non habeat ususfructum, d. n. 114.
- 115 Limitatur ea regula, nisi filiusfamilias testetur ad pias causas de consensu patris.
- 116 Probat, quòd Clericus testari possit de bonis suis.
- 117 Datur cautela filiisfamilias, ut possint testari, quòd accipiant saltem primam tonsuram.
- 118 Erit ea cautela proficua in Regno Lusitano, in quo filiusfamilias non testantur de bonis adventitiis.
- 119 Apud Castellanos non est necessaria.
- 120 Idem erit in aliis Regnis, in quibus non curatur de patria potestate.
- 121 Erit tamen cautela utilis in filiis Castellanorum, respectu bonorum existentium in aliis Regnis, ubi jus commune observatur.
- 122 Filiusfamilias de jure communi testari non potest, nisi de bonis castrensibus, vel quasi.
- 123 Concessa facultas Clericis testandi, quando sunt initiati, vel in minoribus, restringitur ad eos, qui habent beneficium, vel observant requisita in Concilio.
- 124 An ea facultas concessa Clericis testandi, procedat tam in bonis quaesitis ante Clericatum, quàm post Clericatum.
- 125 Ampliatur, sive acquirat intuitu Ecclesiae, sive aliunde.
- 126 Quando testatur de bonis ante Clericatum quaesitis, testabitur sine praedjudicio ususfructus patris.
- 127 Reprobatur Gomes. citatus.
- 128 Reprobatur etiam Emmanuel Mendez de Castro citatus.
- 129 Filius si ante acceptas benedictiones testetur, vel disponat, non poterit praedjudicare in ususfructu, quem retinet ante benedictionem.
- 130 Talis filius debet reservare patri suam legitimam.
- 131 In bonis quaesitis post Clericatum potest filius disponere in proprietate, & ususfructu.
- Ibid. De bonis ante Clericatum quaesitis, potest disponere de tertia in proprietate, & non in ususfructu.
- 132 Reprobatur opinio Gomes. citata.
- 133 Apud Lusitanos, qui habet descendentes, testatur de tertia, relictis duabus partibus descendentibus pro legitima.
- 134 An testamenta Clericorum subjaceant querelae.
- 135 Ea controversia cessabit in Lusitania, si filius de sola tertia testatur.
- 136 Melioris conditionis est Clericus miles caelestis militiae, quàm miles secularis militiae.
- 137 Notatur differentia inter milites seculares, & caelestes.

138 *Equiparantur milites seculares, & cœlestes regulariter.*

139 *Clericus est maior quocumque milite seculari.*

140 *Pater si voluerit emancipare filium Clericum, potest hoc facere, vel coram iudice seculari, vel Ecclesiastico.*

141 *Infertur annotatio ad Doctores tenentes emancipationem filii Clerici esse faciendam coram iudice seculari.*

1 **C**lericatus non eximit filium à patris potestate, in qua erat ante Clericatum, utpotè, quia erat susceptus de legitimo matrimonio, nam secundum
 2 jus Romanorum filii suscepti de legitimis nuptiis, sunt in patria potestate, ex *Ulpian. in L. nam & civium 4. ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. jur. Imperator, in princip. Instit. de patr. potestat. & hoc proprium fuit jus civium Romanorum, ex J. C. Caio in L. 3. ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. jur. ibi: Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex justis nuptiis procreavimus, quod jus proprium civium Romanorum est. Francisc. Conan. lib. 2. commentar. jur. civil. cap. 13. ad finem, Pinel. in rubr. Cod. de bonis maternis, in 2. part. num. 9. Matienço in L. 4. tit. 4. gloss. 1. n. 1. lib. 5. novæ collect.*

3 Sed ea patria potestas, licèt sit civium Romanorum, tamen datur etiam inter Gallos, Hispanos, Lusitanos, quia ea Regna non recognoscunt superiorem, & vivunt suis legibus, & consuetudinibus, non tamen habent eam patriam potestatem tam amplam, qualem habebant Romani in filios, ut docent *Pinel. ubi supra, Joan. Matienço dict. gloss. 1. n. 3. & probatur ex L. 1. titul. 17. part. 4. & ex §. jus autem, Institut. de patria potestat. ibi: Jus autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum. Nulli enim alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus, & docet ibi Pich. num. 3.*

5 Hæc potestas de jure communi compete-
 5 bat partibus in filiis, & in omnibus ab illis descendentes per lineam mas-

culinam, ex *d. L. nam, & civium, vers. nam qui, ibi: Nam qui ex me, & uxore mea nascuntur, in potestate mea sunt. Item qui ex filia meo, & uxore ejus nascuntur, id est, nepos meus, & neptis mea, æquè sunt in mea potestate, & pronepotes, & proneptes, & deinceps ceteri: idem docent Imperator in §. ultim. Institut. de patr. potestat. d. L. 1. titul. 17. p. 4. ibi: Patria potestas, en Latin, tanto quier dezir en Romance, como el poder que han los padres sobre los hijos: y este poder es un derecho tal, que han señaladamente los que viven, y se juzguen segun las leyes antiguas, y direchas, que hizieron los Philosophos por mandado, y otorgamiento de los Emperadores: y han sobre sus hijos, y sobre sus nietos, y sobre todos los otros de su linaje, que descenden dellos por linea derecha, que son nacidos del casamiento derecho.*

Et dicitur hæc patria potestas res inæstimabilis, ex *L. filiusfamilias 117. §. secundum vulgarem, ff. de legatis 1. Pinel. in L. 1. Cod. de bonis maternis, 1. part. num. 3. Castro in L. cum oportet, n. 138. Cod. bon. quæ liberis, Matienço. col. 8. titul. 1. gloss. 2. num. 3. lib. 5. novæ collect. Petr. Tbolosan. lib. 11. syntagm. jur. univers. cap. 10. num. 1. quod ampliatur ad patrem furiosum, nam, & is si contraxerit matrimonium in tempore valido, filii, & descendentes ab eo, tam concepti ante furorem, quàm post furorem sunt in ejus potestate, & ei acquirunt, ex *L. patre furioso, ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. jur.**

Ratio autem quare inventa sit patria potestas, assignatur, in *proæmio dict. titul. 17. part. 4. ibi: Poder, y señorío han los padres sobre los hijos, segun razon natural, y segun derecho: lo uno; porque nacen dellos; lo al, porque han de heredar lo suyo: sed hæc duæ rationes non convin-
 8 cunt, quia etiam militant in matre, à qua nascuntur, & sunt ejus hæredes, & tamen non habent filios in potestate, ut probatur ex *L. nulla fœmina, ff. de suis & legitimis hered. text. in §. fœmine, Institut. de adoption. Joan. Ovin. num. 3.**

9 & Pichard. num. 2. in princip. Instit. de patria potestat. sed defendendo rationes assignatas in d. proem. non obstat, quod etiam filii ex matre nascantur, quoniam qui nascuntur, patris, & non matris familiam sequuntur, L. familiae 196. ff. de verbor. signific. quæ familiae suæ, & caput, & finis est, L. pronuntiatio, §. fin. in fine, ff. illo titulo. Rursus, & mulier nupta viri familiam, & conditiones sequitur, L. familiae 8. L. nuptæ 12. ff. de Senatoribus, Pichard. in L. 3. à num. 15. Cod. de murilegul. lib. II. ideo mirum non est foeminam non habere in filios patriam potestatem, ut deducit Pichard. in dicto princip. Instit. de patria potest. à num. 6. Rursus, quia foemina suos non habet hæredes, L. illud 4. §. ad testam. ff. de bon. possess. contra tabul. dicta L. nulla foemina, §. cæteri, Instit. de hæred. qualitat. & different. ibi: Cæteri, qui testatoris juri subiecti non sunt, extranei hæredes appellantur, itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra sunt, hæredes à nobis instituti, extranei hæredes nobis videntur. Qua de causa, & qui hæredes à matre instituuntur, eodem numero sunt, quia foemina in potestate liberos non habent: & explicat Pichard. num. 5. ubi supra.

12 Hæc patria potestas quamvis moribus civium Romanorum fuerit introducta, nexu divino copulata est, ex L. penultima, Cod. de adoptionibus, ibi: Quis patiatur jura patris naturalis nexu divino copulata ludibrio defraudari: & ibi notant Angel. num. 2. & melius Salicet. num. 3. dicens in terminis: (Nota quod jura patris naturalis sunt divino nexu copulata: & pondera, quod non de omni patre naturali, sed demum de eo, qui pater est filii, quem habet in potestate, & sic ex legitimo matrimonio nati, nam tunc, & patrem, & matrem Deus conjunxit) in Evangelio, Gregor. in proem. titul. 17. part. 4. plures autem modos quibus ea patria potestas acquiritur, ultra eam, quæ ex matrimonio procedit, ponit L. 4. titul. 7. part. 3. ibi: El poderio que han los padres sobre los hijos, se

estabelece en quatro maneras: la primera es por el matrimonio, que es hecho segun manda la sacra Iglesia: la segunda es como si acaeciesse contenda entre algunos, si eran padre, o hijo, y fuesse dado juicio acabado entre ellos que lo eran: la tercera es, como si el padre huviesse al hijo librado de su poder, y despues desto hiziesse el hijo algun yero contra el padre, que el huviesse a tornar a su poder: la quarta es por adopcion, que quiere tanto dezir, como perbijamento: y esto seria como si el abuelo de parte de la madre perbijasse a su nieto. Ca en tal manera caeria el nieto en poder de tal abuelo

Plures autem effectus, qui nascuntur ex hac patria potestate patris in filium, ponunt gloss. 1. & Joan. Ovin. in d. §. 1. numer. 27. inst. de patria potestat. Pinel. in rub. Cod. de bon. mater. 2. part. num. 17. In Regno autem Lusitano, & Castellæ an patria potestas duret in filiis primi gradus, an in ulterioribus descendentibus, infra videbimus. Solvitur patria potestas per emancipationem ex L. liberor. 28. ff. de adopt. §. præterea, §. admonendi, Instit. quibus mod. jus patriæ potest. qualiter autem emmancipatio fieri debeat per patrem, ponit Imperator in L. fin. Codic. de emancipat. liberorum, & in d. §. præterea, L. 15. titul. 18. p. 4. & cum sit actus voluntarius, ipse pater si judex erit, poterit emancipare filium ex L. si consul, ff. de adopt. Azeved. in Curia Pisania lib. 2. cap. 12. numer. 9. & limitatur in hoc casu Ordin. Lusit. lib. 3. titul. 23. in antiq. & lib. 3. titul. 24. in novis quatenus prohibent patres jus dicere in causis filiorum, nam ea prohibitio procedit in iis, quæ sunt jurisdictionis contentiosæ, non in iis, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ, L. apud filium 18. ff. de manumiss. vindict. Socin. regul. 203. incipit judex in causa sua, vers. primo fallit, Jason. L. qui jurisdictioni, n. 8. vers. sic. quarto, ff. jurisdict. omni judic. non tamen poterit fieri extra judicium, quia requiritur, quod fiat apud judicem ex dictis juribus, vel sufficiet fieri instrumentum emancipationis per notarium, qui

qui dicitur iudex chartularius, & exercet jurisdictionem voluntariam, ut in terminis eleganter decidit *Cron. consil. 238. & 259. lib. 3.* & sequitur *Maranta de ordin. judiciorum 4. part. distinct. 18. num. 4.* dicens se habuisse de facto, & ideo non sufficiet sola nuda voluntas patris, nisi interveniat alicujus iudicis auctoritas, ex *L. 3. Cod. de emancipat. liber.* ibi: *Non nudo consensu patria liberi potestate, sed actu solemnem, vel causa liberantur, nec causæ quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solemnitas queritur:* & ibi gloss. verbo *solemni*, interpretatur scilicet iudicis auctoritate, & ibi notant *Bald. Angel. & Salicetus, Corn. dict. consil. 238. num. 1.* nec requiritur causa in emancipatione, sed sola voluntas, ex *dict. L. 3.* & notant ibi citati Doctores: nec filius postquam ita emancipatus est, potest renuntiare suæ emancipationi, & reintrare in patriam potestatem, ex *Corn. in consil. 228. n. 7. lib. 4. Maranta dict. distinct. 18. n. fin.* In Regno autem Lusitano non sunt iudices chartularii, nec tabelliones talem potestatem habent, ideo requiritur quod fiat coram aliquo iudice: si autem filius sit absens, vel infans debet in ejus emancipatione observari dispositio text. in *L. jubemus, Cod. de emancip. liberorum, & L. 16. tit. 24. p. 4.*

In regno Lusitano filii, & filie per matrimonium exeunt de patris potestate, ex *Ordin. lib. 1. tit. 67. §. 4. in antiqua, in nova Ordin. lib. 1. tit. 87. §. 6.* ibi: *Porque segundo estylo de nosso Reyno sempre como he casado, he havido por emancipado, e fora do poder de seu pay,* *Caldas de nominat. quest. 13. numer. 51. ad fin. Molin. Theolog. 1. tom. de justitia, & jure, disput. 227. vers. de jure, & disput. 229. in princ. Costa in L. Gallus, §. & quid si tantum, num. 241. ff. de liberis, & posthum. in 3. part. Barbosa L. 2. §. quod si in patris, ante num. 1. ff. soluto matrimon. Item, & apud Castellanos, in *L. 47. Tauri repetita in L. 8. tit. 1. lib. 5. novæ collect. ibi: El hijo, o hija casado, velado sea avido por eman-**

*cipado en todas cosas para siempre; & notant Palat. Gomes Castillus, Fernand. Gomez, Arias, Joan Matienço in d. L. 8. gloss. 1. num. 1. & ibidem Azeved. Spin. de testam. gloss. 18. num. 81. Pichard. & quidem numer. 7. Inst. quibus mod. jus patr. potestat. solv. ubi facit mentionem utriusque legis Lusitanæ, & Castellanae, & sunt hæc leges contra jus commune, quo attento filius, nec filia per matrimonium non exeat à patris potestate, ut per multa jura probant *Gomes. d. L. 47. n. 1. Matienço d. gloss. 1. n. 1.**

Est tamen differentia inter jus Castellæ, & Lusitanæ, quia ut filius, vel filia per matrimonium exeat de patris potestate, requiritur, quod sit conjugatus, & velatus, nec sufficit esse conjugatum, nisi etiam sit velatus, ut habetur in *d. L. 47. & in dict. L. 8. ibi: Hijo, o hija casado, y velado;* nam ubi in lege plura copulativè requiruntur, omnia debent concurrere, & verificari, ut ejus dispositio locum habeat, *L. si heredi plures, ff. de condit. instit. Bart. L. 1. numer. 2. ff. de justitia, & jure, Joan. Gutierrez conf. 26. num. 1. in Regno Castellæ.*

In Regno tamen Lusitano sufficit matrimonium esse contractum per verba de præsentem absque hujusmodi velationibus, ex *Ordin. ubi supra, ibi: Como he casado, he havido por emancipado, e fora do poderio de seu pay,* & quod ea duo requisita debeant concurrere, & verificari in terminis *dictæ L. Castellæ,* tradunt *Cysuentes in dict. L. 47. versic. & velado, & ultra alios scribentes, ibi, Joann. Gutierrez, §. sui, num. 120. Inst. de hered. qualit. & different. Molina dicta disput. 229. ad fin. Barbosa dict. §. quod si in patris, num. 1. Thom. Sanchez lib. 7. de impedim. disp. 82. n. 7.*

Limitatur tamen ea dispositio legis Castellæ in viduis, quia eis non dantur benedictiones, quæ in primis nuptiis fiunt, *cap. 1. cap. vir autem, de secundis nuptiis, ibi: Vir autem, vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici, quia cum alia vice benedicti sint eorum benedictio iterari non debet,* Ber-

Bernard. in præct. crimin. cap. 43. in terminis Cysuentes dict. L. 47. versic. quod intellige, & dicuntur secundæ nuptiæ, omnes quæ contrahuntur post primas, ut docent Doctores in rubr. de secundis nupt. Roland. cons. 71. num. 31. lib. 1. Petrus Cened. collect. 49. ad decretales, n. 2. & hæc non corriguntur per sacrum Concil. Tridentin. session. 24. de reformatione, cap. 1. versic. præterea, ut notant Doctores, Menoch. de arbitr. casu 417. num. 2. Petrus Cened. dict. collectan. 49. num. 1. Navarr. in manuali Latino, cap. 22. num. 83. sub titul. de benedict. Petr. Mossius de matrimo. §. de naturalibus matrimoij a num. 9. Hieron. Ceval. de commun. contra communes. quest. 604. n. 134. & probant Constitutiones Synodales Episcop. Colimbriens. titul. 9. constit. 8. §. ult. & Episcop. Portugallensis, tit. 20. constitut. 6. §. ultim.

Ratio autem quare secundæ nuptiæ non benedicuntur, ultra alias, quas adducit Navarr. ubi proxime, illa est, quia benedictio semel habita durat, & qui convolat ad secundas nuptias, cõmunicat socio, vel sociæ eam benedictionem, quam semel consecutus, vel consecuta fuit in primis nuptiis, sicut aqua benedicta aquæ non benedictæ cõmixta benedictionem impertitur, cap. quod in dubiis, de consecration. Eccles. vel altar. hanc rationem afferunt Ansbarr. Abb. & alii in dicto cap. 1. de secund. nupt. Menoch. dicto casu 417. num. 7. sequitur Salzedo ad præct. Bernard. Dias, cap. 74. verbo benedici, qui videndus est verbo, iterari, post alios, & Henriq. lib. 11. de Sacrament. matrimo. cap. 16. §. 2. & Fr. Emmanuel Roder. in sua 1. part. cap. 239. ad finem, pro maiori explicatione hujus articuli, & Jacob. de Grass. lib. 1. 2. p. cap. 12. à n. 48.

Apud Gallos etiam servatur, quod per matrimonium filius, vel filia exit à patris potestate, sic dicit Boer. consuet. Bituricensibus, titul. 1. §. 4. column. 2. Tiraq. L. 1. Connubial. num. 3. & 4. Matienço dict. L. 8. gloss. 1. num. 3. Petrus Gregor. lib. 11. syntagmat. juris universi

cap. 10. num. 10. & ita apud Gallos, & Lusitanos sufficiunt illa sponsalia contracta in facie Ecclesiæ, quæ faciunt matrimonium de præfenti, L. nuptias, ff. de regulis juris, L. sancimus, Cod. de nuptiis, cap. de sponsalibus, cap. pen. Concil. Tridentin. session. 24. in decreto, de reformatione, cap. 1. in cuius explicatione videndus est Hieronym. Ceval. d. q. 604. ubi singulas illius particulas explicat, & hanc differentiam advertit Matienço d. gloss. 1. n. 4.

Solvitur igitur per matrimonium patria potestas, tam quoad masculos, quam quoad foeminas, quia licet de jure communi non exeant à patris potestate, L. 2. §. quod si in patris, ff. solut. matrimo. L. in fin. ff. de liber. homin. exhibend. L. patri datur, ff. de adulter. L. si uxorem, ubi gloss. Alber. Bald. & Salic. Cod. de vund. inserta. Recipit hæc doctrina eam ampliationem, ut procedat, licet matrimonium contrahatur invitis parentibus, quia licitum est ex d. cap. 1. Concil. Tridentin. dict. session. 34. Cov. de sponsalibus 2. part. cap. 3. §. 8. num. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 452. n. 8. Peres ad L. 1. titul. 2. lib. 5. Ordinam. pag. 25. quos refert Gutierrez. Canonic. questio. 1. part. cap. 20. num. 1. & 2. Petrus Cened. collectan. 88. ad decret. num. 7. & ita quod per matrimonium contractum invitis parentibus, filii, vel filia liberentur à patris potestate, tenet Molina Theologus dict. disputat. 229. vers. ultim.

Ex ea emancipatione, quæ fit per matrimonium, inducuntur multi effectus. Primus effectus est, quod licet emancipatio, quam concedit filio, per ingratitudinem filij in eum commissam revocari possit, L. 1. Cod. de ingrat. lib. ubi glossa docens qua actione pater agere debeat pro rescissione emancipationis filij ingrati, & ibidem Bald. Angel. & Salicet. idem Bartol. Bald. Fulgos. in L. qui liberatus, ff. de adoption. Rodofre. Benevenut. in suo tratu libello-rum, 4. part. in rubr. de accusation. vel actione ingrati, adde L. fin. tit. 18. p. 4.

ibi *Ingrati*, son llamados los que no agradecen el bien hecho que les hazen, que quier tanto dezir en Romance, como desconoscinetes, y a tales ya que en lugar de servir aquellos de quien lo reciben, y dege-
lo gradecer, y erran malamente contra ellos, haziendoles muchos des servicios de palabra, y de hecho, esto es una de las grandes maldades q̄ hombre puede hazer. Y por ende el su hijo que fuesse emancipado hiziessse tal yerro como esto contra su padre, deshonrando malamente de palabras, ò de hecho, deve ser tornado por ende en su poder; & ibi notant *Montalv.* & *Gregor.* quòd filius emācipatus propter injuriam verbalem, aut facti, patri illatam, reducitur tanquam ingratus ad patris potestatem.

39 Tamen emancipatio, quæ fit per matrimonium, non revocatur per ingratitudinem commissam per filium, quod ita tenent *Oros.* in d. *L. qui liberatus ad fin.* *Joan. Gutierr. dict.* §. sui, num. 122. *Instit. de hered. qualit. & different.* *Alphons. de Azeved. dict.* L. 8. num. 53. ubi alios citat, & in *L. 2. titul. 1. n. 7. lib. 1. novæ collect.* nam emancipatio, quæ fit per patrem, est concessio ipsius, *L. si vivamatre, Cod. de bonis maternis, L. cum oportet, §. cum autem. Cod. de bonis quæ liber.* ubi *Bald. Castell. in d. L. 47. Taur. gloss. 2. Azeved. d. L. 8. num. 8.* & subjicitur revocationi propter ingratitudinē in patrem commissam, *Lara in L. si quis à liberis, §. ex his, num. 12. ff. de liberis agnoscendis, Azeved. in eadem L. 8. n. ult.* & emancipatio, quæ fit per matrimonium, est actus legis, quippe qui inducitur per ipsam legem sine facto patris, ideo non subjicitur revocationi per ingratitudinem, sicut non subjiciuntur omnes aliæ emancipationes, quas facit coactus, & non voluntariè, ut in casibus cumulatis per glossam, §. ultim. *Instit. quibus modis jus patr. potest. solv. L. 18. titul. 18. part. 4. Molin. Theologus dicta disputatione 229. versic. insequentibus, & in versic. post emancipationem:* hanc doctrinam tenet cum *Gregor. in d. L. fin. verbo voluntariè.*

Secundus effectus est, quòd cense-
tur filius, vel filia, emancipatus, vel emācipata quoad omnes effectus utiles, & damnosos filio, vel filia, quod in terminis *dict.* L. 47. *Taur. tenent Castell. ibi, verb. sea havido, versic. intellige, Gomes. num. 3. Gutierr. dict.* §. sui, numer. 121. *Matienco in dict.* L. 8. gloss. 3. num. 21. & *Azeved. ibi, num. 50.* qui reprobant *Roder. Soares in L. 8. titul. 11. lib. 1. fori legum, num. 23.* & contra citatos per *Gaspar. de Baeça de non meliorand. dotibus filiarum, cap. 16. num. 35.* eandem opinionem contra Soares tenet *Joan. Gratian. regul. 198. num. 2.* & in Regno Castellæ hoc non habet dubium propter illa verba *dict.* L. 47. *Taur. & dict.* L. 8. ibi: *En todas las cosas para siempre,* quæ sunt verba universalialia, & omnes casus comprehendunt, & nullum excludunt, *L. Julian. ff. de legat. 3. capit. Romanorum 19. distinct.* & ita advertit *Castill. d. L. 47. Taur. gloss. 2. & Gomes. num. 3. Azeved. alios referendo in dict.* L. 8. num. 50. quicquid teneat *Mieres de maioratu 4. parte, quæst. 1. limitat. 1. numer. 5. ad finem,* contra quem tenet *Joan. Garcia dict. regul. 198. num. 1. ad finem, & Sanches d. disp. 82. n. 7.*

Et idem recipiendum est in nostro Regno Lusitano, quia licet *Ordinat. antiqua, & moderna locis citatis non loquantur per verba universalialia, loquuntur tamen per verba indefinita, ut patet, ibi: Porque segundo estylo deste Reyno sempre como he casado, he havido por emancipado, & fõra do poderio de seu pay, & oratio indefinita æquipollet universaliali, quando à lege profertur, gloss. cap. ut circa, ubi Domin. num. 4. de ilect. lib. 6. Dyn. in rubr. de regulis juris in 6. col. 3. vers. circ. secundum, Bartol. & Bald. L. si pluribus, ff. de legatis 2. Cagnol. in L. 1. n. 9. ff. de regulis juris, Covar. variarum resolutionum, lib. 1. cap. 13. n. 8. Barbos. in L. 1. ff. soluto matrim. 1. part. n. 4. ad finem.* Item ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *L. non distinguemus 37. ff. de arbitr. gloss. fin. in L. 3. ff. de offic. præsid.*

46 Tertius effectus est, quod ea eman-
cipatio perpetuò durat, etiamsi cesset
causa, ob quam fuit inducta, *L. qui libe-
ratus* 12. ff. de adoptionibus, ibi: *Qui li-
beratus est patria potestate, is postea in
potestatem honeste retineri non potest:
Authent. constitutio, quæ dignitat. ver-
bo, generaliter, collat. 6. Castell. d. L. 47.
Taur. verb. para siempre, & ibi Fernan.
Arias, num. 34. Menchac. lib. 1. de suc-
cession. progressu, §. 1. num. 25. Angel. in
L. 1. de meliorationibus, gloss. 10. num. 4.
Matienco dict. L. 8. gloss. 3. n. ultim. &
ibi Azeved. num. 52. ubi ex eo inferunt,
quod soluto matrimonio non redit su-
perstes viduus, vel vidua in patris sui
potestatem, à qua semel per matrimo-
nium fuerunt liberati, quicquid aliut
teneat *Cassan. cõsuetud. Burgund. rubr.*
473. §. 1. *verb. en puissance de son mari, n.*
21. *Tiraquel. post leges connubial. gloss. 3.*
à num. 1. Boer. decis. 197. num. 4. dicens
hanc opinionem, quod cessante causa
reincidat in patris potestatem, ubique
servari, sed neque in Regno Castellæ,
neque in Regno Lusitanæ ea opinio
servatur, sed contraria, juxta eorum le-
ges, & consuetudines.*

48 Quartus effectus est, quod filij sus-
cepti à conjugato non sunt in avi pote-
state, sed tantum sunt in patris sui pote-
state, ut inferunt *Gomes. d. L. 47. num. 3.*
versic. septimo, Matienco in dict. L. 8.
gloss. 3. num. 1. Molina d. disput. 227.
versic. de jure, & dict. disp. 229. in prin-
cipio. Est tamen unus casus apud Ca-
stellanos, in quo nepotes esse possunt in
sui patris potestate, quando sunt susce-
pti à filio conjugato, antequam sit vela-
tus, quia cum requiratur copulativè, ut
filius sit conjugatus, & velatus in facie
Ecclesiæ, ex *d. L. 47. Tauri, & d. L. 8.*
non sufficit esse conjugatum, & ex justis
nuptiis filium suscipere, ad hoc intentum,
ut exeat de patris potestate, nisi susci-
piat post velationem, *Sanches d. disput.*
82. num. 70. advertendo quod illa ve-
latio idem est, quod benedictiones sus-
cipere, quæ non sunt de substantia ma-

49 trimonij, nec peccatum committunt, li-

cet consumment ante acceptas benedi-
ctiones, quia Concilium Tridentinum
in *d. cap. 1. session. 24. in decreto de refor-*
mation. hortatur conjuges, ut ante bene-
dictionem Sacerdotalem in Templo sus-
cipiendam in eadem domo non coha-
bitent, quod est de consilio, & non de
præcepto, ut per *Navarr. in Manuali*
Latino, cap. 22. num. 83. sub titul de be-
nediictionibus, Henriq. lib. 11. de Sacra-
ment. Matrimon. cap. 16. §. 3. Emman.
Roder. in sua summa, 1. part. conclus. 4.
Lancell. Conrad. in templo omn. jud. lib.
2. cap. 12. numer. 21. & eandem partem
sequuntur alij, aliis renuentibus, quos
refert *Hieronym. Ceval. d. quest. 604.*
num. 332. & seqq. nisi fiat in contemptum
ea cohabitatio ante benedictiones acce-
ptas, vel cum scandalo, secundum *D.*
Thom. in quart. distinct. 29. articulo 2.
Sylvest. verbo, debitum, §. 9. Covarr. de
sponsalibus 2. part. cap. 47. num. 12. Ar-
milla aurea, verbo, debitum, §. 12. Jacob.
de Graff. lib. 2. casuum conscient. cap. 81.
num. 1. docens quomodo id dicatur fie-
ri ex contemptu, & novissimè *Thom.*
Sanches lib. 3. disput. 12. cum quo decla-
ra, tractat enim hunc articulum referen-
do opiniones diversas, & componendo
per conclusiones, & de his benedictio-
nibus tractant *Constitutiones Synodales*
Episcopat. Portugallensis, tit. 10. const. 9.
& Episcopatus Colimbriens. titulo 9.
constit. 8.

Atque ita filios susceptos ex filio
conjugato non velato, sive ante bene-
dictiones acceptas, manere in potestate
avi sui, & non patris, tenet in terminis
leges Castellæ, *Gomes. in eadem L. 47.*
ad finem, & in 1. tom. cap. 4. num. 2. &
Azeved. in d. L. 8. num. 22. quod non
habent locum in Regno Lusitano, in quo
ut filius exeat de patris potestate non
requiruntur tales benedictiones, sed so-
lùm contractum esse matrimonium, ut
advertit *Costa in L. Gallus, §. & quod*
sitantum, 3. part. num. 242. ff. de liber.
& posthum.

Quintus effectus est, quod usus fru-
ctus bonorum adventitiorum filij, quem
pater

pater habebat ratione patriæ potestatis finitur per eam emancipationem, quæ inducitur ex matrimonio, quod licet in terminis juris cõmunis recipiat aliquam distinctionem, ex *Boer. decis. 197. num. 1.* & *Joann. Cephal. conf. 423. n. 55. lib. 1.* tamen in terminis legis Castellæ, finitur eo ipso, quod filius, vel filia est cõjugatus, vel conjugata, velatus, vel velata ex *L. 48. Taur.* & ex *L. 9. titul. 1. lib. 5.* ibi: *Mandamos que daqui adelante el hijo ó hija, casandose, y velandose, ayen para si el fructo de todos sus bienes adventicios, puesto que sea vivo su padre, el qual sea obligado a gelo restituir, sin le quedar parte del usufructo dellos;* & in utraque lege notant Doctores, præcipuè *Cyfontes*, qui in versic. in eadem lege, testatur per eam corrigi, *L. cum oportet §. cum autem, Cod. bonis quæ liberis,* & in *§. hoc quoque, Instit. per quas personas nob. acquiritur, L. 5. titul. 18. part. 4.* ubi *Gregor. Lop. Pichard. in d. §. hoc quoque, num. ultim.*

56 Idem cautum est in *Ordin. Lusitan. antiqua, lib. 1. titul. 77 §. 4.* & *lib. 4. tit. 78. §. 2.* & in *nova Ordin. lib. 1. tit. 87. §. 6.* & *lib. 4. titul. 97. §. 19.* ibi: *E se o filho estando sob poder de seu pay ganbasse alguns bens por outra via alguma que se chama em direito adventicia: havrà o filho a propriedade delles, & o pay os usufructos em quanto o filho estiver sob seu poder, & tanto que for emancipado, ou casado, logo lhe seraõ entregues, para delles haver a senborio comprido, como de cousa sua propria: & ita tenent *Pinel. in L. 1. Cod. de bonis maternis, 1. part. num. 34. ad finem,* & *Molin. Theolog. disputat. 229. versic. pater autem,* ubi dicit in hoc Regno Lusitano, eo ipso quod pater filium emancipat, universum amittit usufructum, quem in bonis adventitiis habet, & quod id procedit, licet filius, vel*

57 filia contrahant nuptias sine consensu, & licentia patris, quod idem tenent *Cyfontes versic. sed dubitatur,* & *Gomes. num. 6. in d. L. 48. Taur. optimè Faquin. lib. 6. controvers. jur. cap. 35.*

Unde non admittetur in his Regnis

Castellæ, & Lusitanæ distinctio *Boer. 58. decis. 197. num. 5.* & *Joan. Cephal. dict. conf. 423. num. 55. lib. 3. allegantes Palat. Rub. in repetition. rubr. §. 43. in repetition. cap. per vestras, notab. 3. §. 3. num. 26.* quia *Imo. Palat. dict. §. 43. column. fin. versic. bodie tamen,* dicit practitari, quod per contractum matrimonii liberatur filius à patris potestate, & pater perdit usumfructum in totum, quia filius, qui duxit uxorem, habetur pro emancipato, quoad omnia, ex *d. L. 47. Taur.* & idem est apud Lusitanos, ex *Ordinat. sive matrimonium fiat de consensu patris, sive sine ejus consensu, & indistinctè hanc partem sequitur Faquin. d. cap. 36.* faciens mentionem de consuetudine Lusitanæ, & *Castill. de usufructu, lib. 1. cap. 5. à n. 80.*

Hoc tamen procedit in filiis pube-59 ribus, qui ætatem habent legitimam ad contrahendum matrimonium, non verò in filiis impuberibus, inter quos non possunt nuptiæ consistere, quia licet contrahant in facie Ecclesiæ coram Parocho, & testibus, juxta formam Cõcilij, quia tamen inter tales non potest dari consensus cõjugalis ante pubertatem, *cap. tuæ de sponsalibus, cap. 1. §. idem quoque, de desponsatione impuber. lib. 6.* nec valet matrimonium, nec solvitur patria potestas, nec pater perdet usumfructum ex traditis per *Bartol. Alexand. & Fas. in L. si ante nuptias, ff. soluto matrimonio,* & per eos hanc declarationem fecit. *Gaspar de Baeça de decima tutoris, cap. 4. num. 30.* & eum sequitur *Azeved. d. L. 9. n. 19.*

Ampliat hęc limitatio, licet post 60 advenientem pubertatem, maneat in eodem matrimonio, cohabitando, & copulam habendo, quia quanvis ante Cõcilium Tridentinum, *in d. cap. 1.* matrimonium inter impuberes non contractum coalescat per carnalem copulam, vel per alios modos, de quibus in *d. §. idem quoque;* tamen post Concilium hęc jam cessant, quia eo attento jam oportet, quod interveniat consensus conjugal, qui non potest præstari ab his, quo-61 rum

rum ambo, vel alter saltē sunt in ætate impubere, imò eorum verba de præsentī prolata in ea ætate impubere resolvuntur in sponsalia de futuro juris intellectu, & est necessarium, quòd denuo adveniente pubertate contrahant rursus, expressumque consensum conjugalem declarent coram Parocho, & testibus: sic tenent *Joan. Gutierr. de jurament. confirm. 1. part. cap. 51. num. 12. & sequent. Joan. Matienço in L. 1. titul. 1. gloss. 1. à num. 18. lib. 5. novæ collect.* idem pro, & contra disputando tenet idem *Gutierr. Canonic. quæstion. cap. 18. ubi num. 4.* dicit, quòd ita declaraverunt Reverendiss. Cardinales à Sede Apostolic. deputati ad declarationem dubiorum sacri Concilij Tridentin. & rursus, *num. 6. in fine* testatur, quòd ita judicavit, allegans quòd suam opinionem fuit secutus *Matienço loco citato*, eandem opinionem tenuerunt *Henriq. lib. 11. de Sacrament. matrim. capit. 3. §. 7. Frater Emmanuel Rodr. in 1. part. suæ summæ, cap. 216. versic. la secunda, Didacus Peres in L. 1. titul. 1. lib. 5. Ordinam. pag. 41. versicul. sexto, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. num. 51. & 99. Spinus de testament. gloss. 15. princip. num. 61. Hieron. Cevall. d. quæst. 604. numer. 22. & 23.* quicquid contrarium teneat *Thom. Sanchez lib. 1. de sponsalibus disput. 51. n. 15.* cujus opinio est explodenda, cum in contrarium sit decretum Concilij, & declaratio illustrissimorum Cardinalium, & communis opinio Doctorum post Concilium.

63 Hinc descendit notabilis limitatio ad leges Castellæ, & Ordinat. Lusitana locis citatis, ut non finiatur patria potestas, nec ususfructus, quem pater habet in bonis filij, qui impubere ætate existens matrimonium contraxit, etiam in facie Ecclesiæ coram Parocho, testibus, adeo quòd si confisi in primo consensu, in eo perseverent cohabitando, non erit matrimonium, sed resolvetur in sponsalia de futuro, & apertè decipientur secundum limitationem *Azeved. d. num. 19. cum Baeça. d. cap. 4. n. 20.*

& interim dum matrimonium non ratificant in facie Ecclesiæ consensum conjugalem repetendo, non amittet pater patriam potestatem, nec ususfructum.

Nec omittendum duxi, quòd *Cy-64 fuentes in d. L. 47. Tauri*, ante finem tenuit, quòd ea lex liberans filium à patria potestate per matrimonium, & velationem, procedat etiamsi matrimonium sit nullum, obstante aliquo legitimo impedimento per *gloss. in cap. delectus de sponsalibus*, & sequitur *Azeved. d. L. 8. num. 11.* in quo videntur contrarie his, quæ proximè diximus: nisi dicamus eos esse intelligendos, quando matrimonium contractum fuit bona fide, & in facie Ecclesiæ, & erat ignorantia in impedimento facti, quia licet postea annulletur detecto impedimento, nihilominus durabunt alij effectus ex eo matrimonio producti, ut legitimitas ñiorum ex eo susceptorum, juxta *cap. penult. qui filij sint legitimi gloss. cap. referente, eodem titulo, Bald. L. qui contra, num. 4. Cod. de incest. nupt. Capola cons. 50. lib. 2. Jason. cons. 156. column. 1. & 2. lib. 4. Capra cons. 156. Molina Hispan. de primogen. lib. 3. cap. 1. à num. 12.* non verò quando impedimentum jam aderat & sciebatur ab ipsis contrahentibus, ut quia erant consanguinei, vel affines in gradu prohibito, vel propter justum metum, quia statim à principio fuit nullum, quia nec in gradu consanguinitatis, vel affinitatis de jure Canonico prohibito valet matrimonium sine dispensatione Apostolica, nec valet matrimonium contractum justo metu *cap. gemma de sponsal. Covarr. de sponsalibus. 2. part. capit. 3. §. 4. Armilla aurea, verbo, coactio 4. Henriq. lib. 11. de Sacrament. matrim. c. 9. §. 1.* de qua materia facit plures declarationes *Thom. Sanchez lib. 4. de Sacram. matrim. in 1. tomo: nec operabitur effectum, nisi sublato impedimento ratificetur per novum consensum coram Parocho, & testibus, ut tenent Joann. Gutierr. d. quæst. 18. canonic. quæstion. 1. part. num. 7. Spinus de testam. gloss. 15.*

principali, num. 61. Petrus Mossius de contractibus, titul. de matrimon. in §. de divisione matrimonij, num. 5. ad fin. Petrus Cenedus, collectan. 93. num. ultim. ad finem, ad decretales, Hieron. Ceval. d. question. 604. num. 8. & 19. Fr. Emman. Roder. d. cap. 116. vers. la segunda.

- 67 Ex his, quæ diximus in 4. & 5. effectu, qui resultat ex emancipatione inducta per matrimonium, infertur annotatio ad Ordin. antiq. lib. 1. titul. 67. §. 6. ad fin. Regni Lusitani, ubi ea lex imponebat patri, vel avo necessitatem faciendi inventarium bonorum per mortem uxoris, vel alterius, quando ex illis supersunt filij impuberes, vel minores 25. annorum, intra duos menses à die mortis computandos, coram iudice pupillorum, pœna imposita amittendi successionem eorum, si non faciant inventarium intra illud spatium, & subjungebat hæc verba: *E mais se for seu pay, ou avò, serà privado do usufructo de seus bens*, nam respectu avi stare non potest ea decisio, quia in eo casu cum privabat avum usufructu bonorum adventitiorum nepotum, præsupponebat eum habere,
- 68 quia privatio præsupponit habitum L. 1. ff. quibus modis usufruct. amittatur, L. manumissiones, ff. de justitia, & jure, ubi Fason. num. 12. Everard. in topic. in loco de privatione ad habitum: sed avus
- 69 non habet nepotes in potestate in Regno Lusitano, ut supra deduximus; ergo non potest habere usumfructum avus in bonis adventitiis nepotum, ac cessante patria potestate, à qua causatur usufructus paternus in bonis filiorum, & nepotum, in principio Institut. per quas personas nobis acquiritur, nec potestas
- 70 egreditur filiorum primum gradum, & ita hanc annotationem fecit Costa in d. §. & quid sit tantum, num. 242. & ideo in nova Ordin. non repetuntur ea verba, & illa privatio usufructus tantum restricta est ad patrem, non facientem inventarium intra duos menses computandos à die mortis uxoris superstitibus filiis minoribus 25. annorum, & imponitur ea privatio per verba de futuro, ibi: E

mais se for seu pay, serà privado do usufructo de seus bens: & ideo oportet, quod pater accusetur, & super ea privatione feratur sententia ex doctrina Bald in L. jubemus, num. 2. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, Tiraquel. in L. si unquam, verbo, revertatur, à n. 39.

Plures alios effectus resultantes ex emancipatione per matrimonium prosequuntur Gomes. d. L. 47. Taur. numer. ultim. Cald. in L. sicuratorem, verb. læsis, à num. 48. Cod. de in integr. restitut. Azeved. in d. L. 8. quos consule. Quod autem per Clericatum filius non exeat de patris potestate (quod est assumptum hujus allegationis) probatur in Authent. Presbyteros, Cod. de Episcopis, & Clericis, cap. constitutus, ubi Abb. num. 3. de restitut. in integrum, idem Abb. in cap. indecorum, de etate, & qualitate, Belamera decis. 731. ad fin. Boer. decis. 121. numer. 12. Peres ad leges Ordinam. lib. 1. titul. 3 L. 1. column. 112. vers. præterea, Angel. num. 5. & Joann. Ovin. in §. filiusfamilias, Instit. quibus mod. jus patriæ potestat. solvitur.

Quod etiam procedit in Sacerdote, quia nullus ordo Sacerdotalis liberat filium à patria potestate infra Episcopatum. Innocent. d. cap. indecorum, de etate, & qualitate; & est communis ex Fason. in d. L. patre furioso, n. 50. Molin. d. disput. versic. sexto, Alvar. Valsc. consult. 108. num. 30. ex quibus convincitur non bene dixisse gloss. in d. cap. indecorum, nec in cap. cum voluntate de sententia excommunicat. quod ex quolibet ordine Sacerdotali solvitur patria potestas, ut etiam tenuerunt Bartol. in d. L. patre furioso, ad finem, & in Auth. constitutio, quæ de dignitatibus, §. palam, Bald. in L. apud hostes, num. 6. Cod. de suis, & legitimis hæredibus, referendo Hosliens. in d. cap. indecorum, Fason. in d. L. qui se patris, num. 18. Cod. unde liber. Guido dec. 382. n. 2. Mier. de maiorat. 4. part. limitat. 1. quest. 1. num. 5. Joann. Gratian. regul. 198. n. 1.

Nec item bene dixit Didacus de Spino de testam. gloss. rub. 4. n. 21. dum dixit

dixit hoc communiter tenere Doctores in *d. cap. indecorum*, quod per Sacerdotium filius liberatur à patria potestate, cum in contrarium sit communis opinio, ut testantur *Caldas in d. L. si curatorem, verbo, lesis num. 130. & Joan. Gratian. d. regul. 198. num. 2.* possunt tamen com-

75 cordari opiniones, quòd per Clericatum, & Sacerdotium non liberatur filius familias à patria potestate, quoad omnes effectus, sed quoad aliquos: ut per *Anton. in dict. cap. indecorum, num. ult. Caldas d. verbo, lesis, n. 130. versic. tamen, Orosco. in dict. L. patre furioso num. 10.*

76 declarando, quòd liberat quoad spiritualia, non quoad temporalia. *Gratian. d. num. 5. & refertur in 1. tomo communium opin. lib. 8. titul. 29. versic. & quavis, & probatur ex cap. fin. de judic. lib. 6. Joann. Gutierr. de tutel. lib. 3. capit. 32. num. 5.*

77 Sicut nec etiam militia sæcularis, vel senatoria dignitas solvit patriam potestatem ex *dict. §. filiusfamilias*, ubi *Joann. Ovin. num. 5. Bald. in L. si maritus, Cod. de patria potestate, Jason. dict. L. patre furioso, ad finem*, dicunt idem esse in doctoratu, refertur in *dict. tit. 29. commun. versic. nec etiam tollitur, Alvar. Valasc. d. consult. 108. num. 22.* Sunt ta-

79 men plures dignitates, per quas filius exit à patris potestate: nempe dignitas Episcopalis, ut probatur in *d. Authent. constitutio, quæ de dignit. collat. 6.* unde desumpta est *Authent. sed Episcopalis, Cod. de Episcopis, & Clericis*, idem probatur in *capit. per venerabilem, qui filij sint legitim. gloss. L. 1. ad fin. ff. ad Senat. consult. Macedon. Bart. in L. maritus, Cod. de patr. potest. L. 65. titul. 5. part. 1.* ubi *Montalv. & Gregor. Lopes, Molina Theolog. dict. disput. 229. versic. sextus, gloss. verbo, illico, Angel. num. 5. Ovin. num. 3. Pichard. numer. 3. in d. §. filiusfamilias, Joan. Gratian. d. regul. 198. in princip.*

80 Hæc solutio patriæ potestatis per Episcopalem dignitatem non est quoad omnes juris effectus, tam utiles, quàm nocivos filio, sicut diximus in filio eman-

cipato per matrimonium, sed tantum quoad effectus utiles filio Episcopo, ut probatur in *d. Authent. constitutio, quæ de dignitat. §. ultim. Bart. L. item in potestate, ff. qui sunt sui, vel alien. jur. Jason. numer. 49. & Orosco. col. 226. in d. L. patre furioso, Guilhelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo, si absque liberis 2. num. 52. de testament. Gregor. Lop. in L. 14. titul. 18. gloss. fin. partit. 4. Joan. Ovin. & Pichard in d. §. filiusfamilias, alios citando, & Joan. Gratian. d. regul. 198. n. 6.*

Hinc descendit, quòd talis filius⁸¹ Episcopus retinet jura civitatis ex eadem *Authent. constit. quæ de dignitatibus, §. illud*, & ibi notat *Angel.* & est communis opinio, de qua per *Gomes. 1. tomo cap. 9. num. 11. Gutierr. §. sui, num. 11. Institut. de heredum qualitat. & differ. quos refert, & sequitur Joan. Gratian. d. regul. 198. num. 6. & 7. Molin. Theol. d. disput. 229. versic. octavus: quod idem in Cardinalibus docent Barbat. in tractat. de Cardinal. 1. part. quest. 1. n. 69. post glossam, in Extravagant. execrabilis, verbo, sublimitatem de præbend. inter communes, refertur in 2. tomo, Commun. d. titul. 29. versic. item filiusfamilias creatus, Covarr. cap. quia nos de testam. num. 5. Molin. dicta disputat. 229. vers. sextus.*

Solvitur item potestas per dignita-⁸² tem patriciatus, de qua per *Imperatorem in d. §. filiusfamilias, Institut. quibus modis jus patriæ potestatis solvit. ibi: sed ex constitutione nostra summa patriciatus dignitas illico imperialibus codicillis præstitis filiū à patria potestate liberat: quis enim patiatur patrem quidem posse per emancipationē modum potestatis suæ nexibus filium liberare, imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi pater elegit, ab aliena eximere potestate: & fait textus iste deductus à L. fin. Codic. de consulib. lib. 2. ubi Justinian. addit alia verba, ibi: Ne si contrarium approbetur, per quamcumque machinationem imperialis maiestas minui videatur, & hoc quidem rarò contingere satis*

certum

cētum est, nemo enim facile respexit fili-
 um familias in patriciatus honorem pro-
 vectum, quemadmodum in consulibus hæc
 res usitata est? Sed ne quin in parte tem-
 poris tale eveniat, & sine legibus invenia-
 tur, ideo hæc nobis visa sunt sancienda,
 83 & ibi notant gloss. Bartol. Lucas de Pe-
 na, & Platea idem scribentes in d. §. fi-
 lius familias, & in L. 7. titul. 18. part. 4.
 & ibi hanc dignitatem patriciatus trans-
 84 cribit in dignitatem de Conselheiro de
 Imperador, ou Rey, & eo ipso quòd est
 electus, & literæ electionis præsentatæ
 electo, inducitur solutio patriæ potesta-
 tis, ut docent gloss. Bartol. Lucas, &
 Platea, in d. L. final. Doctores in d. §.
 filius familias, & sic intelligenda est d.
 L. 7. ibi: La primera dellas es, quando el
 Emperador, ò Rey elege a alguno por su
 Consejero. Ca luego que tal eleccion es he-
 cha, y el Imperador, ò El-Rey lo haze sa-
 ber a aquel que elige, ò diziendole gelo el
 mismo por palabra, ò embiando gelo dezir
 por algun hombre, ò por su carta, sale por
 ende de poder de su padre, y a tal consejero
 como este llaman en Latin patricio, que es
 assi como padre del Principe: de ea agit
 Petrus Tholos. syntagm. lib. 47. cap. 16.
 85 Solvitur item patria potestas per di-
 gnitatem Consulis, vel præfecti Prætorio,
 quæ correspondet a Juiz geral da
 Corte do Imperador, ou Rey, dignitas
 86 consulis, y Adelantado mayor da Corte,
 dignitas præfecti Prætorio, que es puesto
 como en lugar del Rey, y que es mayor que
 todos los otros officiales para juzgar, y li-
 brar en ella todos los pleytos del Reyno, y
 las alçadas de los Fuezes de Corte, que
 vcnieren ante ello, y este tal es puesto en
 tanta dignidad. Ca assim como no pueden
 appellar de sentenciam que dà el Impera-
 dor, ò El-Rey. Bien assi no se puede al-
 car de la que dà el tal Prefecto Pretorio,
 mas puedenle pedir merced que vea, ò
 emiende su sentenciam; & ita declaratur
 in L. 8. titul. 18. part. 4. & de dignitate
 Consulis habetur in L. 2. Codic. ubi Sena-
 87 tor, vel clarissim. & in dicta Authent.
 constit. quæ de dignitatib. §. nunc autem,
 per quam corrigitur dictus §. filius fami-

lias, dum dicebat, quòd consularis di-
 gnitas non liberabat à patria potestate,
 ut ibi advertit gloss. verbo, non liberat, ad
 finem: & in dict. L. fin. schol. ultim. &
 de dignitate Præfecti Prætorio tractat
 L. 1. ff. de offic. Præfecti Pretor. L. si
 quis adversus, Authent. quæ supplicatio,
 Cod. de precibus Imperatori offerend. &
 de ejus effectu in liberando à patria po-
 testate agit Imperat. in dicta Authent.
 constit. quæ de dignitatibus, vers. & si
 quos nos, de ea agit Petrus Thol. lib. 47.
 cap. 15.

Occurrit alia dignitas, quæ vocatur⁸⁸
 Præfectus urbis, de qua agitur in L. 1. ff.
 de officio Præfect. urb. & hæc liberat fi-
 lium à patria potestate, ex d. Authent.
 constitutio, quæ de dignitat. dict. versic.
 & si quos, & ex L. 9. tit. 18. part. 4. Alia
 est dignitas Quæstoris, de qua agitur in
 L. 1. ff. de offic. quæstor. & hæc liberat
 filium à patris potestate, ex L. 10. d. tit.
 18. p. 4. Tholos. d. lib. 47. cap. 35.

Alia est dignitas, quæ vocatur Ma-⁸⁹
 gister militum, de qua in titulo, Cod. de
 officio magistri militum, L. 16. titul. 9.
 part. 2. nam hæc liberat à patria potesta-
 te, dicta Authent. constit. dict. versic. &
 si quos, L. 11. dicta L. 18. part. 4. de ea
 agit Tholosan. dicto lib. 47. cap. 18. Alia⁹⁰
 est dignitas Procuratoris fisci, & alia
 quæ vocatur Princeps agentium in rebus
 ex L. fin. Cod. de Princip. agentium in⁹¹
 rebus, & ad hoc propositum citat etiam
 Lucas de Pen. L. 5. Cod. de Consulibus,
 lib. 12. sed est in L. fin. Cod. de decurion.
 lib. 10. & probat L. 12. dict. tit. 18. p. 4.
 Tholos. lib. 49. cap. 7. Vestrius ad præct.
 Roman. Cur. cap. 8. lib. 12. Alia est digni-⁹²
 tas Magistri sacri scrinij libellorum, quæ
 vocatur Cancellarius, & ha de ter em
 guarda os sellos do Imperador, ou do
 Rey, & as arcas dos escritos da Chan-
 cellaria, & deve ver, & examinar todas
 as cartas que vem á Chancellaria antes
 que as sellem, & passar as que entende
 que são direitas, & as outras cancella-
 das, de qua dignitate latè agitur in L. 4.
 titul. 9. part. 2. & apud Lusitanos in Or-
 dinat. lib. 1. titul. 2. & specialia hujus di-
 gni-

- nitatis refert *Gregor. dict. L. 4.* & quòd liberet à patris potestate, probat *L. 13. titul. 18. part. 4. de ea Tholosan. lib. 47. cap. 29.*
- 93 Additur alia dignitas, quæ solvit patriam potestatem, quæ vocatur Notarius Imperatoris, vel Regis, cujus officium versatur em notar, & registrar os privilegios, & cartas que sahem da Corte, ou que enviaõ de outra parte, que manda El-Rey registrar por haver memoria della, sendo mister, & deve fazer notar todos os pleitos que se livrarem ante El-Rey, ou ante o Prefecto pretorio, de quo officio agitur in *L. 7. titul. 9. part. 2. ubi gloss. & eos notarios vocat, secretarios hodie, & quòd summè honorandi sunt, quos Princeps ipse honorat, secreta sua eis committendo, ut in L. proximos, Cod. de proxim. sacr. scrip. lib. 12. & ista dignitas liberat filium à patria potestate, ex L. 13. titul. 18. part. 4.*
- 94 Has omnes dignitates, quæ liberant filium à patria potestate, refert *Platea in d. L. fin. num. 1. Codic. de decurionibus lib. 10. cum Imperatore, ibi, & Molina Theologus dicta disput. 229. versicul. octavus.*
- 95 Datur tamen quædam differentia, quia dignitates patritiatus, & cõsularis sola electione intimata electo, filium liberat à patria potestate, cæteræ verò non liberant, nisi ubi administrare cœperit ex *gloss. verbo, illico, Platea d. L. fin. num. 3. Cod. de consulibus.* Rursus non cessat dicta liberatio à patria potestate, licet cesset illa dignitas ex *d. Authent. constit. quæ de dignitatibus, §. fin. ibi: Quoniam omne bonum, sive à Deo acquiritur hominibus, sive ab imperio sequente Deum, docet esse mansurum, & omnis malitiæ ac diminutionis extraneum: gloss. L. qui liberatus 12. ff. de adoptionibus, Platea in d. L. fin. Cod. de consulibus, num. 3. ad fin. Matienço L. 9. tit. 1. gloss. 3. num. 2. lib. 5. novæ collect.* Rursus, quòd ista liberatio à patria potestate prodest filio in suis utilibus, non nocet in damnosis ex *d. Authent. constit. quæ de dignitatibus, §. ultim. Gregorius*
- in d. L. 14. tit. 18. part. 4. schol. fin. & ideo cum sit utile habere plenam proprietatem bonorum suorum adventitiorum, privabitur pater usufructu, ex gloss. verbo, donans, dict. Authent. constit. §. penult. Gregor. in lege 15. verb. retener, in titul. 18. partit. 4. Molin. Theolog. d. disput. 229. versic. octavus, ubi reprobar Gomes. contrarium tenentem in L. 48. Taur. num. 6. in fin. & probo opinionem contra Gomes. sive sint bona acquisita ante acquisitam aliquam ex dictis dignitatibus, sive post, nam data emancipatione patris, usufructus extinguitur, & tenetur filio plenè tradere.*
- Est alia liberatio patriæ potestatis, quæ inducitur per Monachatum, *gloss. verbo, cum statum, Bart. num. 3. & Alb. num. 9. in L. si ex causa, §. Pomponius, ff. de minoribus, gloss. verbo, occasionem, in d. Authent. constitutio, quæ de dignitatibus, Alber. num. 28. Paul. col. 2. in Authent. ingressi, Codic. de sacrosanctis Ecclesiis, Angel. num. 5. Ovin. num. 7. in dict. §. filiusfamilias, Institut. quibus modis jus patr. potest. solv. Alexand. & Jason. in L. si sub conditione, ff. de liberis, & posth. Boer. dec. 121. ad fin. Gom. 1. tom. cap. 3. numer. 10. ad fin. Pinel. in L. 1. Codic. de bonis matern. 1. part. n. 48. Alvar. Valasc. consult. 108. num. 5. 2. p. Joan. Gratian. regul. 198. n. 2.*
- Habent hæc locum tam in patre, quàm in filio religionem ingredientibus, quia per Monachatum transeunt in potestatem Abbatis, & solvitur inter eos patria potestas, *Salicet. in Authent. si qua mulier, n. 2. versic. sed contra, Cod. de sacrosanct. Eccles. Fulgos. in Authent. idem est, num. 2. Cod. de bonis, quæ liberis, Joan. Ovin. d. §. filiusfamilias, n. 7. & hanc esse veriore, & receptiore opinionem testatur Costa in cap. si pater, verbo, testatore mortuo, n. 11. de testam. lib. 6. Covarr. cap. 2. numer. 8. de testam. & post Navar. Molin. disput. 140. vers. utrum autem in 1. tom. de just. & jur. Fas. d. L. patre furioso, num. 45. & 46. & de utroque mēbro refertur in 2. tomo commun. opin. lib. 8. tit. 29. n. 2. & 3.*

- 102 Est tamen differentia notabilis, quia quando pater ingreditur religionem, & profitetur, filius fit sui juris, & potest testari, & cætera quævis gerere ritè, tâquam paterfamilias, ex cõmuni de qua per *Jason. d. L. patre furioso, numer. 45. Boer. dec. 112. num. 5. Francisc. Vivius lib. 1. opinion. 121.* Item ususfructus, quem pater habet in bonis advertentiis filij, finitur, nec amplius penes ipsum patrem manet, nec monasterio acquiritur, sed consolidatur in ipsum filium cû proprietate, ut per *Salic. in d. Authent. idem est Hipolyt. singular. 688.* communis secundum *Covar. cap. quia, n. 8. de testamen.* sed in hoc puncto contrarium tenet *gloss. in eadem Authent. idem est*, dicens non finiri usumfructum patris per ipsius ingressum in religionem, sequuntur *Bald. num. 3. & Paulus n. 7. in d. Authent. excipitur*, idem tenet *Bartol. in repetition. Authent. ingressi num. 49. Codic. de sacrosanct. Eccles. dicens eam glossam dicere verû, quanvis*
- 103 Bart. in d. Authent. idem est, ad fin. & *Abb. in cap. in præsentia, n. 72. de prob.* dicant perdere dimidiam partem ususfructus, quia ingrediendo monasterium censetur factò suo filium emancipare, sed eam distinctionem reprobant *Cov. d. cap. 2. num. 8. de testam. Gomes. d. L. 43. Taur. num. 8. versic. verumtamen, & Faquin. lib. 6. controversiarum jur. civil. cap. 12.* ubi refert has tres opiniones & primam sequitur novo fundamento, & eandem sequuntur *Castro in L. cum oportet, num. 131. Cod. de bonis quæ liberis, & Castell. de usufructu cap. 64. à n. 5.* sed in Regno Lusitano sequenda est opinio glossæ communiter receptæ, ut per ingressum patris in religionem non amittatur ususfructus, sed retineatur donec alio legitimo modo finiatur, ex *Ord. lib. 3. tit. 64. §. 1.*
- 104 Hinc oritur, quod satis bene *Emmanuel Soares in suis communibus, verbo, religionem si pater ingrediatur*, reprehendit *Alexãd. & alios citatos per Francisc. Vivium, lib. 2. opinione 220.* dicentes esse receptum, quod finiatur ususfructus in bonis adventitiis filij patre ingrediente religionem, quia glossæ opinionem esse magis communiter receptam ostendit *Pinel. in L. 1. Codic. de bonis matern. 1. part. num. 47.* quæ opinio approbatur per *Gutierr. Canonicar, quæstion. lib. 2. cap. 1. num. 100.* dicens ab ea non esse recedendum, & *Cavall. de communibus contra commun. quæst. 64. Molina Theolog. de justit. & jure in tom. disput. 9. versic. ultim. & disputat. 140. versic. an verò.*
- 105 Quando autem filius ingreditur religionem, non privatur pater ususfructu bonorum ipsius ex *Decio in cap. in præsentia, numer. 62. de probation. Roderic. Soares de maioratu, col. penult. Gomes. L. 9. Taur. num. 11. in fin. Pinel. in L. 1. part. 1. Cod. de bonis maternis, num. 43. Caldas dict. L. sicuratorem, verbo, lesis, num. 143. Emman. Soares in dict. verbo, religionem si pater, Castro in dict. L. cum oportet, num. 129. Castell. de usufruct. lib. 1. cap. 65. num. 1. refertur in 2. tomo commun. opin. lib. 8. tit. 29. num. 2. Molin. Theolog. dict. disput. 140. versicul. utrum & satis est, quod ingrediatur religionem approbatam *Montalv. in L. fin. tit. 11. lib. fori legum, gloss. verbo, salier de supoder, Joan. Gratian. regul. 198. num. 3.* quod bene potest verificari in militibus Sancti Joannis Hierosolymitani, qui sunt veri religiosi. *Cassan. in consuetud. Burgund. rubric. 3. §. 7. n. 18. Domin. de Soto de justit. & jure, lib. 7. quæst. 5. articul. 3. column. penult. vers. ex his, Navar. conf. 21. lib. 3. sub titul. de regularibus, Frater Emman. Roæ. l. 1. quæstion. regular. quæst. 1. artic. 6.* non tamen verificabitur in filiis profitentibus alium Ordinem militiæ Christi, Sancti Jacobi, Sancti Benedicti de Aviz, *Alvar. Valasc. consult. 108. n. 23.**
- 106 Habet tamen filius religionem ingressus jura suitatis, ac si monasterium non intrasset, & in potestate patris naturalis maneret: hanc conclusionem probat text. in *L. Deo nobis, §. 1. Cod. de Episcopis, & Clericis, & ibi notant Bald. num. 4. & Paulus num. 3. & Fas.*
- 107

in d. L. patre furioso, num. 47. ubi testatur hanc esse veram sententiam, & pro ea consuluisse, & ita Doctores communiter concludere dicit Joann. Ovin. in d. §. filius familias, num. 9. Gomes. 1. tom. cap. 3. num. 20. ad finem, ubi allegat ita tenere Bartol. in L. item in potestate, ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. jur. & in L. apud hostes, Codic. de suis, & legitimis heredib. Idem docent Gomes. d. 1. tom. cap. 9. num. 10. Guilhelm. d. cap. Raynuntius, verbo, & uxorem nomine Adelasiam, titulo de successione ab intestato, num. 214. sic etiam talis filius religionem ingressus proficit patri, ac si esset in sæculo, & in potestate patris, ut in casu de quo per Joann. Platen, Angel. Fason. ad Portium, in §. excusantur, Instit. de excus. tutor. Costa de maioratu, 1. p. n. 35.

114 Quavis filius per Clericatum retineatur in patris potestate, nihilominus tamen poterit testari de bonis, & limitatur regula juris, quæ dicitur filium familias non posse testari de bonis adventitiis, de qua in L. qui in potestate 6. in princip. ff. de testamen. in princip. Inst. quibus non est permixtum facere testamēt. quod procedit etiam si in illis bonis pater non habeat usumfructum ex L. pen. Codic. qui testament. facere non possunt, ubi gloss. Angel. Paul. Alexand. & Fas. Decius, & Julius Clarus, §. testament. quest. 18. num. 2. Joseph. Ludovic. de testament. conclus. 5. & pater consentiat, ex cap. penult. junctā gloss. verbo, judicare, de sepultur. lib. 6. Aret. d. L. qui in potestate. Ful. Clar. §. testamentum, q. 18. Crassus §. testamentum, quest. 23. Valasc. Avendañ. in L. 4. Taur. gloss. 5. Ordin. Lusitan. lib. 4. tit. 81. §. 3. in novis. Excipe nisi sit ad pias causas interveniente patris consensu, ex communi de qua per Covarr. in rub. de testament. 3. p. num. 23. Menchac. de success. creat. §. 22. num. 8. Ful. Clar. §. testament. q. 5. num. 6. Crassus in eodem §. testamentum, quest. 17. num. 12. per tex. in dicto cap. penult. §. ultim. cum gloss. de sepultur. lib. 6. Molin. Theolog. 1. tom. disput. 138. versic. dubium, Joann. Guilhelm. L. 5. Taur.

n. 9. declarando, ut per Joann. Guilhelm. L. 5. Taur. num. 9. declarando, ut per Burgos de Paz L. 3. Taur. n. 772.

Quod autem filius familias Clericus possit testari de bonis suis, docent glossa in cap. ingredientibus 14. question. ultim. Palat. repet. rub. §. 42. numer. 7. Joann. Guilhelm. in d. L. 5. Taur. n. 13. & 14. locuti in Clericis etiam in minoribus, quod etiam docent Guilhelm. in cap. Raynuntius, verbo matrem, num. 18. & 19. Molin. Theolog. d. disputat. 138. versic. licet, & sequent. Peres ad L. 1. titul. 3. lib. 1. Ordinam. colūm. 112. versic. Clericus præterea, Spinus de testament. rub. 4. num. 22. Alvar. Valasc. dict. consult. 108. num. 14. Abb. d. cap. quia nos, & ibi Covarr. dicens esse cōmunem opinionem, Crassus §. testamentum, q. 23. versic. penult. Unde datur cautela filiis familias, ut possint testari, quod accipiant saltem primam tonsuram: hanc cautelam docent Cæpol. cautel. 113. n. 2. Fason. in L. filie num. 5. Codic. de collation. Didacus de Sugura in L. Imperator num. 63. ff. ad Trebelian. Peres d. L. 1. column. 113. Guilhelm. in dict. cap. Raynuntius, verbo, matrem, n. 19. Palat. d. §. 42. num. 7. Et erit hæc cautela proficua in hoc Regno Lusitano, in quo filii familias in patris potestate constituti, non possunt de bonis adventitiis disponere, ut supra deduxi. Sed apud Castellanos non erit necessaria hæc cautela, cum omnis filius habens legitimam ætatem testari possit de bonis suis, ac si esset liberatus à patria potestate de jure ejus Regni, ex dict. L. 5. Taur. ibi: El hijo que està en poder de su padre, siendo de edad legitima para hazer testamento, puede hazer testamento, como si estuviese fuera de su poder. Quæ lex est repetita in L. 4. titul. 4. lib. 5. novæ collect. & advertunt additio ad Palat. dict. §. 42. num. 7. lit. A. Cervantes in dict. L. 5. Taur. num. 17. Pichard. in princ. n. 81. Instit. quibus modis non est permixtum facere testamentum, Molina d. disput. 138. versic. in Regno verò. Quod idem erit observandum in aliis Regnis, in

quibus non curatur de patria potestate, ut apud Gallos, & Britones, ex gloss. verbo, Romanorum, in §. jus autem, instit. de patria potestate, Bald. cap. 1. §. si duo de duob. fratrib. & in aliis locis citatis per additionem ad gloss. verbo, Romanorum, in eodem §. jus autem, Guilhelm. d. verbo, matrem, num. 22. Peres ad Seguram in d. L. Imperator num. 97. Martiengo d. L. 4. gloss. l.

121 Erit tamen utilis ea cautela etiam in filiis familias Castellanorum, respectu bonorum existentium in aliis Regnis, ubi jus commune observatur, quia quoad illa non extenditur testamentum, ut docent *And. Gayl. lib. 2. practicarum observat. cap. 124. num. 12. Gomes. L. 5. Tour. num. 2. Azeved. d. L. 4. num. 15.*

122 De jure autem communi filius familias testari non potest, nisi de bonis Castrensibus, vel quasi Castrensibus, ex *Guilhelm. d. verbo, matrem, n. 6. & 7. Julius Clar. d. quest. 18. num. 6. per text. in. L. fin. Codic. de in officioso testament. Crassus d. quest. 23. versic. item, ubi Molin. Theologus dict. disputat. 138. in 1. tomo de justitia, & jure, in principio, Andr. Gayl. d. cap. 124. num. 11. Ordin. Lusitan. d. tit. 81. §. 3. ibi; Porém dos castrenses, ou quasi castrenses poderã licitamente dispor, & fazer testamento, inda que o paylho não consinta, tendo ida de legitima.*

123 Facultas concessa Clericis testandi, quando sunt initiati in prima tonsura, vel in minoribus ordinibus constituti, tantum illis competit qui habent beneficium Ecclesiasticum, vel habitum, & tonsuram deferunt Clericalem, & de mandato Episcopi sunt addicti servitio alicujus Ecclesiæ, vel de ejus licentia versantur in Seminario Clericorum, vel in aliqua Schola, vel Universitate, quasi, in via ad maiores ordines, ex decreto Concilii Trident. & ita invenio quod hanc declarationem fecerunt *Didacus de Spino, d. gloss. rub. 4. num. 21. Molina d. disput. 138. versic. Covarr. ubi dixit in hæc verba: Credo tamen per contrariam consuetudinem, & propter eorum multi-*

tudinem, qui ad primam tonsuram, & minores ordines præteritis temporibus promovebantur, id locum non habere, nisi in his Clericis primæ tonsuræ, qui vel beneficium habent Ecclesiasticum, vel hodie juxta Concilium Tridentinum, sess. 23. de reformatione, gaudent privilegio fori: & disput. 231. versic. item quasi, quidquid aliud teneat Castro male explicans in d. L. cum oportet, numer. 167. & Parlador. de different. quotid. differ. 123. §. 2. n. 7.

Est tamen notandum, quod ea facultas testandi concessa filiis familias Clericis, intelligitur tributa tam in bonis, quæ ipsi acquirunt intuitu Ecclesiæ, & post ordines susceptos, quàm in his, quæ ante Clericatum habebant, etiam ex causa adventitia, quod bene probatur ex text. in *Authent. Presbyteros, Cod. de Episcopis, & Clericis, ibi: Presbyteros, & Diaconos, & Subdiaconos, Cantores, Lectores, (quos omnes Clericos appellamus) res quomodolibet ad eorum dominium venientes habere in sua potestate præcipimus, ad similitudinem Castrensium peculiarium, & donare cui volunt secundum leges, & in his testari, licet sub parentum sint potestate, & in corpore unde sumitur, in Authent. de sanctissim. Episcop. §. Presbyteros, col. lat. 9.*

Et licet *Bart. in L. sacrosanctæ, C. 125 de Episcopis, & Clericis*, intelligat de omnibus, quæ ratione Clericatus lucrantur, tamen verius est, quod in omnibus bonis, sive intuitu Ecclesiæ acquisitis, sive ex alia quacumque causa adventitia obveniant, de omnibus testari possunt, ut dixi ponderando verba text. in *d. Authent. Presbyteros, ibi: Quomodolibet*, quæ sunt universalia, & omnia comprehendunt, *cap. indemnitatibus, §. si qua verò, ubi Archidiacon. Joan. And. Domin. de election. lib. 6. Menoch. de recuperand. possession. remed. 6. num. 15. idem probatur in d. cap. quianos, de testam. ubi Abb. column. 19. versic. ego aliter dicerem, & Anton. extendens hanc doctrinam ad Clericos pri-*

primæ tonsuræ, & Soares de maioratu, num. 31. 32. & 33. ubi pro ea citat L. 3. tit. 21. part. 1. idem Guilhelm. dict. verb. matrem, numer. 19. in cap. Raynuntius, Ferdinand. Gomes Arias in L. 3. Taur. u. 3. Molina dicta disputatione 138. versic. licet.

126 Hæc tamen doctrina recipit aliquot limitationes, quarum prima est, quia si testetur de bonis ante Clericatum quæsitis, testabitur absque præjudicio usufructus paterni, quem pater non amisit per Clericatum filii, argumento L. fin. §. si verò defuncta persona, Cod. ad Tertilian. d. L. sacrosanct. & probatur ratione: quia quando permittitur filio testari, intelligitur sine damno patris, ex Bart. L. 1. num. 21. Cod. de sacrosanct. Eccles. & in terminis statuti id permittentis tenuit Bald. in L. si quæramus ad fin. ff. de testam. Imol. d. cap. quia ingredientibus, num. 28. Guilhelm. dicto verbo, matrem, num. 24. quos refert Matienço in d. L. 4. gloss. 3. tit. 4. numer. 5. lib. 5. novæ collect. & ita ex Fabro in dict. Authent. ingressi, & ex Decio in dict. cap. in præsentia, num. 64. de probat. resolvit Covar. in d. cap. quia nos, num. 2. Soares de maiorat. num. 36. & 37. Gregor. Lop. in L. 13. tit. 1. part. 6. verbo, que está em poder, Gom. d. L. 45 Taur. num. 7. Pinel. L. 1. Cod. bonis maternis, 1. part. n. 43. & 44. Tellius Fernand. L. 5. Taur. n. 6. & ibi Avendañ. gloss. 5. Matienço dict. L. 4. gloss. 3. numer. 3. & 4. Molin. Hispan. de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 15. alter Molina Theologus d. disput. 138. versic. Covar. verò, & sequent. ubi vers. ex his reprobatur Gomes. dict. L. 48. Taur.

127 numer. 7. tenentem neque bonorum acquiritorum per filium Clericum post Clericatum habere administrationem, & usufructum, sed utrumque pertinere ad patrem, & eum probat Didac. Gomes. Corneio ad eum, sed loquuntur contra communes traditiones, in quem errorem etiam elapsus est Emmanuel Mendez à Castro in d. L. cum oportet,

128 num. 163. dum intelligit dict. Authent. Presbiteros, de bonis, quæ Clericus ex

Clericatu acquisivit, ut de illis tantum possit disponere, & testari, quia restringit ejus generalitatem cum temperamento de quo supra, ut de bonis adventitiis ante Clericatum quæsitis possit disponere, & testari sine præjudicio usufructus patris, & de bonis quæsitis post Clericatum possit testari in plena proprietate, quia in eis cessat usufructus patris, ut etiam docent Peralta in rubr. ff. de hæredib. inst. num. 181. Tellius Ferdinand. in d. L. 5. Taur. num. 3. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 9. numer. 22. Mieres de maiorat. 1. part. quæst. 1. à n. 45. Roder. Alvarad. lib. 2. de conject. mente testator. cap. 1. à num. 8. Acervantes dict. L. 5. à n. 24. licet ipse pro, & contra disputando contrarium teneat, & hanc doctrinam applicat Molin. Hispan. dict. cap. 9. num. 25. ad filium conjugatum, quia si ante benedictionem acceptam in facie Ecclesiæ testetur, vel disponat non poterit patri præjudicare in usufructu, quem retinet, cum ante benedictionem non exeat de potestate patris stante lege Castellæ, & idem sentit Castell. de usufructu lib. 1. capit. 3. à num. 79.

Secunda limitatio est, quod talis filius debet reservare patri suam legitimam, à qua non potest eum privare sine legitima causa, ex text. in dict. Authent. Presbiteros, Cod. de Episcopis, & Clericis, ibi: Sic tamen, ut horum filii, aut his non extantibus, parentes eorum legitimam ferant partem: docent Navarr. in Manuali Latino, cap. 17. num. 142. Molina disputat. 138. in versicul. Clericatus, alter Molina Hispan. d. cap. 9. numer. 21. Mieres de maioratu, alios referens, dicta quæst. 1. num. 44. Acervantes dict. L. 5. Taur. à num. 21. & probatur ex Ordin. Lusitan. tam antiq. lib. 4. tit. 70. in principio, & §. 4. quam nova, lib. 4. tit. 82. in princip. & §. 4.

Tertia limitatio est, & supposito, quod pater non habet usufructum in bonis filii quæsitis post Clericatum, ex Bald. in dict. L. sacrosanctæ, Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, & in dict. Authent.

Presbiteros, Hostiens. & Abb. in d. cap. quia nos, Palat. d. §. 42. num. 6. Soares sic fuisse iudicatum testatur de maioratu num. 31. Rojas de succession. cap. 17. n. 5. quòd in his bonis relicta patri legitima potest disponere de alia parte ad se pertinente in proprietate, & in usufructu, & in aliis bonis ante Clericatum, in quibus patris usufructus est, disponit, & testatur, tam in vita, quàm in morte de sua tertia in proprietate, & non in usufructu, & late per Joann. de Rojas de successionib. cap. 29. num. 23. versic. quarto ampliatur, Joann. Gutierrez pract. lib. 2. quest. 40. num. 3. Avend. d. L. 5. Taur. gloss. 5. Azevedus in L. 1. titul. 8. num. 5. lib. 5. novæ collect. quicquid aliter Cald. d. L. si curatorem, verbo, lesis, num. 130.

132 & hinc reprobatur opinio Gomes. in L. 6. Taur. num. 14. ubi tenet, quòd quando filius relinquit tertiam alicui extraneo, vel pro anima, non poterit pater in ea usumfructum habere, sed tradetur ei cui relicta est in proprietate, & in usufructu, & eam opinionem reprobat Matienço in dict. L. 4. gloss. 3. num. 4. post Tell. Fernand. in d. L. 5. Taur. n. 3.

133 Est tamen advertendum, quòd de jure Lusitano, qui habet descendentes, solum testatur de tertia, relicta duabus partibus descendentes pro legitima, ex d. Ord. sicut & de jure Castellæ, ex L. 6. Tauri, Molina Theologus 1. tomo de justitia, & jure, disput. 158. versic. de jure, Avend. in d. L. 6. gloss. 10. Matienço in L. 1. gl. 7. tit. 8. lib. 5. novæ collect. Andr. Angul. de meliorationibus, L. 10. gloss. 3. num. 11. Acervantes dict. L. 5. Taur. n. 21. & 22. Gaspar Pegad. ad L. inter cætera, ff. de liberis, & posth. 2. p. cap. 1. §. 4. num. 10. Pichard. in princip. numer. 77. & 101. Institut. quibus non est permissum facere testam.

134 An autem testamenta Clericorum subjaceant querelæ in officio si testamenti tradunt pro parte negativa, gloss. fin. & Bald. in d. Authent. Presbyteros, communis, de qua per Covar. dict. cap. quia nos, num. 6. Menchac. de success. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 85. eandem tenent Pa-

lat. num. 22. Castell. verb. succedan, in d. L. 6. Tauri, Peres ad L. 1. tit. 3. col. 7. versic. aliud etiam lib. 5. ordinament. eam tamen dubiam esse arbitratur Joann. Rojas dict. cap. 29. num. 49 ad finem, & pro parte affirmativa tenent Covar. ubi supra, & Menchac. dicens hanc esse veriorum, & non minus receptam, de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 37. & sequent. eandem tenet securè Azeved. dict. L. 8. num. 10. juvant quæ docet Jul. Clar. in §. testamentum, q. 48. n. 2.

Hæc controversia cessabit, si in Lusitania filius de sola tertia testetur, cum in aliis duabus partibus censeatur parentem instituisse, ex Ordin. ubi supra: item poterit filius facere maioratum de tertia bonorum suorum sine patris consensu. Molin. lib. 2. de primogen. d. cap. 9. num. 21. Mieres d. question. 1. num. 21. Acervantes d. L. 5. Taur. num. 60. Alvar. d. cap. 1. num. 8. Molina Theologus 3. tom. disput. 603. attenda eadem lege Castellæ; in Lusitania autem non poterit facere in testamento maioratum, nisi de tertia bonorum castrensi, vel quasi castrensi, non de bonis adventitis, in quibus non potest testari, sive in illis pater habeat usumfructum, sive non habeat, ex d. L. penult. Cod. qui testament. facere possunt, Ordin. dict. tit. 81. §. 3. & benè declarat Molin. dict. disput. 603. & apud eum, & alteram Molin. dict. cap. 9. à num. 12. prosequere, an per contractum possit facere maioratum, & qualiter.

Addo, quòd melioris conditionis est Clericus miles cælestis militiæ dictus, quàm miles sæcularis militiæ, quia hic testatur tantum de Castrensi bonis, ex text. in principio, Institut. quibus non est permissum facere testament. & in §. ultimo Institut. de militar. testament. ubi idem deciditur in aliis filiis familias, quibus est datum habere peculium quasi castrense, quos recenset ibi Acurt. in scholiis; ille autem testari potest non solum de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, sed etiam de omnibus aliis adventitiis, ex dict. Authent. Presbyteros,

notant Paul. in d. L. sacrosanct. num. 3.
Roder. Soares de maiorat. n. 33.

138 Est tamen differentia inter milites
sæculares, & cælestes, quia miles sæcu-
laris potest testari privilegio militari,
dum est in expeditione, §. sed testari,
Institut. de militar. testament. Ordinam.
Lusitana lib. 4. tit. 83. §. 6. Miles autem
139 cælestis si velit testari, debet servare
solennitates juris, ex d. §. final. Institut.
de militar. testament. licet aliàs Cleri-
cus, & miles in multis æquiparentur,
Bald. cap. ex parte, num. 2. de postuland.
Felin. in rubr. num. 5. de maioritate, &
obedientia, Jason. in L. miles, num. 11.
ff. de re judicat. refertur in 1. tom. com-
mun. opinion. lib. 1. tit. 2. numer. 122. &
173. imò dixit Peres ad leges Ordinam.
140 L. 1. tit. 3. lib. 1. column. 108. quod
Clericus est maior quocunque milite
sæculari: allegat cap. ante omnia 40. di-
stinctione, cap. Julianus 11. quest. 3.
Joan. Andr. cap. eò libentius, verbo, mi-
litie, de servis non ordinand. Si pater
141 voluerit filium familias Clericum eman-
cipare, potest hanc emancipationem fa-
cere coram iudice sæculari, vel Ecclesia-
stico, & ita docent Cyn. in L. si prædium,
Cod. de prædiis, & aliis rebus minor. Ro-
ta dec. 178. incipit: emancipatio facta, de
judic. in novis, Domin. num. 8. in cap. fin.
§. si verò de judic. lib. 6. Dec. cons. 150.
lib. 1. num. 1. Gregorius Lopes in L. 15.
verbo, el hijo, tit. 18. part. 4. quod etiam
tenet Nicol. Milis in suo repertorio, verb.
iudex sæcularis potest interponere, An-
char. regul. ea, quæ num. 22. in questione
18. de regulis juris, lib. 6. unde infertur
annotatio ad Aufrer. de potestate sæcu-
lari, regul. 2. num. 8. vers. septimo, Cabed.
dec. 80. n. ult. in 1. part. Lælius Zechiti
de Republica Ecclesiastica, tit. de Cleric.
fol. 400. versic. 12. fallit; Curia Philipp.
in 1. p. §. 5. n. 25. dum tenent emancipa-
142 tionem filii Clerici esse faciendam coram
iudice sæculari, cum etiam possit fieri co-
ram iudice Ecclesiastico.

ALLEGATIO XXX.

An Clericus faciens testamentum te-
neatur observare solennitates
juris civilis.

SUMMARIUM.

- 1 Quando Clericus facit testamentum,
& Clericum hæredem facit, non tene-
tur observare solennitates juris com-
munis.
- 2 Quod applicatur ad Clericos in mino-
ribus, si observent requisita Concilii.
- 3 Clericus conjugatus tenetur observa-
re in testamento solennitates juris ci-
vilis.

QUANDO Clericus facit testamen-
tum, & Clericum hæredem facit,
non tenetur observare in tali testamento
solennitates juris civilis, nec solennitates
requisitas de jure hujus Regni, sed po-
terit testari, secundum jus canonicum,
Bald. Authentic. cassa, quest. 5. Cod. de
sacrosanct. Eccles. Capic. dec. 201. Tell.
Fernand. in L. 3. Taur. 1. part. num. 11.
Azeved. num. 52. in L. 2. tit. 4. lib. 5. no-
væ collect. Burgos in eadem L. 3. Tauri,
num. 801. Joan. Gutierrez practicarum
question. lib. 2. quest. 49. num. 7. Men-
chac. de succession. creat. lib. 3. §. 22. à n.
37. & à num. 84. Alvar. Valasc. consult.
75. numer. 13. in 1. part. si autem faciat
hæredem laicum, debet Clericus testari
secundum solennitates juris civilis, ut tra-
dunt iidem Doctores.

Quod applicatur ad Clericos in mi-
noribus constitutos, quia si observent
requisita decreti Tridentin. session. 23.
cap. 6. testari eis sufficet, servando solen-
nitates juris Canonici, si Clericum hæ-
redem faciat: quod ita docet Burgos de
Paz in d. L. 3. Taur. num. 802. ubi tamen
fatetur secundum hanc opinionem nun-
quam vidisse iudicatum, nec in hac spe-
cie fieri debet discrimen inter testamen-
tum conditum à Clerico primæ tonsuræ:

vel ab alio controversum, & stylum, & praxim in contrarium videri: apud iudices tamen Ecclesiasticos aliud pronuntiandum esse, si Clericus primæ tonsuræ confecerit testamentum servata solennitate, *cap. cum esses de testament. & n. 803.* subjicit idem Burgos, quod testamentum Clerici conjugati, si non fuerit secundum solennitatem juris civilis in utroque foro, non valebit, quia non gaudet privilegio Clerici, nisi in duobus casibus canonis, & fori, de quibus in *cap. unic. de Cleric. conjugat. lib. 6.* cum aliis abundè traditis per Lappum, *alleg. 118. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitutionib. n. 103.*

ALLEGATIO XXXI.

An Clerici possint esse venatores, & de variis venationum speciebus.

SUMMARIUM.

- 1 An Clericus in minoribus possit esse venator quando beneficium non habet.
- 2 Clerici in minoribus carentibus beneficiis, saltè ad victum suum sufficientibus, possunt ea exercere officia secularia ex quibus vivant.
- 3 Clericus dum non est sacro ordine initiatus, & caret beneficio, potest sine peccato exercere omnia illa, quæ potest laicus.
- 4 Quibus personis Ecclesiasticis sit prohibita venatio, remissivè.
- 5 Pœna non est imponenda, nisi in casibus in jure expressis.
- 6 Plures sunt species venationis.
- 7 Quæ sit venatio oppressiva, quæ arenaria, quæ saltuosa.
- 8 Clerici in sacris, vel Beneficiati possunt causa appetitus, vel recreationis venationem clamorosa facere.
- 9 Indubio videtur fecisse, causa recreationis.
- 10 Possunt Clerici piscari.
- 11 Plures differentias inter venationem & piscationem, remissivè.

12 Apud Lusitanos sunt interdictæ venationes, aucupationes, piscationes in certis mensibus anni, & cum certis instrumentis.

Ibid. Et apud Castellanos, & sunt licite tales leges.

13 Factæ sunt tales leges in favorem publicum, & comprehendunt Ecclesiasticas personas.

Clericus in minoribus non potest esse venator, *Socin. in cap. 1. n. 13. de Clerico venatore post Hostiens. & Joan. Andr. ibi, Bernard. Dias in pract. criminal. cap. 67. num. 3. Hippolyt. Bonacose in suis communibus, verbo Clerici etiam in minoribus, refertur in 1. tomo commun. opinion. tit. 6. lib. 1. numer. 24. quamvis Anton. de Butr. in d. cap. 1. de Cleric. venator. teneat contrarium, quia non invenitur ea prohibitio facta Clericis in minoribus: & sequitur Gregor. Lop. in L. 47. tit. 6. partit. 1. hoc est, si Clericus in minoribus non sit Beneficiatus: eandem tenet Salzedo ad Bern. d. cap. 67. verb. ununtur, & hæc secunda opinio verior videtur.*

Et confirmatur ex eo, quia sæcularibus Clericis in minoribus ordinibus constitutis, & carentibus beneficiis Ecclesiasticis, saltè sibi ad victum sufficientibus, permittum est justè exercere officia, & artes prohibitas, præstare obsequia Regibus, & aliis sæcularibus conducere iidem prædia, & villas, sicut, & alii laici.

Hæc est theorica insignis Præceptoris Navarri de spoliis Clericorum, §. 7. num. 5. versic. quæ omnia, & idem Navarr. cons. 3. num. 2. lib. 3. de successione ab intestato asserit, quod Clericus nondum ordine sacro initiatus, & carens beneficio potest sine ullo peccato exercere omnia illa, quæ potest laicus ex Panormitan. cap. 1. & 2. de postuland. ut ipse latius declaravit in Manuali Latino, cap. 25. num. 210. adde Petrum Theolosan. syntagm. juris universi, cap. 10. n. 14. ubi numerat personas Ecclesiasticas, quibus venatio est prohibita, non numerat.

merat Clericos in minoribus: unde non
 4 est admittenda opinio *Hostiens. in sua
 summa lib. 5. tit. de Clerico venatore, n.
 ultim.* quia ait hujusmodi Clericos infe-
 riores esse puniendos arbitrariè, cum nulla
 certa pœna imponatur ex *cap. de causis
 de offic. delegat.* quem sequitur *Jacob. de
 Graff. lib. 3. 2. part. capit. 3. num. ultim.
 Menoch. de arbitr. 2. part. casu 413. n.
 18. Sebastian. Medicis de venat. 1. part.
 5 quest. 9. ad finem,* contra quem facit, quia
 pœna non est imponenda, nisi in illis
 casibus, in quibus statuta sit, ex *Furiconsf.
 in L. & si quis, §. divus, ff. de religios.
 & sumptib. funer.* ibi: *Pœnam in eum
 statutam non esse: Menoch. de arbitr. lib. 2.
 casu 276. numer. 1. & Azeved. in
 Curia Pisana lib. 2. casu 4. num. 15. Al-
 var. Valasc. de partitionib. cap. 6. n. 61.*

6 Inter plures species venationis, quæ
 in jure reperiuntur, altera dicitur op-
 pressiva, altera arenosa, alia saltuosa,
 quæ fit in sylvis, & saltibus, ut per *gloss.
 in cap. qui venatoribus 86. distinct. Syl-
 vester in summa, verbo, venatio, Armilla
 aurea, eodem verbo, num. 1. Jacob. de
 Graff. d. cap. 3. num. 1. Monoch. d. casu
 7 413. num. 3.* ubi explicatur quæ sit ve-
 natio oppressiva, quæ arenaria, quæ sal-
 tuosa: primæ duæ semper sunt prohibi-
 tæ, tertia non est prohibita, nisi ratione
 personæ, ratione causæ, ratione tempo-
 ris & ratione modi, ut per eundem *Ja-
 cob. de Graff. d. cap. 3. versic. quartus,*
 & ea quæ est clamosa, est illicita Episco-
 pis, Monachis, Clericis, & aliis perso-
 nis Ecclesiasticis, *cap. 134. distinct. c. 1.
 & 2. de Clerico venator. Hostiens. in sum-
 ma, de Clerico venator. num. 2. Sylvester
 verbo, venatio, vers. quantum verò ad
 personam, Jacob. de Graff. d. cap. 3. n. 8.
 adde sacrosanct. Concil. Tridentin. sess.
 24. in decreto de reformat. cap. 12. ante
 finem, Menoch. d. cas. 413. Joan. Gutier.
 lib. 2. canonic. quest. cap. 28. à n. 16.*

8 Clerici autem quamvis eis sit pro-
 hibita venatio clamosa, quoniam sunt
 sacrorum ordinum insigniti, vel benefi-
 ciati, tamen possunt ex causa exercendi
 appetitum, vel recreationis, cum cani-

bus, & retibus, laqueis, vel avibus cum
 silencio, & modestia, *Abb. d. cap. 1. de
 Cleric. venatore, Sylvester, verbo, venat-
 io, num. 2. Armilla eodem verb. numer. 2.
 ad fin. Jacob. de Graff. d. cap. 3. num. 9.
 Bernard. d. cap. 67. num. 8. & ibi: Salzedo
 lit. C, & in dubio fecisse præsumitur
 causa recreationis, non in contemptum
 legis, Menoch. de præsumpt. lib. 5. præ-
 sumpt. 3. n. 116. & de his modis venandi,
 & quod clamosa etiam sit prohibita, nisi
 causa recreationis, agunt Constitutiones
 Synodales Ulyssipon. tit. 19. constitut. 9.
 Bracharens. tit. 10. constit. 8. Visensis,
 tit. 11. constitut. 10. Eborens. tit. 10. con-
 stitut. 9. Lamacens. tit. 12. constitut. 9.
 Mirandens. tit. 2. constit. 3. Portugallens.
 tit. 15. constit. 11. Colimbriens. tit. 14.
 constit. 14.*

10 Possunt tamen Clerici piscari, quia
 piscatio fit cum quiete, & sine clamore,
 & ideo se legit Dominus noster piscato-
 res in Apostolatum, & non venatores,
 ut per *Hostiens. de Clerico venatore, n. 3.
 Cardin. in cap. qui venatoribus, num. 86.
 distinct. 3. Joan. Anan. & Socin. d. c. 1.
 de Clerico venatore, Menoch. dict. casu
 413. n. fin. Salzedo ad Bernard. d. cap.
 67. verbo, suspenditur, vers. piscatio, Ja-
 cob. de Graff. d. cap. 3. versic. sexta, cum
 quo temperandum est, & cum *Francisc.
 Mart. dec. 529. num. 10. 1. part. Azeved.
 L. 1. num. 3. titul. 8. lib. 7. novæ collect.
 versic. nisi, & piscatio, & plures differen-
 tias inter venationem, & piscationem
 11 ponit Sebast. Medicis de venation. 1. part.
 quest. 8.**

12 Sunt tamen apud Lusitanos inter-
 dictæ hujusmodi venationes, aucupa-
 tiones, & piscationes in certis mensibus
 anni, & cum certis instrumentis, ex *L.
 3. tit. 14. part. Extravagant. & in nova
 Ordin. lib. 5. tit. 88. & apud Castellanos
 in L. 1. tit. 8. lib. 7. novæ collect. quæ
 leges licitæ sunt, ut docent *Afflict. lib. 3.
 const. rubr. 41. cap. 4. Bossius de aquis,
 num. 20. Messia de taxa panis, concl. 4.
 num. 19. Sebast. de Medic. 1. part. de pis-
 cariis, quest. 10. & quest. 11. numer. 2.
 Azeved. in d. L. 1. à num. 10. Peres ad**

leges Ord. in L. 1. titul. 12. lib. 2. col. 693. vers. At his non obstantib. Gutierrez d. cap. 28.

- 13 Et factæ sunt hujusmodi leges in favorem publicum, & comprehendunt etiam Ecclesiasticas personas, ut per Azeved. in L. 2. d. tit. 8. lib. 7. numer. 2. & Salzedo ad Bernard. Dias d. cap. 67. gloss. 1. sed quid si Clerici, ubi, versic. non tamen, subjicit quod puniendi sunt per judices Ecclesiasticos, & idem probat Ordin. Lusit. d. tit. 88. §. 16. & in dict. Extravag. 3. §. ult. ibi: E se os juizes que as ditas devaças tirarem, acharem culpadas algumas pessoas Ecclesiasticas, mandarão o traslado das suas culpas aos Prelados, ou a seus Vigarios com suas cartas requisitorias, para que procedaõ contra elles. Si tamen reperiantur exercere prohibitam venationem, vel piscationem, possunt judices, & ministri sæculares auferre eis aves, canes, & alia instrumenta prohibita, quia sunt nociva Reipublicæ, ex Salzed. ad Bernard. d. cap. 67. gloss. 1. versic. illud autem nove, & sequitur Azeved. d. L. 2. n. 2. & 3.

ALLEGATIO XXXII.

An Clericatus impediat Clericum succedere in bonis Regiæ Coronæ.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de lege mentali, §. 7. in antiq. & §. 10. in nov. qua prohibetur Clerici in sacris, vel Beneficiati, habere bona Regiæ Coronæ per successionem.
- 2 Doctores facientes mentionem de lege mentali.
- 3 Ea prohibitio procedit in Clericis ordinum sacrorum, vel in minoribus habentibus beneficium.
- 4 Clerici non possunt habere feudum, cujus servitium per alium præstare non possunt.
- 5 Secus si per substitutum præstare possunt, & idem erit si præstandum sit servitium reale.

6 Non procedit in Clerico in minoribus, qui beneficium non habet, quia potest succedere in tale feudum, & n. 10.

7 Ampliatur, licet talis Clericus in minoribus beneficio carens, habitum, & tonsuram deferat, & observet requisita à Concilio.

Ibid. Appellatione Clericorum venit Clericus primæ tonsuræ in favorabilibus, non in odiosis.

8 Odium est privare à successionem feudi.

9 Clericus primæ tonsuræ beneficio carens, & fori privilegio gaudens, bellare potest sine peccato mortali, veniali tamen, & n. 10.

11 In Clericis in minoribus sine beneficio non habet locum Ordinatus. Lusitana citata.

12 Clerici in minoribus beneficia habentes possunt illa renuntiare, ut in majoratu bonorum Regiæ Coronæ succedere possint re integra.

13 Quid si patre vivente filius erat Clericus, & eo mortuo perseverat in Clericatu, & maioratus transitum fecit in secundum, non recuperabit, licet deponat Clericatum, & habitum secularem assumat.

14 Secus si vivente patre, vel eo mortuo, re integra fiat laicus.

15 Sic si vivente patre religionem ingreditur, & ante professionem redeat in seculum.

16 Si possessor bonorum Regiæ Coronæ ingrediatur religionem, & exeat ante factam professionem, recuperabit illa.

17 Non excludetur filius legitimus possessori maioratus Regiæ Coronæ, qui fecit se Clericum post filium susceptum.

18 In Regno potest succedere filius Clericus.

19 Regnum defertur jure hereditario.

A Pud Lusitanos est lex mentalis, quæ sic vocatur, & eam instituat Rex Joannes hujus nominis primus, & deduxit in legem scriptam Eduardus Rex ejus filius, de qua in Ordin. antiqua lib. 2. titul. 17. & in nova. Ordinatus lib. 2.

tit. 35. in qua agit de successione bonorum Regiæ Coronæ, & inter alias declarationes unam posuit in §. 7. d. titul. 17. & in §. 10. dict. tit. 35. cujus tenor talis est: *Primeiramente se a dita ley assim declarada haveria lugar no filho mayor, lidimo de ordens sacras, ou Beneficiado, que em todo he sobmetido a jurisdicão Ecclesiastica, è exempto da sua: a qual duvida declarou que não era sua tençaõ, que a dita ley houvesse lugar em taes pessoas; antes ordenou, que quando por morte daquelle que a terra, ou terras da Coroa de seus Reynos tinha, ficasse tal filho legitimo, só sem outro irmaõ, tal terra, ou terras ficassem logo tornadas á Coroa; e ficando outro filho legitimo do defunto, que as ditas terras tinha, as houvesse o mayor delles, que não fosse das condiçoens sobreditas, segundo a fôrma da ley, e suas declaraçoens.*

De hac Ordinatiene mentionem faciunt *Emman. à Costa de maioratu, 3. p. num. 33. Joan. Matienço in L. 11. gl. 7. n. 6. titul. 7. lib. 5. novæ collect. Cabed. dec. 27. num. 3. in 2. part. quod idem in feudis constitutum est in cap. 1. §. qui Clericus, si de feudo contentio sit inter dominos, & agnatos vassali, ubi idem tenent Bald. num. 2. Jacob. Alvar. n. 4. vers. quero an istud, Afflict. n. 1. 7. & 8. idem probatur in cap. 1. de milite vassal. qui arma bellica deposuit, & in cap. unico ad finem, de feudo foeminæ intelligentes illud procedere, tam in Clericis ordinum sacrorum, quam in Clericis in minoribus habentibus beneficium Ecclesiasticum, Alciat. conf. 212. numer. 2. Roland. conf. 23. num. 23. lib. 1. Caphal. conf. 2. n. 1. lib. 1.*

Quod tamen circa feudum eam declarationem recipit, si feudum ejus conditionis, ne recipiat servitium per substitutum, ut est regulare in feudis, cap. unico, §. si quis decesserit, si de feudo contentio sit inter domin. & agnat. per locum ab speciali cap. 1. §. firmiter, de prohibita feudi alienat. resolvit *Curt. Fun. de feudis, 3. part. principal. ex n. 19. Aymon. conf. 303. num. 1. Roland. d.*

conf. 23. à num. 14. nam si per substitutum servitium præstari possit retinebitur feudum à Clerico, Aymon. d. conf. 303. n. 10. vers. secundo respondeo, Ful. Clar. §. feudum, quæst. 78. num. 4. ad fin. Joan. Caphal. conf. 151. n. 11. lib. 2.

Idem est si pro feudo præstetur aliquod servitium reale consistens in aliqua pecuniaria pensione, poterit etiam tale feudum à Clerico retineri, quia nihil interest præstari per unum, vel per alium, *L. fin. Cod. de cond. instit. L. Stichum, §. ultim. ff. de statu liber. Ruin. conf. 42. num. 10. lib. 1. Alex. conf. 10. num. 8. lib. 5. Cap. dec. 10. num. 10. Felin. cap. in præsentia, numer. 47. de probat. Duñ. regul. 103. num. 4. Cassan. consuetud. Burgund. rubric. 3. §. 5. exceptè les religieux num. 14. Aymon. conf. 303. num. 10. Ful. Clar. d. §. feudum, quæstion. 78. num. 4. Roland. d. conf. 23. num. 13. Cæphal. d. conf. 2. num. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 231. n. 8. Henriq. Orestental. de feud. cap. 7. quæst. 30. à num. 5. ubi dicit communem, & quod in praxi obtineret, & in addit. F. alios citat.*

Secunda declaratio sit, quod non procedit in Clerico in minoribus, qui beneficium non habet, quia potest succedere in tale feudum, cum tantum impediatur succedere in feudum Clericus in sacris, vel beneficium habens, non alius Clericus consistens in minoribus sine beneficio, & ita *Bald. Alvarot. Afflict. in dict. §. qui Clericus, numer. 7. Calderin. conf. 2. de feud. Duñ. d. regul. 103. limitat. 2. Purpurat. conf. 119. numer. 3. lib. 1. Roland. d. conf. 23. numer. 24. Ful. Clar. d. §. feudum, d. quæst. 78. num. 5. Menoch. dict. conf. 231. n. 10. Quod ampliatur, licet talis Clericus in minoribus consistens, & beneficio carens, habitum, & tonsuram deferat Clericalem, & observet requisita *Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. quoniam appellatione Clericorum venit Clericus primæ tonsuræ in favorabilibus, non in odiosis, Spin. de testament. gloss. 16. num. 49. ubi citat prædictum decretum Concil. Trid. Odium est autem privare eum à successione**

sione feud. *L. cum quidam, ff. de liberis, & postb. Authent. de non eligendo 2. nubentes, §. cum igitur collat. 2. Tiraq. in L. si unquam, verbo, revertatur, n. 207. Roland. conf. 27. n. 14. lib. 1.*

- 9 Rursus, quia Clericus in minoribus beneficio carens, & privilegio fori gaudens bellare potest sine peccato mortali, veniali tamen, licet alii Clerici, qui privilegio fori non gaudent, absque ullo peccato id facere possunt, & sic intelligendi sunt *Covarr. in Clementina furiosus de homicid. 2. part. §. 3. num. 2. Henriques de irregularitate, lib. 1. cap. 13. §. 2. Molin. Theologus, sic explicans in terminis Concilii 1. tom. de justitia, & jure, disput. 108. fol. 641. versic. secundum est, & ideo talis Clericus sine beneficio potest succedere in maioratu bonorum Regiæ Coronæ, quia lex mentalis tantum excludit ab ejus successione Clericos in sacris, vel Beneficiatos, & ideo aliis non censetur eandem prohibitionem facere, qui non fuerint in sacris, nec beneficium habuerint.*

- 10 Nec in illis habebit locum *Ordinat. Lusitan. tam antiq. lib. 2. titul. 7. quàm moderna, titul. 16.* quatenus prohibent Ordines, Monasteria, Ecclesias, Archiepiscopos, Episcopos, & alias personas Ecclesiasticas, vel Religiosas acquirere bona, quæ nuncupantur bens reguen-gos, quia ratio hujus prohibitionis fuit, quia quando conveniebantur pro debitis eorum, declinabant jurisdictionem Regiam, ut patet, ibi: *Quando por suas justicas eraõ requeridos para pagamento dos foros, e tributos que dos ditos reguen-gos lbe eraõ devidos, declinavaõ sua jurisdicaõ em maneira, que os seus officiaes os naõ podiaõ arrecadar sem demandas.* Cessat enim hæc ratio in Clericis in minoribus sine beneficiis, qui non declinant in civilibus Regiam jurisdictionem, ut deduxi in *allegat. 15.*

- 12 Adde, quòd etsi sint Clerici in minoribus, habentes beneficia Ecclesiastica, possunt illa renuntiare, ut in tali maioratu bonorum Regiæ Coronæ succedant re integra, id est, antequam sibi fiat

controversia, ut de feudo docent *Andr. de Ifern. & Alvarot. num. 8. Afflict. n. 10. in cap. 1. de milite vassallo, qui arma bellica deposuit, Lucas de Pena in L. nullus, column. 1. Codic. de numerar. & actuar. lib. 12. Vincent. de Franchis, de iis, qui feudum dare possunt, Menoch. d. casu 231. num. 9. & num. 12.* Quid si patre vivente filius maior erat Clericus, vel eo mortuo adhuc perseverat in Clericatu, & maioratus transitum fecit in secundum filium laicum, non recuperabit feudum, nec maioratum, licet Clericatum deponat assumendo statum laicum, ex *Afflict. cap. 1. §. ex his, num. 1. & 2. de benefic. fæmin. Joann. Cephal. conf. 1. à numer. 6.* ubi multis confirmat *lib. 1. secus si vivente patre, vel eo mortuo, & re integra fiat laicus, non removebitur à successione. Menoch. dict. casu 231. à num. 12.* Sic etiam si vivente patre religionem ingrediatur, & ante professionem redeat in sæculum, succedet in tali feudo, vel maioratu, ut per *Afflict. d. §. qui Clericus, num. 10.* eodem modo si possessor maioratus bonorum Regiæ Coronæ ingrediatur religionem, & exeat ante professionem, recuperabit illum, ex *Gregor. Lopes in L. 6. titul. 26. partit. 4. glossa, religioso, Joan. Gratian. reg. 321. num. 4.* licet si in contrarium communis ex *Afflict. d. §. qui Clericus, num. 11.*

Non excludetur filius legitimus possessoris maioratus bonorum Regiæ Coronæ, qui se fecit Clericum post filium susceptum, ex traditis per *Jacob. Alvarot. d. §. qui Clericus, numer. 4. Costa de maioratu Regiæ Coronæ, num. 33. Cabed. dec. 27. num. 3. 2. part. in Regno autem potest succedere filius Clericus, ut docet Joan. Matienço in L. 1. gloss. 1. n. 19. tit. 7. lib. 5. novæ collect. & ita vidimus contigisse in hbc Regno Lusitano, in quo per mortem Sebastiani Regis (qui dimicando cum Mauris pro fide in campo de Alcacequibir occubuit) successit partus magnus ejus dominus Henricus, qui erat Infans Cardinalis, & sacris Ordinibus insignitus, & per ejus obitum*

ALLEGATIO XXXIII.

153

obitum successit Philippus primus, & tanquam magis propinquus Henrico, & Regum defertur jure hæreditario, ex cap. licet de voto, Oldrad. cons. 94. num. 8. Costa de Regni successione à num. 3. & Molin. Theolog. 3. tom. disp. 632. num. 5.

16 Fuit tamen practicus in casu relato.

17 Jus confiscandi bona relicta incapaci per tacitam fidem computatur inter regalia de jure Lusitano.

18 Azo vocatur fons legum, & vas electionis.

19 Clerici in regalibus respondent in hoc Regno coram judice seculari.

ALLEGATIO XXXIII.

An Clericus accipiens hæreditatem, vel legatum sub tacita fide de restituendo incapaci, perdat illud, & cui fisco sit applicandum.

SUMMARIUM.

- 1 Hæres, vel quilibet alius, qui accomodat tacitam fidem de restituendo incapaci, perdit illud, & applicatur fisco.
- 2 Probat de jure, & ex Ord. Lusit.
- 3 Si rogatus est Clericus, applicatur fisco Ecclesiastico; si rogatus est laicus, applicatur fisco seculari.
- 4 Quid si rogatus fuerit Clericus in minoribus, cui fisco applicabitur.
- 5 Causa perdendi acceptum sub tacita fide est criminalis.
- 6 Rursus, quia imponitur pœna exilii.
- 7 Ea resolutio procedit in Clericis in minoribus, si tempore datæ fidei observabant requisita Concilii.
- 8 In pœnis imponendis attenditur tempus delicti.
- 9 Fiscus non aufert ab indigno qui tacitam fidem accomodavit, sed ea tantum in quibus rogatus est.
- 10 Non sufficit rogatum, nisi tacitam fidem probetur, quod dederit.
- 11 An sufficiat simplex pollicitatio, an requiratur promissio obligatoria.
- 12 Si sint legata aliis relicta, data tacita fide in tota hæreditate, eam fisco auferens tenebitur ad illa præstanda.
- 13 Qualiter probetur tacita fides.
- 14 Agitur de motu Pii V.
- 15 Nunc motum dicebat Molina non esse in hoc Regno receptum.

IN terminis juris communis hæres, vel quilibet alius, qui a testatore accepit hæreditatem, vel legatum sub tacita fide de restituendo incapaci, perdit illud, in quo fidem accomodavit, & applicatur fisco, & ita probat textus in L. cum quidam §. divus versic. in tacito, ff. de usur. L. ex facto, §. Julianus, vers. respondi, ff. de vulgari, L. 1. L. 3. §. cum ex causa, ff. de jure fisci, Bossius de delictis, tit. de his à quibus, ut indign. num. 11. Gomes. L. 9. Taur. n. 22. Ful. Clar. §. testamentum, question. 31. Covarr. de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 3. Peregrin. de jure fisci, lib. 3. tit. 1. num. 5. & probatur ex Ordin. Lusitan. lib. 2. tit. 15. §. 23. in antiq. & lib. 2. tit. 26. §. 23. in nov. ibi: Item toda a causa deixada em testamento, codicillo, ou derradeira vontade a algum herdeiro, testamenteiro, ou legatario, ou fideicommissario, e elle he rogado caladamente pelo testador de a entregar depois da sua morte a alguma pessoa não capaz; porque em tal caso aquillo que assim he deixado tacitamente por defraudar a ley, he applicado ao fisco, e he feito direito real.

In hac materia datur quædam distinctio, seu resolutio, quod si rogatus est Clericus, qui tacitam fidem accomodavit, bona relicta sub ea tacita fide applicantur fisco Ecclesiastico; si verò rogatus est laicus, applicantur fisco seculari, non habito respectu ad personam testatoris, sit Ecclesiasticus, vel secularis, sed ad personam rogati in poenam commissi delicti, in præstando tacitam fidem de restituendo incapaci: istam distinctionem fecerunt, Bald. & Paul. in L. si quis Presbyter, Codic. de Episcop.

& Clericis, *Ancharr. regul. ea quæ, n. 26. de regulis juris, lib. 6. Gomes. dict. L. 9. Taur. numer. 29. Gregor. Lopes in L. 13. tit. 2. part. 6. gloss. ultim. ad fin. Plaga de delict. lib. 1. cap. 41. num. 26. Salzedo ad Bernard. in pract. criminal. cap. 64. gloss. 1. Molina Theologus de justitia, & jure, disput. 169. column. 963. versic. dubium est, Joann. Garcia de tacito fideicommissio, n. 41. Navarr. cons. 8. num. 5. lib. 3. de testam.*

4 Quid igitur si rogatus fuerit Clericus in minoribus, cui fisco applicabitur hæreditas, legatum, vel fideicommissum, Ecclesiastico, vel sæculari? Et tenendum est, quod si is Clericus non sit beneficiatus, nec deferat habitum, & tonsuram Clericalem, nec observet alia requisita *Concil. Trident. sessione 23. cap. 6. de reformat. reputabitur laicus sæcularis, & ideo bona ea, in quibus ille tacitam fidem accommodaverit, applicabuntur fisco sæculari, tanquam ablata ab indigno sæculari; si autem sit Clericus Beneficiatus, vel sit Clericus in minoribus, qui habitum, & tonsuram deferat Clericalem, & observet alia requisita Concilii, applicabuntur ea bona fisco Ecclesiastico, tanquam ablata ab indigno Clerico, & propter ipsius delictum.*

5 Probatur: quoniam tales Clerici, vel Beneficiati, vel alii observantes prædicta requisita utuntur privilegio fori in causis criminalibus, ut deduxi in alia allegatione 15. ac causa de qua agitur est criminalis duplici ratione: prima, quia ea bona, in quibus tacitam fidem accommodavit, fisco applicanda veniunt propter delictum, & ab eo petuntur, & ubi bona fisco applicanda veniunt propter delictum, causa criminalis est, *gloss. verbo, centum, in L. 3. ff. de sepulchro violat. & ibi sequitur Bartol. gloss. L. fin. ff. de termin. moto, verbo, ei qui volet, & est recepta sententia ex Fason. in rubr. n. 2. Cod. de judic. Gomes. in princip. num. 18. instit. de actionib. Padilba in L. transigere, num. 106. Codic. de transact. Ful. Clar. § ultim. practic. crimin. quest. 1. num. 2. Gonçal. Soares in sua practica ci-*

vili, in 1. annotat. de judicio, numer. 23. & 24. Cabed. dec. 14. num. 4. & 5. in 1. part. Farin. cons. 85. à n. 37.

Secunda ratio est: quia ultra amissionem bonorum, in quibus accommodata fuit tacita fides, imponitur pœna exilii in *L. 1. Codic. de bis qui se deferunt lib. 10. Gomes. d. L. 9. Taur. numer. 32.* cum ergo causa sit criminalis, tales Clerici, qui tacitam fidem præstiterunt, debent conveniri coram suo iudice Ecclesiastico, & fisco Ecclesiastico ea bona ab eis auferet: quod tamen intelligendum est, si tempore datæ fidei, & successionis delatæ, Clerici observant requisita Concilii, aliter si versabantur in habitu laicali, licet postea mutaverint in Clericalem, nihilominus bona pertinebunt ad fisco sæcularem; sic etiam si tempore datæ fidei, & successionis delatæ observabant requisita decreti, ac postea relicto habitu Clerici assumant statum laicalem, bona erunt fisci Ecclesiastici, quia in pœnis imponendis attenditur tempus delicti commissi, ut docent *Bartol. & Alber. in L. 1. ff. de pœnis, Tyber. Decian. lib. 4. 1. tom. cap. 24. num. 11. Farin. lib. 1. q. 8. n. 108.*

Memnisse tamen oportet, quod fisco non aufert tota bona rogato tacite de restituendo incapaci, quæ defunctus reliquit, sed ea tantum in quibus accommodavit fidem, *L. eum qui §. pro parte, ff. de jure fisci, d. L. ex facto, §. Julianus, ubi Alexand. & Fason. quia intra metas delicti quis est puniendus, L. rescriptum, ff. quibus ut indign. Gomes d. L. 9. Taur. numer. 22. Molin. dict. disput. 169. vers. quarta conclusio, & vers. dubium, Anton. Peregrin. lib. 3. de jure fisci, titul. 19. num. 20. & probatur ex *Ordinat. Lusitan. loco citato, ibi: Aquillo que assim he deixado tacitamente.**

Item quod non sufficit rogare hæredem, vel legatarium per testatorem, ut restituat incapaci, nisi probetur, quod ipse rogatus promisit, & fidem adstrinxit de incapaci, ut probat text. in *L. non intelligitur, §. si quis palam, ff. de jure fisci, & ibi gloss. & Bart. idem Bart. in L.*

L. in tacitis ff. de legat. 1. Angel. in L. hereditas, column. 1. Codic. his quibus ut indign. Gomes d. L. 9. Taur. numer. 21. Molin. dict. disput. 169. vers. secundum est, column. 961. Peregrin. d. tit. 19. n. 6. ubi num. 14. ponit an simplex pollicitatio sufficiat, vel an requiratur promissio obligatoria.

Et si sint legata aliis relicta, data tacita fide in tota hæreditate, eamque fisco auferente, ipse tenebitur ad legata solvenda relicta aliis capacibus, ut prosequuntur *Didacus de Spino de testament. gloss. 17. à num. 35. Garcia de tacito fideicommissio, num. 32.* Qualiter autem probetur ea tacita fides, docent *Bossius de delictis, tit. de his quibus, ut indign. num. 12. Gomes. d. L. 9. Taur. num. 25. Francisc. Mantica de conjectur. ultim. voluntat. lib. 10. tit. 4. à num. 9. Garcia de tacito fideicommissio, n. 25.*

Pro complemento sciendum est, quòd Pius V. Pontifex maximus edidit quendam motum, qui incipit: *Quæ ordini Ecclesiastico, Kalend. Februar. anno 1571. relatum per Navarr. de spoliis Clericorum,* quo annullat omnia relicta per Clericos incapacibus, five palàm, five tacitè, eaque applicat fisco Sedis Apostolicæ, exceptis bonis feudalibus, vel emphyteuticis, quæ jubet dominis eorum directis devolvi: hunc motum dicebat *Molina dict. disput. versic. quòd si duo,* non esse receptum in hoc Regno Lusitaniæ, nec in aliis Hispaniarum, ut ille suspicatur, sed quicquid ille dicat, eum observatum vidimus in nostra Lusitania, in hæreditate Gonçali da Rocha, Archidiaconi de Oliveira, & simul Canonici in Ecclesia Portugallensi, nam ille habebat filium quendam spurium, & capitulo Sedis Portugallensis tradit, & reliquit sexcenta millia numerum regalium, pro missa dicenda in singulis diebus in perpetuum pro ipsius anima in Altari Sanctæ Mariæ da Sylva, sito in dicta Ecclesia, & fecit sibi hæredes Decanum, & alium Canonicum, & rogavit eos de restituendo dicto filio incapaci, & ipsi fidem dederunt, accusati sunt co-

ram Decio Carrafa Collectore, & Nuntio Apostolico in hoc Regno, & sedem habentè in celeberrima urbe Ulyssiponen- si, & probata fraude condemnati sunt in amissione hæreditatis relictae, & insuper quod præfatum capitulum restituerit, illam pecuniam, & de facto restituit, non obstantibus impedimentis, quæ contra sententiam obtulerat, & ita caruit Archidiaconus bonis, & missa, quam dicendam curaverat.

Non obstabit si dicas, quòd de jure Regio Lusitano hoc jus confiscandi bona relicta incapaci per tacitum fideicommissum computatur inter regalia, ex *Ordinat. allegata, & in cap. unico, quæ sint regalia in feudis, ibi: Et quæ ut ab indignis, legibus auferuntur; & ibi notat Afflict. num. 2. cum Azon. quem fontem legum, & vas electionis appellat cum Bald. L. contractus, numer. 8. Cod. de fid. instrum. in sua summa, titulo de his quibus ut indign. num. 4. & à n. 20. at in juribus regalibus Clerici in eo Regno respondent coram iudicibus sæcularibus, ex *Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 19. in novis.* Ergò non benè asseruimus Clericum, qui fidem accommodavit, deberi conveniri coram iudice Ecclesiastico, & bona applicanda esse fisco Apostolico: sed respondemus, quod licet hoc jus computetur inter regalia, tamen adhuc tenet locum distinctio de qua supra, ut si Clericus sit rogatus, & fidem præstiterit, sit conveniendus coram iudice Ecclesiastico, cum bona applicanda veniant fisco Apostolico; & si sit rogatus laicus, convenietur coram iudice sæculari, cum bona veniant adjudicanda fisco sæculari.*

ALLEGATIO XXXIV.

De concubinis Clericorum, & an puniantur etiam concubinæ Clericorum in minoribus.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de pœna concubinæ Clerici, vel religiosi, secundam legem Lusitan.
- 2 In ea Ordinatio tria membra deciduntur.
- 3 Eadem prohibitio per leges Castellæ.
- 4 Clericorum concubinæ etiam sunt de foro seculari.
- 5 Reprobatur Michael Agia tenens esse crimen merè Ecclesiasticum.
- 6 Concubinæ Clericis sunt prohibite, quando sunt in sacris, vel beneficiati.
- 7 Ibid. Non includuntur concubinæ Clericorum in minoribus.
- 8 Per decretum Concilii puniuntur Clerici quicumque concubinarij.
- 9 Concubinarij, sive soluti, sive conjugati puniuntur per aliud decretum Concilii.
- 10 Prohibetur concubinatus per Constitutiones Synodales.
- 11 Concilium non substulit alias pœnas contra concubinarijos.
- 12 In criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus potest Episcopus addere pœnas pecuniarias.
- 13 Casus contingentia.

A Pud Lusitanos est Ord. tam antiq. lib. 5. titul. 6. quàm nova, titul. 20. in princ. ubi ita habetur: Toda a mulher que for barregaã de Clerigo, ou Beneficiado, ou Frade, ou de qualquer outra pessoa religiosa, sendo-lhe provado, que está, ou esteve por sua barregaã teuda, e manteu da fóra de sua casa, havendo delle mantimento, e vestido, ou postoque se não proveo que dito he, se se provar que está em voz, e fama de sua barregaã, e assim que em espaço de seis mezes continuos foy visto o dito Clerigo, ou Benefici-

ciado entrar em sua casa, ou ella em casa do Clerigo, ou Beneficiado, ou Religioso, sette, ou oito vezes, postoque cadabuma das ditas vezes se não prove, se não por huma testemunha: & addit pœnas corporales, & pecuniarias, quas incurrunt concubinæ Clericorum, Beneficiatorum, Religiosorum.

In hac Ordinatio tria deciduntur: Primò prohibentur concubinatus mulierum cum Clericis, Beneficiatis, & Religiosis. Secundò docetur quomodo probari possit talis concubinatus. Tertio imponuntur pœnæ corporales, & pecuniariæ pro prima, secunda, & tertia vice: hujus Ordinationis meminit Peres in L. 23. titul. 3. lib. 1. Ordinationum. column. 172. ad fin. Eadem prohibitio ponitur in L. 47. ad leges Prætor. & in d. L. 23. & in L. 1. titul. 19. lib. 8. novæ collect. apud Castellanos, ex quibus constat, quòd Clericorum concubinæ etiam sunt de foro seculari, & puniri possunt per judices sæculares, & est mixti fori, ut habetur in L. 13. titul. 2. §. 5. part. 2. Extravagant. & in nova Ordin. lib. 2. titul. 9. in princip. ibi: Barregueiros, concubinarijos: & tenent Gomez in L. 80. Taur. num. 31. Aviles ad d. L. 47. verbo, Clerigo, Salzedo ad Bernard. in pract. criminal. Bernard. Dias cap. 79. quicquid aliud, nempè elle crimen merè Ecclesiasticum, cum Godofr. citato per Abb. in cap. cum sit generale numer. 25. de foro competent. teneat Michael Agia de exhibend. auxiliis in cap. de crimine concubinatus, & contrarium multis citatis tenet Tyber. Decian. in 1. tomo criminal. lib. 4. cap. 26. n. 8.


Tamen est advertendum, quòd dictæ leges dum loquuntur de concubinis Clericorum, vel Beneficiatorum, intelligendæ sunt de Clericis in sacris, vel qui sunt beneficiati, & non procedunt in Clericis in minoribus, qui non habent beneficia, ut tenent Avendañ. ad Leges Prætorum, 2. part. cap. 26. n. 11. Avilez ad d. L. 47. verbo, Clerigo, num. 3. post Palat. repet. cap. notabil. 3. §. 21. quicquid distinguat Azeved. dict. L. 1. num.

num. 31. tit. 19. lib. 8. ubi tamen num. 36. tenet quod non punietur pœnis illius concubina Clerici, qui non fuerit Beneficiatus, nec sacro ordine insignitus, cum sit materia pœnalis, in qua Clerici in minoribus non comprehenduntur appellatione Clerici, ex Doctoribus quos citat, quibus addo *Bald. Anton. & Imol. in cap. si autem, de Cleric. & mulier. Parlador. quotidian. question. q. 17. n. 2.*

Per decretum Concilii Tridentini, *session. 25. in decreto de reformatione, cap. 14.* puniuntur Clerici quicunque concubinari, sub mulctatione proventuum beneficiorum, vel pensionum, vel sub pœna carceris in illis, qui non habent beneficia, vel pensiones, de quo meminerunt *Gonçal. Mendez de Cabedo lib. 1. diversorum argumentorum, cap. 5. à num. 20. Azeved. d. L. 1. numer. 32. Petrus Pech. de reparand. Eccles. cap. 26. num. 3. Frater Ludov. Lopez lib. 1. de instruct. conscient. cap. 294. column. 3. vers. vide etiam, Salzed. ad Bernard. d. capit. 79. verb. ab officio, vers. hodie.* Cæteri verò concubinari, sive soluti, sive conjugati prohibentur per decretum *Concil. Trident. session. 24. in decreto de reform. cap. 8. incipit Grave, & per illud docent Navarr. cons. 2. lib. 1. de officio ordinar. Frater Ludov. Lopez d. cap. 294. vers. concubinatus, Jacob. de Graff. lib. 2. casuum conscient. cap. 76. num. 3. Salzedo ad Bern. cap. 79. vers. laicus, Bajard. ad Jul. Clar. in pract. q. 37. n. 13.*

Pariter idem concubinatus prohibetur per Constitutiones Synodales illius Regni, ut videre est tam in Clericis, quàm in laicis, ex *constitut. 14. titul. 15. & titul. 31. constitut. 4. Episcopatus Portugallensis & in titul. 15. constitut. 2. & titul. 33. constit. 4. Episcopatus Colimbriensis, & in constitution. 16. tit. 10. & constit. 1. titul. 25. Archiepiscop. E-borensis, & in constit. 15. titul. 12. & in constit. unic. titul. 30. Episcopatus Lamacensis, ubi adduntur aliæ pœnæ pecuniariæ, contra concubenarios, & licet *Concil. Tridentin. d. cap. 8. jubeat contra**

concubenarios procedere ad punitionem culpæ, & exilii, si ter admoniti non sese junxerint à concubinato, non tamen substulit alias pœnas contra concubenarios inflictas, ut patet in fine illius decreti, ibi: *Aliis pœnis contra adulteros, & concubenarios inflictis in suo robore permanentibus;* unde justificantur præfatæ constitutiones, dum etiam addunt pœnas pecuniarias contra concubenarios, ut earum metu abstineant, cum enim concubinatus crimen sit etiam de jure Canonico prohibitum, & de foro Episcoporum, possunt Episcopi eas pœnas pecuniarias addere ex traditis per *Anton. & Abb. in cap. innotuit per text. ibi de eo, qui furtim ordin. suscepit, & in cap. 2. §. statuto de constitutionib. lib. 6. gloss. verb. tolli in Clement. ne Romani, de elect. Aufrer. de potestate Ecclesiastica, num. 2. Dueñ. in regul. 251. Salzedo ad Benard. regul. 238. Cabed. decis. 85. in 1. part. Pecheus d. cap. 26. num. 2. de reparand. Eccles. idem Bernard. in pract. criminal. cap. 142. & cum hæc dubitatio accidisset inter judicem Coronæ Senatus Portugallensi, & officialem Episcopi, ita fuit judicatum: nam prædictas officialis laicum quendam concubinarium in prima, & secunda admonitione pecuniariter condemnavit, ille gravamen interposuit ad judicem Regiæ Coronæ, quasi excederet formam Concilii in quo gravamine provisit, sed officialis, neque primam, neque secundam sententiam admisit: re delata ad Senatum Palatii, evocatus est officialis epistola Regis ad eundem Senatum, ubi facta disputatione inter eum, & judicem Regiæ Coronæ, & procuratorem coram Senatoribus, obtinuit, & determinatum fuit officialem bene processisse, & bene determinatum reputo, quia Concilium non tollit alias pœnas contra concubenarios, imò jubet eas permanere.*



ALLEGATIO XXXV.

Quòd nullus possit ad ordines sacros promoveri, nisi vel beneficium habeat pacificum sufficiens ad sustentationem, vel patrimonium, vel pensionem, quæ sufficiat ad sustentationem.

SUMMARIUM.

- 1 Nullus debet ordinari ad ordines sacros, nisi habeat beneficium, vel patrimonium, vel pensionem sufficientem ex decreto Concilii.
- 2 Doctores tenentes in terminis Concilii.
- Ibid. Hæc necessitas non habet locum in iis, qui ordinantur ad minores ordines.
- 3 Pater tenetur dotare filias ad patrimonium carnale, vel spirituale.
- 4 An idem sit ad ordines sacros suscipiendos per filium.
- 5 Donatio facta per patrem filio ad suscipiendos ordines, non potest ab eo revocari.
- 6 Est facta ex causa onerosa, & cum tertio.
- 7 Reprobatur opinio Valasci.
- 8 Jus conferendi fit ex jure necessitatis.
- 9 Ordinatus ad titulum beneficii in minoribus, potest illud liberè renuntiare.

Nullus debet ordinari ad ordines sacros, nisi vel beneficium habeat pacificum sufficiens ad sustentationem, vel patrimonium, vel pensionem, quæ ad vitæ sustentationem satis sit, cap. *neminem*, cap. *sanctorum*, *distinct.* 70. cap. *Diaconi* 93. *distinct.* cap. 2. cap. *tuis*, de *præbendis*, & hoc hodie confirmatum est per sacrosanctum Concilium, *sess.* 21. de *reformat.* cap. 2. ibi: *Cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, comperitque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo ferè delectu ad-*

mitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt se beneficium Ecclesiasticum, ac etiam idoneas facultates habere: statuit sancta synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere id verò beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illud beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quòd aliunde vivere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit admittendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, talesque esse, quæ eis ad vitam sustentandam sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extinguere, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint, antiquorum Canonum pœnas super his innovando.

Et in terminis dicti Concilii tenent Henricus lib. 10. de *Sacrament. ordin.* cap. 17. §. 3. Frater Emmanuel Roder. in *sua summa* cap. 15. *conclus.* 1. Jacob. de *Graff.* lib. 2. cap. 97. num. 65. Salzedo ad *Bernard.* in *practica crimin.* cap. 18. ubi declarat, quòd dicatur beneficium sufficiens, reprobando *Navarr. de oration.* cap. 21. num. 11. & rursus num. 8. *vers.* hoc verò duplicat, quòd dicatur patrimonium sufficiens, Petrus de *Ledesma* de *Sacrament. ordin.* cap. 7. *vers.* 5. *concl.* & *seq.* & cautum est in Constitutionibus synodalibus hujus Regni, ut videre est ex *Constitut.* 2. §. 1. *titul.* 7. *Archiepiscopatus Ulyssiponensis in principio, in Archiepiscopatu Eborensi, titul.* 7. *Constitut.* 2. in *Episcopatu Visensi, tit.* 7. *Constit.* 2. in *Episcopatu Mirandensi, titul.* 11. *Constit.* 3. in *Episcopatu Lamacensi, tit.* 9. *Constit.* 3. §. 1. in *Episcopatu*

copatu Portugallensi, titul. 9. Constit. 3. in princip. in Episcopatu Colimbriensi, tit. 8. Constit. 3.

- 3 Cæterum habere beneficium, pensionem, vel patrimonium sufficiens, requiritur in illis, qui promoveri volunt ad sacros ordines, non verò idem desideratur in promovendis ad ordines minores, ut tradunt *Catechism. & Majol. relati per Fratrem Emman. Roder. dict. cap. 15. conclus. ultim. Ledesma verbo, ordo, d. cap. 7. vers. ultima quæstion. & esse in praxi receptum testatur Flamin. Paris. de resignat. beneficiorum, lib. 2. q. 6. num. 4. & Salzedo ad Bernard. in pract. cap. 18. num. 5.* licet autem pater teneatur ad dotandos filios, *L. qui liberos, ff. de ritu nuptiar. L. fin. Cod. de dotis promission. L. 9. titul. 11. partit. 4. Spinus de testament. gloss. 10. principali, numer. 12. Barbosa in L. 1. ff. soluto matrimon. 4. part. in princip. idem, & ad matrimonium spirituale per ingressum religionis, cum valeat argumentum de carnali ad spirituale, ex *Bartol. L. 1. §. si parens, ff. si quis à parente fuerit manumiss. Bald. L. quoniam novella, ad finem, Cod. de inofficios. testament. Everard. in topico loco 33. à matrimon. carnali ad spirituale, & tenent Bald. num. 5. in d. L. fin. Cod. de dotis promission. Gomes. L. 29. Taur. n. 14. Bald. Novell. de dote, 6. part. privileg. 16. num. 2. Baega de non meliorand. dotibus filiar. cap. 14. num. 1. Everard. dicto loco, vers. & primo ultra; controversum tamen est, an idem sit in dotando patrimonium filio ad ordines sacros suscipiendos. Partem negativam, quod non teneatur, tenent *Aymon. cons. 136. num. 2. lib. 1. Rojas de successioneibus, cap. 7. num. 49. Ayora de partitionibus, 2. part. cap. 13. num. 17. Salzedo ad Bernard. d. cap. 18. num. 16.* Partem affirmativam tenent *Avendañ. responso 17. num. 4. & Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disput. 26. n. 7.* & hanc partem sequor, non enim video differentem rationem, cur magis pater debeat cogi ad constituendam dotem pro filia nubenda in læculo, vel pro ea, quæ religionem ingreditur, quàm pro**

filio, qui ad ordines sacros promoveri vult, per text. in *Auben. de sanctissim. Episcop. §. sed & hoc præsentis, collat. 9.* Quod si faciat talem donationem ad suscipiendos ordines, revocare eam pater non potest, quia dicitur facta ex causa onerosa: ut in matrimonium spirituale eat, & cum tertio, nempe cum Episcopo, qui eum non ordinallet, nisi haberet illud patrimonium, ut docent *Cyfaentes in L. 17. Taur. column. 2. vers. idem in donatione, & ibi Tell. Fernand. numer. 81. & 82. idem Avend. d. responso 17. vers. ultim. Matienço in L. 1. gl. 9. numer. ultim. lib. 5. novæ collect. Covarr. in cap. Raynald. §. 2. numer. 7. de testam. Andr. Angul. L. 1. de meliorationibus, gloss. 10. numer. 7. Joann. Gutierr. pract. quæstion. lib. 2. quæst. 65. num. 9. Salzed. ad Bernard. d. cap. 18. numer. 15. Morquech. lib. 3. de division. bonorum, cap. 6. à numer. 90.* Conferitur tamen aliis fratribus, ut contra Fabrum, & alios qui putabant non esse conferendam, tenent *Covarr. d. numer. 7. Avend. testatus verissimum esse, d. responso 17. ad fin. Jacob. à Graff. d. cap. 97. num. 68. & eandem opinionem pro, & contra disputando tenet Gutierr. d. quæst. per totam, & Alvar. Valasc. de partitionib. cap. 13. à n. 77. Molin. disput. 231. vers. item quia, & disputat. 237. vers. idem in 1. tomo de justitia, & jure.*

Nec tenenda est opinio ejusdem *Valasci, d. cap. 13. numer. 8.* dum tenet, quod si contingat filium abstinere ab hæreditate paterna, licet illi donata excedant legitimam, & tertiam suam, non cogendum fore conferre, seu hæreditati restituere illud, in quo excesserit, quia tunc obstat omnino *Concil. Tridentin. & ejus intentio, & hoc putat notandum, nam refellitur ex eo, quia patet non potest dotare filio, vel filia, nisi intra vires suæ legitimæ, & tertiar, ex *Ordinat. lib. 4. titul. 77. §. 4. in antiquis, & ex *Ordinat. lib. 4. titul. 97. §. 3. in novis, & si quid superest, tanquam in eo sit inofficiosa, debet deduci ad supplendas legitimas aliorum filiorum, ex *L. 1. Cod. de inoffic.****

8 *dotibus, Authent. unde si parens, Cod. de inoffic. testament. & hoc jus conferendi fit ex juris necessitate, quando sic præjudicat filiis legitimis, & Concilium supra citatum procedit in alienationibus voluntariis, quas dotatus non poterit facere, nisi facta diligentia, de qua ibi, & non procedit in alienationibus necessariis, quæ fiunt ex legis authoritate, ex L. 1. ff. de fund. dotal. L. alienationes, ff. famil. herciscund. Joan. Ceph. consil. 64. num. 13. lib. 1. Gama dec. 199. num. 3. Robert. de attentat. 2. part. cap. 4. limit. 7. Flamin. Paris. lib. 2. de resignation. beneficior. quest. 3. num. 38. & probatur ex Constitution. Colimbriens. tit. 8. constit. 4. §. 1. ibi: E sendo que a deu pay, ou avo, veja se se lhe cabe em legitima, & terça, & se tem casados outros filhos, ou ordenados primeiro, a que sua terça seja obrigada: quibus verbis significat non valere donationem, quam pater, vel avus facit filio ad suscipiendos ordines sacros, nisi intra legitimam, & tertiam; & ad faciendam hanc computationem jubet Vicario, & Provisorio, ut inquirat, & cognoscat an ea donatio sit intra vires legitimæ, & tertie.*

9 *Addo, quòd Clericus in minoribus, etsi ad titulum beneficii sit ordinatus, potest tamen illud liberè renuntiare; neque in his terminis habet locum prohibitio Concilii, ut docent Covarr. in 4. decretalium 2. part. cap. 6. §. 3. num. 5 Mandos. in regul. de male promotis, q. 1. ad fin. & hanc dicit communem opinionem, Flamin. Paris. lib. 5. de resignat. benefic. quest. ultim. num. 178. quos refert, & sequitur Hieronym. q. 561. de communibus contra communes, num. 26.*

ALLEGATIO XXXVI.

Clericus in minoribus an teneatur dicere horas Canonicas?

SUMMARIUM.

1 Clericus in minoribus non habens be-

neficium, non tenetur dicere horas Canonicas.

2 Nisi ubi viget consuetudo, vel Episcopus ei injunxerit.

CLericus in omnibus, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, non tenetur dicere horas Canonicas, quia nullo jure hoc statuitur, nisi ubi viget consuetudo, vel Episcopus, qui eum ordinavit, ei injunxerit, & determinaverit, quas horas, psalmos preculas dicere debeat, & ipse ordinatus consentiat ordinanti, ut docent *Domin. de Soto, de justit. & jure, lib. 10. quest. 5. articul. 3. column. 3. versic. Clericis, Navarr. 3. tom. sub titul. de orationibus, & horis Canonic. cap. 7. numer. 12. & 13. Hojeda. de incompatibilitate beneficior. capit. 24. num. 39. Armilla aurea, verbo, hora Canonice, numer. 6. Sylvester in summa, verbo, hora, num. 3. versic. quintum: idem Navarr. in Manuali Latino, cap. 25. numer. 108. Jacob. de Graff. lib. 2. casuum conscientie, cap. 54. n. 11. Frater Emmanuel. Roder. in sua summa, cap. 140. in 1. part. conclus. 1. Petrus Gregor. Tholos. de partition. Canon. lib. 1. tit. 20. cap. 5. gloss. 3. Durandus de ritibus Eccles. lib. 3. cap. 22. n. 4. Cardin. Toletan. lib. 2. de summa Sacerdotum, cap. 12. Azor. institut. mor. lib. 10. cap. 1.*

ALLEGATIO XXXVII.

Quando Clericus moritur, nullo relicto hærede ex testamento, vel ab intestato usque ad decimum gradum, quis ei succedat?

SUMMARIUM.

- 1 Quando quis moritur nullo hærede relicto ex testamento, vel ab intestato intra 10. gradum succedit fiscus.
- 2 Quod intelligitur, nisi relinquatur maritus, vel uxor.
- 3 Quando moritur Clericus sine hærede ex testamento, vel ab intestato, succedit

cedit Ecclesia in qua erat Clericus.

4 Est differentia inter jus civile, & canonicum.

5 Si Clericus non habebat propriam Ecclesiam succedit Episcopus.

6 Quando Episcopus succedit in illis bonis, debet ea erogare in usu pios, & probatur per Constitutiones synodales, & n. 7.

8 Advertentia ad Constitutiones Colimbrienses.

9 Qualiter dicatur non constare de consanguineis.

10 Orta contentione inter regium fiscum, & Ecclesiasticum super bonis illius, præsumptio erit pro regio fisco.

Ibid. Quia quilibet præsumitur laicus, nec proderit esse in possessione Clericatus; nisi probetur eum fuisse Clericum.

11 Nisi Clericatus fuerit antiquus, & sufficiet illa possessio, & reputatio.

12 Hæc sunt intelligenda in Clerico sacerdotum ordinum, vel minorum beneficium habente, non in aliis sine beneficio.

Ibid. Licet observet requisita Concilii, redditur ratio.

QUando aliquis moritur nullo relicto hærede ex testamento, vel ab intestato, intra decimum gradum succedit fiscus in ejus bonis, L. 1. ff. de jure fisci, L. 1. Cod. de bon. vacantibus, lib. 10. Anton. Peregrin. de jure fisci, lib. 4. tit. 3. à num. 1. probatur apud Castellanos in L. 3. tit. 13. in fin. part. 6. & apud Lusitanos ex Ordin. lib. 2. tit. 15. §. 17. in antiquis, & lib. 2. tit. 27. §. 17. in novis, Joan. Rojas de successione, cap. 34. num. 1. Gomez L. 8. Taur. numer. 26. Molin. Theolog. 1. tom. de just. & jure, disputat. 164. vers. 11. conclus. idem probatur in L. 12. tit. 8. lib. 5. novæ col. lect. ibi: Que los bienes, y herencia del que muere ab intestato, no dexando descendientes, ni ascendientes, ni transversales, son del Rey: & ibi docent Matienço gloss. 1. & Azeved. quod intelligo non relicta uxore, vel marito ejus, qui præ-

decessit ab humanis, ut probatur in L. 1. ff. & Cod. unde vir, & uxor, Ordinatio apud Lusitanos, lib. 4. tit. 69. in antiq. & lib. 4. tit. 94. in novis, ibi: Falecendo o homem casado ab intestado, não tendo parente até o decimo gráo, contado segundo direyto civil, que seus bens deva herdar; & ficando sua mulher viuva, a qual juntamente com elle estava, & vivia em casa, teuda, & manteuda, como mulher com seu marido, será universal herdeira, & pela mesma maneira será o marido herdeiro da mulher com que estava em casa manteudo, como marido com sua mulher, se ella primeiro falecer sem herdeiro até o decimo gráo, & nestes casos não terá que fazer os nossos Almojarifes: quod idem, ut maritus, & uxor succedant in bonis præmorientis sine hærede testamentario, vel consanguineis, usque ad decimum gradum, exclusio fisco in terminis d. L. 12. Castellæ, tenent ibi contra Tell. Fernand. Matienço, & Azeved. numer. 2. & 3. Alvar. Valasc. de partitionib. cap. 26. n. 1.

Si autem moritur Clericus nullo relicto hærede testamentario, vel ab intestato, bona ejus pertinent ad Ecclesiam cujus erat Clericus, cap. ultim. 12. q. 5. ibi: Quicumque ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hereditas ejus ad Ecclesiam, ubi deservivit, devolvatur; similiter de sanctimonialibus; & ibi notant Archidiaconus Turrecremata, & Belamera, idem probatur in cap. 1. de successione, ab intestato, & ibi notant Abb. & Anton. Sanctus Raymundus in sua summa, lib. 2. tit. de raptoribus, §. 7. vers. item decedit talis, Godofred. de success. in sua summa n. 3. Rota dec. 865. in antiquis, Guilhelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo, & uxorem nomine Adelasiam, tit. de successione ab intestato, num. 271. Nicol. Vigel. lib. 3. Method. juris civil. cap. 3. regul. 4. idem de jure civili probatur in L. si quis Presbyter. 20. Cod. de Episcopis, & Cleric. ubi Bald. Salicet. & Paul. Platea in L. 1. numer. 3. Cod. de bon. vacantibus lib. 10. Afflict. cap. unico, §.

vacantia, num. 6. quæ sint regalia in feudis, L. 53. tit. 6. part. 1.

- 4 Est tamen differentia inter jus civile, & Canonicum, quia de jure civili non succedit fiscus, nisi ubi defunctus decessit nullo relicto consanguineo, usque ad 10. gradum, & de jure Canonico succedit Ecclesia Clerico, si decedat ab intestato nullo relicto consanguineo usque ad 7. gradum, & ita intelligunt text. in *d. cap. ultim. Archidiacon. Turrecremata, & Bellamera ibi*: quod si Clericus non habuit propriam Ecclesiam, succedet Episcopus, ut per *gloss. cap. quia diversitatem de concession. præbend. Innocent. cap. insinuante, qui Cleric. vel. voven. est text. in Authent. de Ecclesiastic. titul. §. si quis Episcopo, collat. 9. Roxas de successione. cap. 34. numer. 37. & 38. Peres in L. 20. titul. 19. lib. 8. Ordinam. pag. 372. column. 1.*
- 5 Quando autem Episcopus succedit in illis bonis, debet ea erogare in usus pios, & non appropriare in usus suos: ut docent *Paul. d. L. si quis Presbyt. numer. 2. Abb. d. cap. 1. ad finem, de successione. ab intestato, Azeved. in L. 13. titul. 8. lib. 5. novæ collect. Peregrin. de jure fisci, lib. 4. tit. 3. numer. 10. & ita disponitur in Constitut. Episcopat. Colimbriens. titul. 26. Constitut. 7. §. 11. ubi ita habetur: E quanto aos bens patrimoniaes, que os Clerigos tiverem adquirido por razão de sua pessoa, industria, & ordens, que todos tem natureza de patrimoniaes, poderão dispor delles como lhes parecer, & falecendo sem testamento, lhes succederão seus parentes ab intestato até o 10. grão, computados conforme a direito civil; & não tendo, ou não se lhes achando parentes até o 10. grão, todos os bens por seu falecimento pertencem à Igreja, se a tinha, & não tendo Igreja, a nós, ou á nossa Camera, conforme a direito, pagas suas dividas, & exequias, & nós os gastaremos em obras pias como nos parecer: & in Episcopatu Portugallensi, titul. 24. §. 6. Constitut. 1. ibi: E os Clerigos assim Beneficiados, como não*
- 7 Beneficiados, que tem bens patrimoniaes,

ou outros adquiridos por sua industria, poderão delles dispor livremente, & os deixar em seu testamento aquem quizerem, & se morrerem ab intestato, fiquem á seus herdeiros, & se os não tiverem, então pertencem a nós dispor delles em obras pias, segundo entendermos. Porem seremos obrigados ás dividas, & serviços na maneira sobredita; & quanto aos Abades, & Beneficiados do Arcediagado da Feira, que falecem, se guardará o costume que abi ha.

Nota tamen, quod constitutio Colimbriens. in eo loco dum loquitur de consanguineis, usque ad 10. gradum deviat ab opinione *Archidiacon. Turrecremata, & Bellamera*, qui in *d. cap. ultim. 12. quest. 5.* tenebant textum esse intelligendum de consanguineis, usque ad 7. gradum. Addo *Molinam Theolog. 1. tomo de justitia, & jure, disp. 164. versic. 11. concl.* qui tenet defuncto laico sine consanguineis usque ad 10. gradum, & sine uxore, succedere fiscum læcularem, & si defunctus sit Clericus, succedere fiscum Ecclesiasticum, qui quidem fiscus in bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis est ipsa Ecclesia, cui inservit, & in bonis patrimonialibus est Episcopus, ut docet *Afflict. d. §. vacantia, numer. 6.* Qualiter autem dicatur non constare de consanguineis talis Clerici defuncti ab intestato, vel eos non habere, docent *Paul. in L. si bona, Codic. de auctoritat. judic. possidend. Gomez d. L. 8. Taur. num. 26. Matienso d. L. 12. gl. 1. ad finem.*

Orta verò contentione inter Regium fiscum, & Ecclesiasticum super illius bonis, præsumptio erit pro Regio fisco, quia quilibet præsumitur laicus, nec proderit esse in possessione Clericatus, nisi probetur eum fuisse Clericum, *cap. cum adeo de rescript. capit. ex literis, de transact. & ita tenuerunt Domini de Rota, dict. dec. 865. in antiquis, & secundum aliam collectionem est dec. 7. de testament. in antiquis, Domin. num. 12. & Francus ad finem, in cap. si judex laicus, §. ultim. de sentent. excommunicat. lib. 6.*

lib. 6. Guilhelm. Benedict. d. verbo, & uxorem, titul. de success. ab intestato, n. 272. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. num. 4. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 34. num. 17. Curia Philip. 1. p. §. 5. num. 29. Si tamen Clericatus fuerit antiquus, sufficet illa possessio, & reputatio in qua erat, ex adductis per Fac. de Put. lib. 2. decis. 407. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1140. num. 12. & 22. Menoch. dicta præsumpt. 76. n. 17.

Hæc sunt intelligenda in Clerico sacrorum ordinum, vel in Clerico in minoribus Beneficiato, qui beneficium habet, non autem in Clerico primæ tonsuræ, vel minorum ordinum sine beneficio, quia licet in habitu, & tonsura observet alia requisita Concilii Tridentini in decreto citato, & decedat sine hærede ex testamento, vel ab intestato, usque ad decimum gradum, ejus bona obtinebit Regius fiscus, & non Ecclesiasticus, quia talis Clericus post prædictum decretum non utitur privilegio Clericali, nisi quoad Canonem, & privilegium fori in causis criminalibus, non verò in causis civilibus, qualis est hæc causa successionis in ejus bonis, & hæreditas jacens repræsentat personam defuncti, *L. hæres, & hæreditas 22. ff. de usucap. Authent. de jure jurand. à moriente præstit. §. 1. collat. 5.* & ideo locus erit Regio fisco.

ALLEGATIO XXXVIII.

An Clericus in minoribus possit esse Vicarius Episcopi.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus in prima tonsura, vel in minoribus solutus potest esse Vicarius Episcopi.
- 2 Quid in eo sit statutum de jure in Concilio Provinciali Bracharensi.
- 3 Quid in Episcopatu Portugallensi, & quid in Episcopatu Conimbricensi.

4 Clericus in minoribus fungens munere Vicarii, potest excommunicare, & absolvere.

5 Debet incedere Vicarius talis in habitu Clericali.

Clericus in prima tonsura, vel in minoribus solutus potest esse Vicarius Episcopi, & habere jurisdictionem Ecclesiasticam, & spiritualem, ut tenet *Abb. Imol. & alii in cap. 2. de judiciis*, probatur in *cap. in nova 16. question. 7. Parlador. de different. quotidian. different. 9. §. 1. numer. 33. Morla in 1. part. sui emporii, titul. 2. quest. 22. n. ult. Ludov. de Mirand. de ordin. judiciali, q. 2. articul. 7. conclus. 1. Lælius Zechius de Republica Ecclesiastica, cap. 23. num. 2.* in idem consentit Concilium Bracharense, 1. part. actione 2. titulo de Provisoriis, & Vicariis Prælatorum, cap. 1. ubi ita habet: *Statuit sancta Synodus, ut nemo Provisoris, vel Vicarii munus gerat, nisi Sacerdos, aut certe in sacris ordinibus constitutus, si qui vero in minoribus dumtaxat ordinibus constitutus ad eas functiones admittantur, nisi intra sex menses ad maiores promoveatur, à suscepti muneris executione suspendatur.*

In Episcopatu Portugallensi, titulo *de Vicario, Constit. 2. in princip.* ubi conformando se cum prædicto Concilio Provinciali Bracharensi, jubet quod Provisor sit insignitus in jure Canonico, Sacerdos 30. annorum ad minus, & in *Constitutione 5.* jubet, quod Vicarius generalis habeat annos 30. circa, Doctor vel Licentiatus in jure Canonico, vel aliter literatus sufficiens, & in Episcopatu Colimbriensi, in titulo Provisoris, jubet Provisorem esse personam gravem in literis, & experientia, constantem, & integrum in justitia, Sacerdotem, & maturæ ætatis; & in titulo Vicarii jubet, quod Vicarius generalis sit semper Sacerdos, vel saltem ordinum sacrorum 30. annorum, Doctorem, vel Licentiatum in jure Canonico, literarum sufficientem, bonis moribus imbutum, nam etiam

etiam potest esse Vicarius, qui habuerit ordines minores, dummodo intra sex menses promoveatur ad sacros ordines, ut permittit Concilium Bracharense dicto loco, & dum inservierit dicto muneri, poterit excommunicare, & absolvere, Covarr. cap. alma mater, 1. part. §. 11. num. 3. Henriq. lib. 3. de excommunication. cap. 24. §. 1. & cap. 27. §. 4. Item constitui potest Canonicus regularis, vel Monachus claustralis, ut est communis, secundum Paris. de resignat. beneficiorum, lib. 9. quest. 4. num. 5. & debet talis Vicarius incedere in habitu Clericali, ut per Cuchum de Vicario Episcopi, num. 50. Zechium dict. cap. 23. num. 2. vers. debet etiam, ubi multa agit de officio Vicarii.

ALLEGATIO XXXIX.

De Clericis conjugatis, quando fruuntur privilegio Clericali.

SUMMARIUM.

- 1 Concilium in nostro decreto refert se ad Constit. Bonifacii VIII.
- 2 Clericus conjugatus cum unica virgine deferens habitum, & tonsuram, gaudet privilegio fori.
- 3 Ante eam constitutionem Clerici conjugati fruebantur tribus privilegiis Canonis, fori, immunitatis, exactionum.
- 4 Hoc privilegium fori tantum habet locum in causis criminalibus, sive criminaliter, sive civiliter intentatis.

Concilium in dicto decreto sessione 23. de reformat. cap. 6. refert se ad Constitutionem Bonifacii VIII. in cap. unico de Clericis conjugatis, lib. 6. cujus tenor, & contextura talis est: Clerici, qui cum unicis, & virginibus contraxerunt, si tonsuram, & vestes deferant Clericales privilegium retineant Canonis ab Innocentio Papa secundo prædecessore nostro editi in favorem totius ordinis Cle-

ricalis, & cum juxta Parisiense Conciliū nullus Clericus distringi, aut condemnari debeat à iudice sæculari, præsentem declaramus huiusmodi Clericos conjugatos pro commissis excessibus, vel delictis trahi non posse criminaliter, vel civiliter ad iudicium sæculare: nec ab ipsis sæcularibus eos personaliter, vel etiam pecunialiter, ne per unam viam concedatur iisdem iudicibus, quod per aliam denegatur, nullatenus condemnari: in cæteris autem, vel nisi (ut præmittitur) tonsuram, vel vestes deferant, etiam in præmissis eos gaudere volumus Clericali.

Ex hoc text. & Concilio elicitur generalis conclusio: si Clericus conjugatus cum unica virgine deferat habitum, & tonsuram Clericalem, gaudet privilegio Clericali, ut ibi notant Doctores, Archidiacon. Joann. Andr. Anchar. Domin. & Francus, Godofred. de Cleric. conjugat. Speculat. 4. part. de Clericis conjugat. Armilla aurea, verbo Clericus, num. 30. Bermon. de public. concubin. §. hoc nomen à Mathia, pag. 144. num. 1. Burgos de Paz, cons. 22. num. 1. Ursillus ad Afflict. decis. 274. numer. 7. Joann. Garcia de nobilit. gloss. 9. num. 50. Farin. lib. 1. q. 8. n. 6.

Et ante hanc constitutionem Clerici etiam conjugati fruebantur privilegiis tribus, videlicet, Canonis, si quis suadente 17. quest. 4. privilegio fori, de quo in Authent. statuimus, Cod. de Episcopis, & Clericis, cap. 2. de judic. item, & immunitate exactionum, de qua in L. 2. Cod. de Episcopis, & Clericis, gloss. 1. & Imol. num. 5. in cap. Joann. de Cleric. conjugat. & per illam Bonifacii VIII. sublatum est privilegium immunitatis, & tantum retinent duo privilegia Canonis, & fori, Joann. Bolognet. cons. 22. num. 10. Petrus Tholosan. lib. 4. partition. juris Canonici, tit. 8. cap. 2. gloss. 1.

Hoc privilegium fori tantum habet locum in causis criminalibus, sive criminaliter, sive civiliter intentatis, & ita probat d. cap. unic. & ibi notant Domin. & Franc. in §. cum juxta, Purpur. cons. 213. lib. 1. num. 1. Farin. d. quest. 8. num.

num. 7. inde meritò *Navarr. consil. 17. numer. 6. lib. 5. de privileg.* dixit, quòd per decretum Tridentinum, in quo jubetur observari dictam Constitutionem Bonifacii VIII. bona pars privilegiorum ablata est Clericis in minoribus, *Thom. Sanchez de impedimentis lib. 7. disp. 46. per totam*, ubi multa deducit.

ALLEGATIO XL.

An Clerici possint uxorem ducere, & an ducendo perdant beneficia, & pensiones Ecclesiasticas?

SUMMARIUM.

- 1 Clericis in sacris non licet ducere uxores.
- 2 Perdunt beneficia si contrabant.
- 3 Clerici in minoribus possunt ducere uxores.
- 4 Si habeat beneficia, illa perdunt.
- 5 Amissio beneficii fit ipso jure.
- 6 Ampliatur licet matrimonium non sit consummatum.
- 7 Etiam amittitur pensio Ecclesiastica per matrimonium.
- 8 Limitatur, remissivè.
- 9 Ampliatur, si beneficiatus contrabat cum consanguinea scienter.
- 10 Et inter alias pœnas hoc est, quod amittat beneficium.
- 11 Procedit tam in Clerico in sacris, quàm in minoribus.
- 12 Utcumque matrimonium fit nullum.
- 13 Limitatur quando matrimonium fuit de presenti, non autem ubi sola sponsalia interfuerunt.
- 14 An amittat si contrabat cum impubere, & num. 15.
- 16 An idem sit si contrabat cum impubere scienter, vel ignoranter.
- 17 Plus valet opinio, quàm veritas ignorata.
- 18 Contracto matrimonio, non potest beneficiatus renunciare beneficio.
- Ibid. Secus si resignet ante contractum.
- 19 Distinguitur inter beneficium resig-

natum per Clericum matrimonium contrahentem, vel intrantem.

- 20 Non habebit in his terminis locum pœna Legis Lusitanæ, & num. 21.
- 22 Pœna illius est usitata in Lusitania.
- 23 Propter delictam potest Princeps facere de cive forenssem.

Clericis in sacris non licet uxores ducere, *cap. erubescant, 32. distinct. cap. nemo, cap. si quis 31. distinct. Godofred. de Clericis conjugatis, num. 1.* ea ratione, quia omnibus in sacris continentia est indicta, *cap. à multis de temporibus ordinand. Barbosa ad rubric. ff. soluto matrimon. 3. part. numer. 71. Thomas Sanchez lib. 7. de impedimentis, disp. 28. numer. 3.* & perdunt beneficia si contrahant matrimonium, *ex cap. 3. de Clericis conjugatis, latè Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 182. Thomas Sanchez lib. de impedimentis, disput. 43.*

Clerici verò in minoribus bene possunt ducere uxores, *cap. de his 28. dist. cap. 1. & 3. de Clericis conjugat. Frater Martin. de Ledesma in 2. quarti quæst. 42. articul. 3. Thomas Sanchez lib. 7. disp. 42.* & si habent beneficia, illa perdunt contrahendo matrimonium, *ex cap. 1. cap. Joannes, de Clericis conjugat. ubi Anton. & Imol. Speculat. de Cleric. conjugat. numer. 19. Paris. cons. 20. num. 30. lib. 4. Joan Cephal. cons. 276. à numer. 1. lib. 2. Matienço in rubr. titul. 1. gloss. 1. num. 158. & in L 7. titul. 8. gloss. 12. num. 2. Rojas de successione cap. 17. à num. 20. Petrus Gregor. de re beneficiar. cap. 25. num. 4.*

Habet hæc doctrina plures ampliationes: prima est, quòd amittant beneficia ipso jure, *Abb. & Imol. uterque n. 7. in dicto cap. 1. de Clericis conjugat. Bartholom. Brixienf. quæstion. 9. dominical. ubi hoc per multa decidit glossa, verbo, Clericales, d. cap. unic. de Clericis conjugat. lib. 6. Covarr. de sponsalib. 2. part. cap. 6. §. 3. numer. 3. Menchac. de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 45. Mascard. dict. conclus. 182. in 1. limitat. Hieronym. Cevall. de communibus contra communes quæst.*

quæst. 147. latè Thomas Sanchez dicta disput. 42. numer. 3. & 4. & numer. 2. explicat quantum importet vacare ipso jure, an fore privandum per sententiam, & numer. 5. ampliat, licet matrimonium non sit consummatum, utpote, quia sponsa ingressa est religionem, & ita Anton. numer. 7. Abb. num. 6. in d. cap. 1. de Clericis conjugat. Speculat. de Clericis conjugat. num. 20. Aufrer. ad Capellam Tholosanam, dec. 240. numer. 3. Bernard. Dias in pract. crimin. cap. 80. numer. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 82. numer. 4. Cevall. d. conclus. 147. numer. 1. vers. quod etiam procedit, Mascard. dict. conclus. 182. num. 3. & 4. Sanchez d. disput. 42. num. 5.

7 Secunda ampliatio sit, quod etiam amittitur pensio Ecclesiastica per contractum matrimonii, ex Ludov. Gomes. de annali possessore, quæst. 21. vers. sed ut omnia, Gigas de pensionibus, quæst. 54. num. 4. & 5. dicens hoc sibi accidisse in facto, & in persona sua, Joan. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 10. cap. 10. idem post Navarr. de Oration. cap. 21. n. 53. tenet Salzedo ad Bernard. in pract. crim. cap. 80 in addition. Litera E, vers. amittit, idem tenet Bermond. de public. concubinat. pag. 404. num. 3. Covar. de sponsalibus lib. 2. cap. 6. §. 3. num. ultim. Flamin. de resignat. beneficiorum, lib. 1. q. 1. num. 15. Cevall. dict. quæst. 147. num. 3. Sanchez lib. 7. de impediment. disput. 43. num. 5. limita per eundem Gigant. dict. quæst. 54. num. 3. Joan. Baptista de pensionibus, quæst. 30. Covarr. ubi proximè, Sanchez d. disput. 43. num. 3. & 4. ubi ponit bona exempla, & disput. 44.

9 Tertia ampliatio sit, quod procedit nostra conclusio de amissione beneficii ob matrimonium, si beneficiatus contrahat cum consanguinea scienter, quia nec matrimonium tenet ob impedimentum consanguinitatis non dispensatæ legitimè autoritate Apostolica, & ille amittit beneficium, ex text. in Clement. unica de consanguinitate, & affinitate, ubi Clemens V. ita disposuit: Eos (qui divino timore postposito in sua-

rum periculum animarum) scienter in gradibus consanguinitatis, & affinitatis constitutione interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon & religiosos, & moniales; Clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes refrænare metu pænæ ab hujusmodi eorum temeritatis audacia cupientes, ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subjacere: præcipientes Ecclesiarum Prælati, ut illos, quos eis constiterit taliter contraxisse, excommunicatos publicè tandiu nuntient, seu à subditis faciant nuntiari, donec suum humiliter recognoscentes errorem separentur ad invicem, & absolutionis obtinere beneficium mereantur, per prædicta quoque juribus, quæ sic contrahentibus alias pœnas imponunt, in nullo volumus derogari.

Et inter alias pœnas hæc est, quod amittat beneficium, Cardinal. Anton & Abb. in dict. cap. 1. de Cleric. conjugat. Joann. eodem titulo, Roman. consil. 483. num. 6. intelligens tam in Clerico in minoribus, quàm in sacris, Menchac. de success. creat. lib. 3. §. 22. limitat. 17. num. 47. Ful. Clar. in §. ult. pract. criminal. quæst. 73. numer. 5. Pius Pichard. inter communes, verbo, Clericus beneficiatus, & Hieronym. Cevall. d. quæst. 147. numer. 7. intelligit, utcumque matrimonium sit nullum, & multa circa implicationem dictæ Clementinæ, vide per Sanchez lib. 7. de impedimentis, disput. 48.

Limitatur hæc tertia ampliatio, quando matrimonium fuit de præsentis, non autem quando solum intervenerunt sponsalia de futuro, ex gloss. verbo, contrahere in dicta Clementina unica, ubi eam sequuntur Cardin. num. 15. & Ancharr. numer. 7. & Imol. n. 10. Anton. num. 4. & Abb. num. 5. d. cap. 1. Barbof. in L. 6. numer. 25 ff. soluto matrimonio, idem probant Capella Tholosan. quæst. 240. & ibi Aufrer. Rebuff. in praxi beneficiorum, de publica resignat. gloss. 18. num. 40. Peres ad L. 1. titul. 1. lib. 5. Ordinarum. pag. 4. vers. hic infertur, & seqq. Caldas

Caldas ad L. si curatorem, verbo, laesis, num. 128. vers. ex his infero, Cod. de in integrum restitution. minor. Sanchez d. disput. 42. n. 1. & disput. 48. n. 7.

14 Unde videndus est, si Clericus in minoribus contrahat cum impubere, an idem sit, ut beneficium amittat, & in hac quaestione, *Foann. Andr. in novell. cap. 2. & in cap. Foan. de Clericis conjugatis*, tenet eum non perdere beneficium: *Rota tamen decis. 102. incipit, Nota*, in antiquis tenet, quod perdat beneficium, licet matrimonium non consummet, quia ex quo non stet per eum quin consummaretur, videtur habuisse animum perdendi beneficium, *ex cap. nuper, de bigam. juncta L. quod ergo, §. cum autem, ff. de iis, qui notantur infam.* & quia consensus facit nuptias, non concubitus, *L. nuptias, ff. de regulis juris*, idem tenet *Pavin. de offic. & potestat. capit. Sede vacante, in ultim. praelud. column. 2. vers. 7. per contractum matrimonii, Foan. Staphil. de liter. gratiae, & justitiae, titul. de variis modis vacatura à numer. 74. Mandos. ad Roman. d. consil. 483. litera C*, sed opinionem *Foann. Andr.* secuta est *Rota, dec. 571. in antiquis, incipit, Utrum, & alia Bernardi de Bisignet. dec. 1. de sponsalibus*, & hæc est communis ex Doctoribus in *dict. cap. Joannes, Covarr. de sponsalibus, 2. part. cap. 6. §. 3. numer. 4. Menchaq. d. n. 47. Ful. Clar. in pract. criminal. §. ult. q. 73. numer. 5. vers. sed nunquid sic cum impubere, Grammat. cons. 54. num. 11. Sanchez d. disp. 48 n. 11.*

16 Distinguit tamen *Menchac.* in eo loco inter Clericum ignorantem sponsam esse impuberem, quia putabat eam puberem esse, & inter Clericum scientem eam esse impuberem, cum qua matrimonium contrahit, ut in primo casu amittat beneficium, quia contrahendo cum impubere, quam crebebat puberem, animum contrahendi matrimonium habebat, & relinquendi beneficium, & in secundo casu non amittat, quia contrahendo cum impubere scienter, non potest habere talem animum perdendi be-

neficium, ex quo non potest valere matrimonium ab impubere contractum, data scientia minoris ætatis, & resolvuntur in sponsalia de futuro, quæ non faciunt jacturam beneficii, & hanc distinctionem probant *Salzedo ad Bernard. Dias in pract. cap. 80. ad fin. & Sanchez disput. 43. num. 7. lib. 7. de impedimentis*, & potest comprobari ex responso *Ulpiani in L. is qui putabat 15. ff. de acquir. hered. & alio responso Julii Pauli in L. 2. §. si à pupillo, ff. de usucapion. pro emptor.* quod plus valet opinio existimantis se validè contrahere, quam veritas ignorata ab eo, & hæc distinctio est bona, & æqua.

Adverte tamen, quod contracto matrimonio non potest beneficiatus renuntiare beneficium, quod perdidit ipso jure, si autem illud velit renuntiare, antequam contrahat, poterit resignare coram Ordinario, dummodo statim sequatur matrimonium, ut docet de primo *Flamin. Paris. de resignat. beneficior. lib. 3. quest. 1. numer. 28.* & de secundo idem *Flamin. eodem lib. 3. q. 6. à num. 163. ubi num. 166. & 167. distinguit inter beneficium resignatum per Clericum contrahentem matrimonium, ut Ordinarius possit statim providere de eo, & inter resignatum per Clericum intransentem, ut non possit statim conferre, sed debet expectare per annum, in quo potest exire, & non facere professionem.* Rursus & adde quod talia beneficia vacantia per contractum matrimonium à beneficiatis, cum vacent ipso jure, possunt impetrari licet de facto retineant: sic *Ancharr. ad cap. quod à te, num. 4. de Clericis conjugat. Azor. lib. 5. institut. moral. cap. 8. quest. 3. quos sequitur Sanchez d. disp. 42. num. 11.*

Nec in his terminis habebit locum poena *L. 3. tit. 12. part. 4. Extravagant.* in qua *Serenissimus, & Catholicus Rex Emmanuel* ita statuit: *Por a informaçã que El-Rey Dom Manoel, que sancta gloria baja teve da grande devassidam, & fadiga, que injustamente se dava aos Beneficiados de seus Reynos, por as pessoas*

peſſoas que eſtavaõ em Corte de Roma, lbes impetrarem ſeus beneficios, vagando por certo modo, & em algumas maneiras exorbitantes, & os faziaõ citar para Roma, & ſendo alguns delles muito velhos, lbes convinha acudirem a ſuas citaçoens, & morriaõ ás vezes no caminho, ou lá em Roma, & os que viviaõ, eraõ afadigados, & lbes convinha fazer quaesquer injuſtos partidos por remir ſua vexaçãõ, com grande cargo de consciencia daquelles porque aſſim eraõ vexados, & falecendo andando na demanda, ficava aos que por malicia os faziaõ citar ſubragado direito nos taes beneficios, ordenou que quaesquer ſeus naturaes que em Roma eſtiveſſem, ou fora della, & impetraſſem beneficios de homens vivos, hora foſſe por certo modo, hora por qualquer outra maneira, os havia por eſſe meſmo eſfeito por deſnaturalizados de ſeus Reynos, & Senhorios, para nunca poderem uſar dos privilegios, graças, merces, franquezas, & exempçoens, de que por direito, & costume uſaõ os naturaes de ſeus Reynos, & encorreſſem nas penas em que encorremos que de ſeus Reynos eraõ deſnaturalizados: & que tendo beneficios em ſeus Reynos, & Senhorios, lbes foſſem pelo meſmo feito embargados, & ſequeſtrados os fruõctos delles, & lbes naõ foſſem entregues ſem ſeu mandado, & q̄ ſendo leigos os que para Roma fizeſſem as ditas citaçoens, foſſem prezos, & naõ foſſem ſoltos ſem ſeu eſpecial mandado, por hum alvará de 10. de Dezembro de 1515.

21 Et in *L. 5. ejusdem titul.* Rex Sebastianus ita ſtabilivit: *Manda El-Rey noſſo Senhor, que daqui em diante naõ ſe faça extenſãõ da ley precedente em outros caſos fóra do intento, com que o dito ſenhor Rey a paſſou, & dos que nella ſaõ expreſſos contra peſſoas Eccleſiaſticas, ſem embargo do eſtylo que ſe ategora uſou no juizo dos feitos de Sua Alteza, & que ſe guarde em todo a diſpoſiçaõ do direito, & do ſagrado Concilio Tridentino, & que ſe cumpra aſſim nos caſos que daqui em diante ſuccederem, como nos que já pendem no dito juizo de ſeus feitos:*

por hum alvará de 21. de Julho de 1561. Utamq; legem approbavit Philippus II. in nova *Ordinat. lib. 7. titul. 13.* de ſimili lege agunt *Bosſius in ſua pract. titul. de Principe, num. 218. Theſaur. dec. 131. num. 4. Robert. de attentatis 2. p. cap. 20. n. 37.*

Circa eam legem notandum eſt primo, quòd pœna, de qua ibi, eſt uſitata in noſtra Luſitania, & ſæpè Clerici naturales, qui pro beneficiis citant de prima instantia poſſeſſores ad comparendum in Roma, vel impetrant beneficia hominum vivorum certo modo, vel alia quacumque forma accuſantur, & condemnantur ad deſnaturaliſationem per judicem Regiæ Coronæ, iſtante ejus procuratore. Et propter delictum poteſt Princeps facere de cive forenſem, ex *Bald. L. ſiquis filium ad fin. Cod. de liber. præter Caſſan. Cathalog. glor. mund, 5. part. conſiderat. 24. numer. 152.* & eſt frequentiſſima in Hiſpania ex *Bernard. Dias in pract. criminal. cap. 54. num. 13.* ubi alios citat, & ut dixi, illa pragmatica ſanctio non comprehendit caſum de quo agimus, quia cum beneficium vacet ipſo jure per matrimonium contractum à beneficiato, nec ab illo retineri, nec poſſideri poſſit de jure, utique non erit hæc impetratio prohibita, nec impetrans coercebitur pœnis illius.

ALLEGATIO XLI.

Clerici in minoribus ut fruantur privilegiis Clericalibus, debent eſſe conjugati cum unica, & virgine, & de bigamis.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus in minoribus, ut fruatur privilegiis, debet eſſe conjugatus cum unica, & virgine.
- 2 In dubio, niſi aliud probetur, præſumitur virgo.
- 3 Reputatur virgo ea, quam deſloravit prius.

4. prius, nec fuit ab alio cognita, & n. 4.
5. Ampliatur quando quis contraxit cum ea, quam defloravit de presenti, & mortua est antequam eam cognosceret, non dicitur bigamus.
6. Idem si contrahat cum vidua ab alio relicta, non tamen cognita, sed à se ipso.
7. Reprobatur Magister sentent. tenens per matrimonium ratum contrahi bigamiam.
8. Copulatus cum pluribus fornicariè non est bigamus.
9. Bigamia triplex est, vera, interpretativa, similitudinaria.
10. Quæ dicatur bigamia vera.
11. Dicitur cognovisse quando intravit claustra pudoris.
12. Quæ dicatur bigamia interpretativa.
13. Ampliatur licet ignoranter contrahat cum fœmina prius ab alio cognita.
14. Idem quando cognovit uxorem suam ab alio adulteratam post adulterium commissum, sive sciat, sive ignoret adulterium.
15. Agitur de lege Castellæ, quæ requirit scientiam de adulterio in marito.
16. In Regno Castellæ observabitur ea lex, in Regno Lusitano observabitur jus commune.
17. Hæc pertinent ad juris Canonici determinationem, & illi standum est.
18. Quæ dicatur bigamia similitudinaria.
19. Quis possit in bigamia dispensare.
20. De jure bigamus privatur omni privilegio Clericali.
21. Hoc intelligitur in bigamia vera, vel interpretativa.
22. Bigamia similitudinaria non comprehendit Clericos in minoribus.
23. Bigami prohibentur portare habitum, & tonsuram.
24. Habet effectum impediendi ad promotionem, & executionem ordinis, in promotis.
25. Reprobatur opinio eorum, qui intelligunt capit. unic. de bigam. lib. 6. de bigamo vero, non de interpretativo.
26. Reprobatur decis. Capell. Thol. 64.

27. Bigamia contrahitur ex matrimonio de presenti, non verò de sponsalibus.
28. Contrahens per verba de futuro, & copulans, non incurrit bigamiam attentato jure noviori.
29. Bigamia vera, nec interpretativa incurritur, si matrimonium sit nullum.
30. Distinguitur inter matrimonium nullum per Clericum in sacris, vel in minoribus.

Clericus in minoribus conjugatus, ut fruatur privilegiis nostri decreti debet esse conjugatus cum unica & virgine, ut probatur in cap. unic. de Cler. conjugat. lib. 6. ibi: Qui cum unicis, & virginibus contraxerunt, & est indubitata conclusio per omnes, ibi, & probatur in L. 35. titul. 5. part. 1. Jul. Clar. in pract. crimin. §. ultim. quest. 36. num. 8. Pichard. inter communes, verbo, Clericus conjugatus non propter conjugium, refertur in 2. tomo commun. lib. 1. tit. 7. numer. 11. Soares in 5. tom. cap. 22. num. 6. Tyber. Decian. lib. 4. 1. tom. criminal. cap. 9. num. 40. Farin. lib. 1. question. 8. num. 8. Thom. Sanchez lib. 7. de impedimentis, disput. 46. num. 1. Ordin. lib. 2. titul. 1. §. 15. in antiquis, & §. 27. in novis, ibi: Como casou com huma só mulher virgem ao tempo do seu casamento.

Et in dubio, nisi aliud probetur, præsumetur virgo ea, cum qua contraxit, quoniam mulieres omnes nascuntur cum habitu virginitatis, & in eo durare præsumitur, quousque deflorentur. Abb. cap. 1. num. 5. de adult. Bermon. de publ. concubin. §. de stupro, num. 10. Jul. Clar. in pract. crimin. §. stuprum, vers. sed pone, Navarr. in Manuali Latino, cap. 16. num. 16. Peres ad Leges Ordinament. lib. 8. column. 270. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1412. Anton. Thesaur. dec. 3. num. 2. & in terminis tenent Anchar. & Francus in d. cap. unic. Covarr. pract. quest. 43. numer. 7. vers. 7. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 2. numer. 2. Farin. d. quest. 8. n. 8. ubi addit, quod etiam præsumetur unum matrimonium.

Habet hæc doctrina aliquot ampliationes

3 tiones, & prima sit, quòd etiam reputabitur virgo ea, quam prius defloravit, nec fuit ab alio cognita, nisi ab eo ipso, quoniam non divisit carnem suam in plures, & est unus unius, & illa est unica unius, & propter virtutem matrimonii postea secuti inter eosdem, ex *cap. tanta qui filii sint legitimi*; & licet in contrariam opinionem fuerint *Tancred. Hostiens. Ugo, Godofred. de bigam. numer. 5.* quos refert *gloss. verbo, contraxerunt, in d. cap. unic. & Anton. de Butrio in cap. 2. numer. ultim. de Clericis conjugat. moti ex eo fundamento, quia requirebatur, quòd sponsa tempore, quo contraxit matrimonium, fuerit virgo, ex cap. qualis 30. quæst. 1. nec fuit decisum per Capellam Tholosan. quæst. 220. ratione de qua ibi: tamen nostram ampliacionem tenent *gloss. fin. in d. cap. 2. ubi Abbas numer. 4. dicit esse æquior, & Imol. numer. 4. testatur esse communem; eandem tenet gloss. d. cap. unic. verbo contraxerunt, & ibi sequuntur Joan. Andr. Domin. numer. 6. & Francus numer. 2. in fine, dicens eam in praxi servari; quam etiam tenent Navarr. in Manuali Latino, cap. 27. numer. 195. Sanctus Raymund. in sua summa lib. 3. de bigamis, §. 4. vers. item quid si aliquis Armilla aurea, verbo, bigamia, numer. 6. dicens eam verior, idem tenet Frater Emman. Roder. in sua summa, cap. 157. §. 3. vers. ni es, Henricus de Sacrament. ordin. cap. 6. §. 10. Cardin. Tolet. in summa de Sacerdot. lib. 1. cap. 60. vers. tertium est valde, Ful. Clar. d. quæst. 36. vers. quæro, an Clericus, & vers. sed an ille, Farin. d. quæst. 8. numer. 8. Sanchez disputat. 46. numer. 3. & disput. 84. numer. 13. & probatur ex L. Castella in L. 35. titul. 5. part. 1. ibi: Fuera si el mismo la huviera antes virgen: eandem verior tenet *Vivald. in candelab. Eccles. titul. de irregularitate, in prima specie bigamiæ, n. 5.***

5 Secunda ampliatio est, quando quis contraxit matrimonium cum ea, quam defloravit virginitate sua, & contraxerunt de præfenti, & antequam eam cognosceret post matrimonium secutum,

mortua est, nam hic non est bigamus, quia non divisit carnem suam in plures, ex *cap. debitum de bigam. Hostiens. in cap. tam literis, de testibus, Capel. Tholos. quæstion. 255. Raymund. de bigam. §. 5. Thom. Sanch. lib. 7. disp. 83. numer. 4.*

Tertia ampliatio sit, quod si contrahat cum vidua relicta ab alio, non tamen ab eo cognita, nec ab alio, sed à se ipso, dicitur duxisse virginem, & unicam, & non erit bigamus, & satisfacit dispositioni *d. cap. unic. de Cler. conjug. lib. 6. ibi: Qui cum unicis virginibus; quia cum eam cognovit virginem matrimonialiter, non divisit carnem suam in plures, ex eodem cap. debitum, ubi in hoc casu, qui fuit propositus Innocentio III. Papæ, ita concludit: Unde is qui mulierem ab alio viro ductam, sed minime cognitam duxit uxorem, quia nec illa, nec ipse carnem suam divisit in plures, propter hoc impedimentum non debet, quin possit ad Sacerdotium promoveri: & tenent ibi hanc ampliacionem, gloss. fin. Anton. & Abb. uterque numer. 3. ponentes exempla: idem Capella, decis. 254. Sylvester, verbo bigamia, numer. 3. Armill. eodem verbo, numer. 2. Henric. d. loco, & probatur ex *d. L. 35. titul. 5. part. 1. ibi: O viuva que no fuesse virgen, per argumentum à contrario sensu: idem Raymundus d. §. 5. ad fin. per text. in cap. ult. 34. dist. Tiber. Decian. lib. 4. 1. tomo criminal. cap. 9. numer. 135. Sanchez d. disp. 83. numer. 4. ubi numer. 5. dicit communiter reprobari per Magistrum sentent. in 3. dist. 27. dicentem per matrimonium ratum contrahi bigamiam, cum requiratur copula, ex *d. cap. debitum.***

Quarta ampliatio sit, si copulavit cum pluribus concubinis, quia fornicariè se habuit, non matrimonialiter, non dicitur divisisse carnem suam in plures, nec erit bigamus, quod ita probat text. in *cap. quia circa de bigam. ubi ita habetur: Sanè postulasti per Sedem Apostolicam edoceri: si Presbyteri plures concubinas habentes, bigami censeantur? Ad quod duximus respondendum, quòd cum irregularitatem non incurran bigamiæ, cum*

ALLEGATIO XLI.

171

cum eis tanquam simplici fornicatione, notatis quoad executionem Sacerdotalis officii poteris dispensare; & ibi tenent communiter Doctores, & glossa ibi reputat mirabile, quod eo casu plus habeat luxuria, quàm castitas, & tradit Frater Emman. Roder. d. cap. 157. vers. la primera conclusion, Cevall. de communib. contra communes, quæst. 556. Rebuff. responso 88. ubi agit de intellectu d. cap. quia circa, Sanchez d. disput. 83. num. 3. ubi ponit rationem.

9 *Bigamia autem triplex est, vera, interpretativa, similitudinaria. Ita gloss. d. cap. debitum, Spec. de dispensat. §. justa num. 6. Montaigne de bigamia, quæst. 4. Vivald. in candelab. titul. de irregularit. in prima specie bigamiæ, num. 2. Jacob. à Graff. lib. 4. decision. cap. 27. numer. 38. Henriq. lib. 11. de impedimentis matrimonii, cap. 6. §. 9. Soares 5. tom. disput. 49. section. 1. est communis secundum Navarr. in Manuali capit. 25. num. 165. Majol. de irregularitat. 1. lib. cap. 32. n. 3. Hieronym. Cevall. de communibus contra communes, quæst. 558. Sanchez d. disp. 83. n. 2.*

10 *Bigamia vera est quando quis duxit duas uxores successivè etiam virgines, & consummavit cum illis, gloss. cap. super de bigam. Raymund. de bigamis, §. 6. vers. proprie, cum quis diversis temporibus duas, vel plures habet uxores legitimas, per text. in capit. aperiant. 13. quæst. 1. Vivald. in candelabro de prima specie bigam. num. 3. Henriq. dict. §. 9. Navarr. d. cap. 27. num. 195. Soares d. quæst. 49. section. 1. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 5. quæst. 3. num. 188. Cevall. d. quæst. 588. idem tenent Aufrer. ad Capell. Tholosan. quæst. 64. numer. 1. Sanchez d. num. 2. & dicitur cognovisse quando intravit claustra pudoris ex Tabiena, verbo, bigamia, num. 2. ad fin. Vivald. d. loco numer. 22. Henricus de matrim. lib. 11. cap. 15. §. 3. addens in utroque foro eum esse bigamum, & eam probabilem sententiam esse fatetur Sanchez d. disput. 83. num. 6. sed etiam esse probabiliorem existimat in foro conscien-*

tiæ per rationes ibi adductas, & citat pro hac secunda opinione Borgasium de irregularitate 5. part. tit. de bigam. n. 21. & 22. & Vegam. 1. tom. suæ summæ, cap. 38. casu 4. Ego primam sequor.

12 *Bigamia interpretativa, est, quando duxit ab alio cognitam, & ipse etiam cognovit, quia tunc dividit carnem suam in plures & fit bigamus, sive illa fuerit vidua, sive soluta, ex cap. feriatim 32. distinct. cap. curandum 34. distinct. Raymund. d. §. 5. vers. item qui contrahit, Vivald. d. in Candelabr. d. loco, n. 4. vers. item qui, ubi plura jura citat, & auctoritates, Henricus d. cap. 6. §. 10. Soares d. quæst. 558. Cardinal. Toletan. lib. 1. cap. 61. vers. secunda est, Armilla dicto verbo, bigamia, num. 2. Jacob. de Graff. d. cap. 27. num. 38. Sanchez lib. 7. de impediment. disput. 84.*

13 *In hanc bigamiæ interpretativæ speciem cadit, si nubat foeminae ab alio prius cognitæ, licet ignoraverit ejus corruptionem ex Archidiacon. Joan. Andr. num. 3. Domin. num. 6. & Franc. num. 6. in d. cap. unic. de Clericis conjug. lib. 6. Guido dec. 138. ad fin. Aufrer. ad Capell. Tholos. quæst. 256. numer. 2. Purpurat. conf. 408. numer. 2. lib. 2. Navarr. dict. cap. 27. num. 195. Sylvester verbo bigam. num. 4. Armilla in eodem verbo, num. 2. & probatur ex cap. maritum, 33. distinct. Sanchez d. disput. 84. num. 3. quicquid alii aliud teneant.*

14 *Alia est bigamia interpretativa, quando cognovit uxorem suam ab alio adulteratam post adulterium commissum, sive sciat, sive ignoret eam adulterium commisisset, licet hoc faciat ex præcepto Ecclesiæ, vel judicis ex cap. si cujus 24. distinct. cap. 1. de bigam. Godofred. de bigam. num. 6. Aufrer. ad Capellam, dict. dec. 225. n. 4. Sylvester, Navarr. Henric. locis citatis, Soares ubi supra, n. 15. Frater Ludov. Lopez in suo instructor. conscient. 1. part. cap. 38. vers. & consequenter, Frater Emman. d. cap. 117. §. 4. Card. Tolet. d. cap. 60. vers. quarta, & versic. tertium, Sanchez d. num. 15. & potest esse casus exemplificatus in dict.*

- 15 *Capell. Tholosan. decis. 256.*
 In eo autem, quod dixi de marito cognoscente uxorem adulteram, post adulterium ab ea cum alio commissum, & ab eo ignoratum, contrarium deciditur in *dict. L. 35. titul. 5. part. 1.* ubi requiritur, quod maritus sciens adulterium commisisse, eam cognoscat, & hoc patet ex illis verbis: *Hiziesse ella adulterio, y despues huviesse el que ver con ella sabiendolo, & Gregor. Lopez* dixit notandam eam legem, & approbare opinionem illorum, qui tenebant requiri scientiam adulterii in viro cognoscente uxorem adulteram, & quod æquior est hæc opinio, quam approbat ea lex, & eam tenent *gloss. cap. 2. de bigam. verbo, bigamis, Spec de bigamis, Rebuff. de pacific. possessoribus, num. 194. Emman. à Sa in sua summa, verbo, irregularitas,* ubi agit de bigamia, *numer. 3.* sed
- 16 aliam opinionem fatetur *Gregor.* esse communior, & ideo in Regno Castellæ illius decisio practicabitur, in Regno autem Lusitano observabitur jus commune, & illa communis opinio, quia in Regno eo, nihil eo articulo dispositum est lege aliqua, & ubi non est lex Regia, servantur jus commune, & communes opiniones.
- 17 Rursus hæc pertinent ad juris Canonici determinationem, & illi standum est, & eam opinionem communem de jure quamplurimos referens sequitur *Sanchez d. disp. 84. numer. 15.* quem
- 18 consule. Alia est bigamia similitudinaria quam quis contrahit, quando ordine sacro insignitus, vel solemne votum castitatis emissum, idest professionem aliquam, etiam cum unica, & virgine contraxit, & consummavit, ex *cap. quot. quot 27. quæst. 1. cap. final. de bigam. Raymundus ubi supra ad finem, Angel. verb. bigamia, §. 9. Bartol. & Bald. in L. nemo Clericus, Cod. de sacrosanct. Eccles. Vivald. de bigamia in 1. specie, num. 12. & 13. Soares d. disput. 49. sect. 4. late Thomas Sanchez lib. 7. de impedimentis disput. 85.*
- 19 Quis autem possit in bigamia dis-
- pensare, vide *Rotam. dec. 1. de bigam. in novis, Montaigne de bigam. quæst. 7. Humada ad L. 5. titul. 5. part. 1. gloss. 33. Candelab. ubi supra, num. 30. Salzed. ad Bernard. in pract. crimin. cap. 16. n. 15. Cardin. Toletan. in sua summa de Sacerdotib. lib. 1. quæst. 62. Soares d. q. 49. section. 6. Sanchez lib. 7. de impediment. disp. 86. de jure bigamus privatur omni privilegio Clericali, & subjicitur Curiaæ sæculari, ex *cap. unic. de bigam. lib. 6.* ubi *Gregor. X.* in Concil. Lugdunensi sic definit: *Altercationis antiquæ dubium præsentis declarationis oraculo decidentibus bigamos omni privilegio Clericali declaramus esse nudatos, & correctioni fori sæcularis addictos, contraria consuetudine non obstante,* & notandus est textus iste, quia privat bigamos omni privilegio Clericali, tam Canonis *si quis suadente 17. quæst. 4.* quam fori, de qua in *d. cap. unic. de Cleric. conjugat. lib. 6.* & ita tenent *gloss. in eodem cap. unic. verbo, omni privilegio,* & reprobatur consuetudinem in contrarium, ut ibi *per gloss. verbo, bigamia, num. 8. Armilla eodem verb. num. 5. Soares d. disput. 40. sect. 5. n. 6. contra Host. Pan. & Reb. in praxi, tit. de Clericis ad sacros ordines male promptis, num. 6.**
- Hoc tamen intellige in bigamia vera, vel interpretativa, ex *Archidiacon. in d. cap. unic. verb. bigamos de bigam. lib. 6. Sylvester d. num. 8. Rota dec. 1. de bigam. in novis, Soar. d. section. 5. num. 5. licet Jul. Clar. in d. quæst. 36. num. 9. intelligat de bigamia propria, & Soares d. section. 5. num. ult. dicit bigamiam similitudinariam non comprehendere Clericos in minoribus, quia tantum ligat Clericos in sacris, vel religiosos professos, & consuluit *Navarr. conf. 1. tit. de bigam. lib. 1. Cardin. Tolet. in sua summa de Sacerdotibus lib. 1. cap. 61. ad fin. & ante eos Godofred. de bigam. num. 10. item prohibetur bigamos portare habitum, & tonsuram sub anathemate, ex d. capit. unic. de bigam. lib. 6. ad fin. ibi: Ipsis quoque sub anathemate prohibemus deferre tonsuram, vel habitum Clericalem,**

lem, & ibi notant *Anchar. num. 4. Domin. num. 3. & Franc. num. 3. vers. ult. Armilla aurea, verbo, bigamia, num. 5. Molina Theolog. lib. 4. de justit. 3. tract. disput. 54. num. 8. & in Concil. Trident. sessione 23. in decreto de reformat. cap. 17. ad finem. Nec potest bigamus promoveri ad ordines, cap. Acutius 26. dist. Covar. Clem. si furiosi de homic. 1. part. §. 2. Navarr. d. cap. 27. num. 195. Armilla d. verbo, bigamia, num. 4. Henric. d. §. 9. & habet effectum impediendi ad promotionem, & executionem ordinis in promotis, d. cap. quotquot 27. quest. 1. cap. 2. qui Cleric. vel voventes, & ibi Abb. notabili 3. & Antonius notab. 2. Armilla d. verbo, bigamia, num. 4. & ita declaranda est Curia Philip. 3. part. §. 1. n. 6.*

24
25
26
21
23

Ex his reprobatur opinio eorum, qui volunt intelligere *d. cap. unic. de bigam. lib. 6. de bigamo vero, non in bigamo interpretativo, ut per Aufrer. ad Capell. dec. 64. num. 2. Ful. d. quest. 36. num. 9. & 10. cum generalius procedat in bigamo utroque modo, verè, & interpretativè: sic etiam reprobatur dec. 64. Capell. Tholosan. dum definivit, quòd non dicitur bigamus, nec amittit privilegium Clericale ille, qui uxorem, quæ publicè, & notorie adulterium commisit, reconciliat, & habet, cohabitando cum ea, quia licèt dicatur bigamus, ne promoveatur ad ordines, non tamen dicitur bigamus, quoad privilegia, de quibus in dict. cap. unic. de Cleric. conjugat. lib. 6. quam sequuntur *Ful. Clar. d. q. 36. num. 10. & Tiber. Decian. d. cap. 9. num. 134. quia in contrarium est communis, de qua supra, & eam esse receptissimam, & verissimam Theologorum, & Canonistarum sententiam, & ab ea non esse recedendum testatur Salzedo ad pract. Bernard. Dias cap. 16. verb. sive ignoranter, ubi illam legem partitæ, quam refert, requirentem scientiam in marito circa adulterium uxoris rem cum ea habendo testatur æquiorum, sed adversari communi Theologorum, & Canonistarum, sententiæ, & eandem communio-**

rem, & veriorum testatur *Cardinal. Tolletan. d. cap. 60. vers. alterum; eandem probat Sanchez d. disput. 84. numer. 15. licèt aliam sequatur Lelius Zæchius de Republ. Ecclesiast. titul. de Cleric. 3. privilegio, fol. 395.*

27

Sunt tamen hæc intelligenda de bigamia orta ex matrimonio contracto per verba de præsentibus, non verò de sponsalibus de futuro, quia est materia poenalis, in qua quis arcetur à promotione, & suspensione, ab executione ordinis, & efficitur de Curia sæculari, propter bigamiam, & ideo non incurritur talis poena per sponsalia de futuro, ex glossa, *Clementin. unica de consanguinitate, & affinitat. verbo, contrahere, Barbosa in L. si ante, num. 25. ff. soluto matrimonio, & in terminis Aufrer. ad Capell. d. dec. 64. num. 3. Navarr. in Manuali Latino, cap. 27. num. 195. dicens ita in sacra poenitentiaria conclusum fuisse, reprobata decisione Rot. 1. de bigam.*

28

Unde infertur, quòd si contrahat per verba de futuro, & deinceps secuta copula, non incurret bigamiam, quia licèt secundum jura antiqua transibant in matrimonium de præsentibus, & essent valida talia matrimonia, ex *cap. 15. qui fidei de sponsalibus Concil. Trident. sess. 24. in decreto de reformation. cap. 1. tamen post illud decretum non valent talia matrimonia sic contracta, & tantum resolvuntur in sponsalia de futuro, ex Joann. Gutierrez. de jurament. confirmat. 1. part. cap. 51. num. 12. & Canonic. 1. part. cap. 18. num. 4. Navarr. in Manual. Latino, cap. 25. numer. 144. & pluribus aliis, quos refert Cævall. de communibus contra communes quest. 604. numer. 20. ideo ex talibus sponsalibus etiam secuta copula non contrahitur bigamia, nisi matrimonium celebretur secundum dispositionem text. in *d. cap. 2. Concil. Trident. & deinde sequatur copula conjugalis.**

29

Item non incurritur bigamia, saltem vera, nec interpretativa, si matrimonium non teneat, & nullum sit, licèt contrahat cum vidua, vel corrupta ab alio,

alio ex *Joann. Andr. in d. cap. unic. de Clericis conjugat. lib. 6. & Aufrer. de Capell. d. dec. 64. num. 2.* & est communis ex *Benedict. Capra regul. 97. num. 83.* refertur in 2. tomo commun. opinion. lib. 1. titul. 7. numer. ultim. *Frater Emman. Roder. d. cap. 157. §. 5.* facit, quia nulliter contractum, vel non contractum, sunt paria, *L. quoties, ff. qui satisfacere cogantur, L. 2. ff. de auctoritat. tutor. de quo tamen videndi sunt Cardinal. Tolletan. de Sacerdotib. lib. 1. cap. 16. Soares d. disput. 49. section. 3. vers. quid si matrimonium cum vidua nullum sit,* ubi distinguunt inter matrimonium contractum nulliter per Clericum in sacris, vel in minoribus, ut in primo casu inducatur bigamia, non in secundo: adde *Sanchez d. disput. 84.* & ideo retinet privilegium Clericale Clericus in minoribus, si contrahat nulliter cum vidua, vel ab alio corrupta, ut est probatum.

ALLEGATIO XLII.

Clerici conjugati ut fruantur privilegio Clericali debent portare coronam, & vestes.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus conjugatus debet portare tonsuram, & vestes.
- 2 Tonsura incepit à Petro successore Christi.
- 3 Vestes debent esse plures, & non una, illæ saltem quæ videri possunt, & n. 4.
- 5 Captus veste honesta, & alia inhonestæ, quæ tota cooperitur ab honesta, sufficit.

Clericus in minoribus conjugatus debet portare tonsuram, & vestes, ex *cap. unic. de Clericis conjugat. lib. 6.* ubi notant *glossa verbo, vestes, & verbo, conjugatur, Ancharr. num. 4. Domin. num. 5. & Franc. numer. 1. Guido Pap. dec. 138. num. 1.* & hæc copulativè requiruntur, habitus, & tonsura, nec

unum sine altero sufficit ex illo text. & *Bald. in L. si qua per calumniam, Codic. de Episcopis, & Clericis, Covarr. pract. cap. 31. vers. tertio,* ut locus sit, *Capra, regul. 94. numer. 85. vers. aut incedit in habitu Clericali, Ful. Clar. §. ult. pract. crimin. quæst. 36. num. 7. Pacian. lib. 2. de prob. cap. 34. numer. 25. Farin. lib. 1. quæst. 8. num. 64. Barbosa, L. Titia n. 35. vers. Tertia difficultas, Thom. Sanchez lib. 7. de impedimentis, disput. 46. n. 1.*

Tonsura incepit à Petro successore Christi in Pontificatu, qui in memoriam Dominicæ Passionis, & in signum spineæ Coronæ tonsuram in capite ferebat, ex *Anton. cap. penult. ad finem, de vita, & honestat. Cleric. Pacian. d. cap. 34. num. 33.* & sic Apostoli Christi erant tonsi, quod pluribus auctoritatibus *Frater Mart. Ledes. in 2. quarti quæst. 42. articul. 1. Catechism. Roman. cap. 7. n. 14.* Circa vestes autem non sufficit portare unam vestem Clericalem, sed plures; quia text. loquitur in plurali, & ita notant *Joann. Andr. ibi ad fin. & Domin. num. 5. Rota in novis, dec. 202. Covarr. d. cap. 31. num. 6. vers. tertio, Barbosa in d. L. Titia numer. 35. Farin. ubi supra num. 65.* ubi dicit, quod oportet, ut omnes Clericales vestes, & honestas deferat, illas saltem, quæ videri possunt, aliàs non sufficit si unam vestem Clericalem deferat, & alias inhonestas, & sæculares, ut etiam tenent *Alber. in L. moveor, L. si servus exportandus, num. 2. ff. serv. exportand. Gratus cons. 87. n. 18. lib. 1. Guido dec. 138. Aufrer. ad Capell. dec. 227. & dec. 252. Afflict. lib. 1. constitut. Sicil. Rub. 36. num. 10. Martius dec. 290. num. 2. in 1. part. Franc. d. cap. unic. num. 1. Boer. dec. 63. num. 10. Emman. Soares in suis communibus, verbo, Clericus absque.*

Et hinc descendit, quòd si capiatur aliqua veste honesta, & alia inhonestæ, quæ tamen tota cooperiatur ab honesta, sufficiet, ex *Clem. 2. de vita, & honestat. & ita tenet gloss. Joann. Andr. Ancharr. Domin. & Francus,* quos citat, & sequitur *Sanchez d. quæst. 46. n. 5. ad fin.*

& num. 6. tract. que sint vestes Clericales: adde Navarr. in cap. inter verba 11. quest. 3. conclus. 5. numer. 68. & 69. Pacian. d. cap. 34. à n. 34.

ALLEGATIO XLIII.

Clerici conjugati, qui cum unica virgine contraxerunt, habent duo privilegia, fori, & Canonis.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus conjugatus cum unica, & virgine, habet duo privilegia, alterum circa forum in causis criminalibus, non civilibus.
- 2 Alterum circa Canonem.
- 3 Ampliatur, quia si cum unica, & virgine contraxit, & habitum, & tonsuram deposuit, & iterum ea mortua reassumat, recuperabit privilegia Clericis concessa.

Clericus conjugatus cum unica, & virgine habet duo privilegia, alterum circa forum in causis criminalibus, tam criminaliter, quam civiliter intentatis, descendantibus ex crimine, non autem in causis merè civilibus, pro quibus conveniendus est in Curijs sæcularibus, etiamsi tonsuram, & vestes Clericales deferat, tanquam laicus reputatus, ex *Montalv. in L. 25. tit. 9. part. 1. Purpurat. cons. 213. num. 1. lib. 1.* est cõmunis secundum *Covarr. pract. cap. 31. n. 7.* ubi sic declarat illa verba *d. cap. unic. ibi: Trahi non posse criminaliter, nec civiliter,* & ibi tenent *Joann. Andr. Anchar. n. 4. & Domin. num. 7. Petr. Jacob. in pract. de duello, vers. item facit quod res, Paris. cons. 40. num. 21. lib. 4.* & cautum est in *L. Castellæ 2. titul. 4. lib. 2. novæ collect. ibi: En las causas criminales, & in Ordinat. Lusitana lib. 2. titul. 1. §. 14. in antiq. & in lib. 2. titul. 1. §. 4. in novis, ibi: Poderão ser demandados perante as ditas nossas justiçaes em todos os casos, porque os demandar quizerem civil-*

mente, & elles serão obrigados, quando assim civilmente forẽ demandados, de responder perante as ditas nossas justiçaes, sem poderem allegar seu privilegio de Clerigo, salvo nos casos criminaes, assim civilmente, como criminalmente intentados. Docent *Franc. Aviles ad leges Prætor. in proæm. gloss. 2. num. 28. Belluga in specul. Princip. rubr. 11. §. videamus, n. 1. & 6. & ibi Camill. Borrellus in additio- ne, littera A, & hanc communissimam opinionem alijs relatis appellat, & sequitur Sanchez lib. 7. disput. 46. à n. 20. Curia Philip. 3. part. §. 1. n. 5.*

Alterum privilegium est circa Canonem, *cap. si quis 17. quest. 4. gloss. 1. Abb. num. 3. Imol. num. 5. in cap. Joannes de Clericis conjugat. Godofred. in summa hujus tituli, num. 7 Rota dec. 3. de sentent. excommunic. in novis, Bertrand. cons. 144. num. 2. lib. 9. Paris. cons. 40. n. 21. lib. 4. Alciat. respons. 40. num. 26. lib. 9. Menckaq. de succession. creat. lib. 3. §. 21. num. 62. glossa fin in L. 49. tit. 6. partit. 1. Jacob. de Graff. lib. 2. decis. cap. 49. n. 29.* Ampliatur; quia si cum unica, & virgine contraxerit nuptias de præsentis, habitum, & tonsuram deposuit, & ea mortua reassumat habitum, & tonsuram, recuperabit privilegia Clericis concessa initiatis prima tonsura, vel in minoribus ordinibus constitutis, ut per *Abb. Sicul. in cap. Clericus, de vita, & honestat. Clericorum, docent Joan. Andr. Anchar n. 6. Domin. num. 5. & Franc. num. 4. in d. cap. unic. §. ult. Aufrer. ad Capell. Tholosan. dec. 204. n. 2. Covarr. d. cap. 31. n. 7. vers. quinto potissimum, ad finem, Ful. Clar. d. q. 36. pract. crimin. num. 18. Lelius Zæchius de Repub. Ecclesiast. tit. de Cleric. vers. 2. Thom. Sanchez d. disp. 46. à n. 27. ubi relatis opinionibus, huic adhæret, & quòd habeat illa duo privilegia Canonis, & fori prosequitur *Thom. Zerola in sua praxi Episcopali, §. Clericus, vers. ad secundum.**

ALLEGATIO XLIV.

Clerici conjugati, ut fruantur privilegiis Clericalibus, ultra quòd sint conjugati cum unica, & virgine, debent portare habitum, & tonsuram, & observare alia requisita Concilii, & an competant eorum uxoribus.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus conjugatus de jure Lusitano utitur privilegio fori, si tempore delicti, & capturæ versetur in habitu, & tonsura Clericali.
- 2 Post Concilium in illo decreto debet habere aliud requisitum de assignatione per Episcopum servitio alicujus Ecclesie.
- 3 Exemplificatur in Vespelione.
- 4 Reprobatur opinio Doctorum tenentium sufficere, quòd post delictum reassumat habitum, & tonsuram, licet in illius tempore in eo non versaretur, & n. 5.
- 6 Sufficit gestare tempore delicti, & capturæ, licet antea non haberet.
- 7 Reprobatur etiam decisio Capell. Tholosan. in Regno Lusitano citata.
- 8 Limitatur, nisi casus accidat in Clerico, qui propter infirmitatem amisit capillos, vel habet canitiem calvam.
- 9 Notatur differentia inter Clericum in minoribus solutum, & Clericum in minoribus conjugatum.
- 10 Exceptio fori debet allegari per Clericum conjugatum in minoribus coram iudice seculari.
- 11 Reprobatur opinio tenentium contrarium.
- 12 Apud Lusitanos servatur indistinctè, quòd iudices seculares cognoscant de meritis exceptionum.
- 13 Debet talis Clericus conjugatus abstinere se à negotiationibus, & armis, ut possit uti privilegiis concessis.
- 14 Non possunt tales Clerici renuntiare privilegio.

15 An privilegia Clericis conjugatis competentia communicentur eorum uxoribus.

16 Circa privilegium fori est controversum.

Ibid. Alexander de Nevo facit tres conclusiones.

17 Quod fruantur in criminalibus, quando vir incedit in habitu, & tonsura.

18 Sunt duo in carne una, & unum corpus.

19 Una, & eadem res non debet diverso jure censerì.

20 Tertia conclusio versatur in uxore Clerici in sacris.

Ibid. Ampliatur in uxore vidua Clerici in minoribus.

21 Jus alicui quæsitum ex persona alterius durat, licet persona deficiat.

22 Uxor Clerici in minoribus incedentis in habitu, & tonsura, vel illo mortuo, si incebat in habitu, & tonsura committat delictum, remittetur ad forum Ecclesiasticum.

23 Non procedet in vidua luxuriose vivente.

24 Hæc sunt intelligenda in causis criminalibus.

A Pud Lusitanos est Ordin. sæpius allegata, lib. 2. titul. 1. §. 15. in antiquis, & lib. 2. titul. 1. §. 27. in novis, quibus cavetur, quòd si Clericus conjugatus committat aliquod delictum, utetur fori privilegio, si tempore delicti, & tempore capturæ incedat in habitu, & tonsura Clericali, & insuper probaverit se fuisse uxoratum cum unica, & virgine; sed Ordin. antiqua statuit secundum tempus, quo vigeat constitutio Bonifacii VIII. in cap. unic. de Clericis conjugat. lib. 6. in qua duo tantum requirebat, nempe esse conjugatum cum unica, & virgine, & deferre habitum, & tonsuram Clericalem.

Cæterum post Concilium in illo decreto hæc duo non sufficiebant, nisi insuper probasset se addictum esse per Episcopum servitio alicujus Ecclesie, ut docent Gonçal. Soares in sua practica,

2. tom. prælud. 2. num. 7. Joann. Garcia de nobilitat. gloss. 9. num. 50. Salzedo ad pract. Bernard. Dias cap. 62. numer. 13. Hieronym. Giacharius ad Ful. Clar. in praxi crimin. quest. 36. num. 8. Lelius Zechius de Republic. titul. de Clericis, fol. 403. vers. similiter. Henric. de Sacrament. ordin. lib. 10. cap. 15. § 2. Barbosa in L. Titia, num. 36. ff. soluto matrim. Sanchez d. disput. 46. numer. 1. & Henric. ubi proximè exemplificat in Vespelione, qui in Ecclesia habet officium sepeliendi mortuos, & cum hac declaratione se conformavit Ordin. nova d. loco, dum dicit de Clericis in minoribus, qui petunt se remitti ad judicem Ecclesiasticum, servandam esse formam Concilii, quæ consistit in probando tres conditiones circa Clericos in minoribus conjugatos, esse conjugatum cum unica, & virgine, deferre tonsuram, & vestes Clericales, & esse præfixum servitio alicujus Ecclesiæ per Episcopum, ex Salzedo de cap. 62. num. 13. Lelius d. loco citato, de Clericis in 3. privileg. fol. 395. & 399. vers. fallit, cum quo declarat.

4 Et ex ea Ordin. noto, quòd in Clericis in minoribus conjugatis requiritur, ut privilegio fori utantur, quod in temporibus duobus gerant habitum, & tonsuram Clericalem, videlicet tempore delicti patrati, & tempore capturæ, ut etiam profequitur Barbosa in d. L. Titia, num. 33. Ex quibus infertur, quod non admittetur apud Lusitanos quorundam opinio tenentium, quòd si tempore delicti non versabatur delinquens in habitu, & tonsura, sed eo commisso statim reassumat, gaudebit fori privilegio, ut per Alex. cons. 149. num. 7. lib. 1. Hippol. singul. 480. Ful. Clar. dict. quest. 36. num. 15. & refertur in 2. tom. commun. opinion. lib. 1. titul. 7. num. 11. Farinac. lib. 1. quest. 8. num. 66. nam cum apud Lusitanos ex dicta Ordin. requiratur, quòd illis duobus temporibus versetur, & reperiat in habitu, & tonsura: si in aliquo ex istis temporibus defecerit in deferendo habitum, & tonsuram, non gaudebit privilegio fori, & hanc opinio-

nem etiam in terminis juris tenebant Anchar. numer. 6. Domin. in §. 1. ad fin. in d. cap. unic. Capell. Tholosan. quest. 147. Gomes. 3. tomo cap. 10. n. 5. Avend. de legibus Prætor. cap. 22. num. 11. quos refert Barbosa d. L. Titia, num. 33. vers. ex quo infertur, quod si Clericus conjugatus, Sanchez d. disput. 46. n. 10. sicut & per contrarium si tempore delicti, & capturæ gerebat, gaudebit privilegio fori, licet antea gestare non soleret, ut probatur ex mente d. cap. unic. Alex. cons. 8. num. 4. lib. 1. Hippol. d. singular. 480. Ful. Clar. d. num. 15. Barbosa d. n. 33. vers. & per contrarium, Lelius Zechius de Clericis, num. 6. vers. 2. Clerici, fol. 431. de Repub. Ecclesiast.

7 Ex eadem consideratione non admittetur apud Lusitanos decisio Capell. Tholosan. 104. dum ponit casum in quodam Clerico conjugato, capto in habitu, & tonsura existente per Curiam Tholosæ, & requisitus per Curiam Episcopalem Tholosæ, fuit remissus, non obstante quod opponeretur, quod tempore aresti facti erat carens tonsura, & replicabatur per Curiam spiritualem, quod quanvis tunc careret tonsura, hoc erat propter infirmitatem, & ante, & post, dictus Clericus consueverat portare coronam, ubi comprobatur Aufrer. & sequitur Ful. Clar. d. quest. 36. vers. sed quid si Clericus, nisi casus accidat in Clerico, qui propter infirmitatem amisit capillos, vel habet canitiem calvam ex alia decis. Capelle 256. Ful. Clar. in eadem question. 36. vers. quero nunc, Sanchez disput. 46. num. 9. & dixi in Allegat. 11. num. 16.

9 Notabis tamen differentiam inter Clericum in minoribus solutum, & Clericum in minoribus conjugatum, ut in illo sufficiat portare habitum, & tonsuram tempore capturæ, in hoc autem requiratur tempore delicti, & tempore capturæ, & advertit Barbosa d. L. Titia, num. 33. vers. secunda principalis conclusio, & numer. 34. vers. ultima conclusio. Adde quod istam exceptionem declinatoriam fori debet Clericus conjugatus alle-

allegare, & proponere coram iudice sæculari, ex *d. Ordinat.* quod in terminis juris communis erat maximè controversum, ex *Alex. d. conf. 8. numer. 15. lib. 2. Bald. in L. si qua per calumniam num. 3. Cod. de Episcop. & Cleric. Domin. & Francus in dict. cap. unic. §. ultim. citati per Barbof. in d. L. Titia, num. 34. vers. sed. subsistendum, Farin. d. quæst. 8. n. 33. & 34. sed alii tenent contrarium, ut per Joann. Gal. in arestis, quæst. 43. Guido dec. 138. num. 2. Francis. Mart. dec. 419. 2. part. & alii, quos refert Barbofa in d. L. Titia, num. 34.*

- 11 Hanc opinionem secundam uti falsam, & Canonibus contrariam, & communi aliorum sententiæ, reprobant Covarr. *d. cap. 33. num. 1. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 689. à n. 3. qui num. 10. dicit, quòd si revocetur in dubium id, quòd statim potest probari, ut de tonsura, quæ statim videri potest, iudex sæcularis ex aspectu deposito directo, & eo inspecto denegabit remissionem petitam ad iudicem Ecclesiasticum, tanquam calumniosam, juxta notata in L. 1. ff. de offic. assessor. per gloss. 1. & in ea conciliatione residet Farin. d. numer. 34. ad fin. cum Aufrer. in tract. de potestat. sæculari super Ecclesiasticos 20. fallent. reprehendente Guidon. dict. decis. 138. quòd idem tenet Purpurat. conf. 213. lib. 1. Sed apud Lusitanos servatur indistinctè, quòd iudices sæculares, coram quibus allegantur tales exceptiones, cognoscant de earum meritis, idest, an gestaverint habitum, & tonsuram in illis temporibus ex dicta Ordin. quæ sustinetur ex compositione facta inter Regem Joannem I. & Clerum, anno 1417. ut refert Gama de Sacrament. præstand. quæst. 5. num. 2. versic. juret amen Regio, Salzedo ad Bernard. d. cap. 62. num. 14. ad fin. Barbof. d. L. Titia, numer. 34. ubi defendit, quia hæ qualitates de habitu, & tonsura consistunt in facto, eo magis, quia per L. 5. titul. 4. part. 2. Extravag. declaratum est, quantus esse debeat circulus coronæ, & quanta debeat esse longitudo vestium in Clericis in minori-*

bus, ex concessione Pii II. facta Alphonso V. Regi illius Regni.

Item oportet, quòd talis Clericus conjugatus abstineat à negotiationibus, & armis, ut uti possit privilegiis concessis Clericis, aliàs si negotiationibus, & armis versetur, non utetur illis privilegiis Clericorum, ex Innocen. cap. fin. de vita, & honestate Clericorum, Bertrand. conf. 13. num. 5. lib. 8. Ful. Clar. d. q. 36. num. 12. Lelius Zechius de Republica Ecclesiastica, titul. de Clericis, fol. 431. vers. 2. Clerici, intelligendo cum Covarr. pract. cap. 31. num. 8. vers. sexto, Stracha de mercatur. titul. de mercatoribus, 2. part. num. 5. Sanchez d. quæst. 46. num. 25. & 26.

Nec huic privilegio possunt tales Clerici renuntiare in casibus, in quibus eis competat, quia non conceditur eis favore privato, sed favore totius ordinis Clericalis, ex cap. si diligenti, de foro compet. & in d. cap. unic. de Cler. conjug. lib. 6. ubi ita tenet gloss. verbo, Clericalis, & Archidiacon. num. 3. Gomes. dict. cap. 10. num. 4. Anchar. in eodem capit. unic. num. 5. vers. Octavo. Adde controversum esse, an ea privilegia competentia maritis Clericis, competant etiam uxoribus eorum, tam in vita, quam post mortem, & quòd privilegium Canonis omnes tenent non communicari, ut per Joann. Andr. num. 3. Domin. num. 5. & Franc. num. 6. in d. cap. unic. §. in cæteris autem, Alex. de Nevo in cap. nullus, num. 14. de foro compet. Aviles loco infra citando, vers. attamen.

Quoad privilegium autem fori contentio est, nam quòd nec tali privilegio fruantur, tenent Joann. de Lignano, Joann. Andr. num. 3. Francus num. 6. d. cap. unic. §. in cæteris, Avend. ad leges Prætor. cap. 22. num. 13. in 1. part. Casfan. consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. is, el negrace, num. 6. dubium proposuit, sed non decidit, & cogitandum reliquit, Alex. de Nevo in d. cap. nullus, d. num. 13. tractando hanc materiam facit tres conclusiones. primam in num. 12. de privilegio Canonis, & resolvit non compete-

re, & esse tenendum pro declaratione, scribentium ibi, & in *d. cap. unic.* qui eam tenent, & *Cardin. in Clement. litteras, quest. 12. de præbend. Tiraquel. ad leges connubiales, gloss. 2. num. 62.* facit secundam conclusionem in uxore Clerici actualiter conjugati, & in hac refert duas communes, alteram *Joann. Andr.* quam testatur sequi *Joann. de Sancto Georgio*, & transit cum eo ibi *Anton. de Butreo*, & istam opinionem dicit esse verriorem, *Alex. de Novn ibi*, & servari testatur *Aufrer. de potestate seculari super Ecclesia, regul. 2. n. 35.*

17 Quod autem fruatur privilegiis maritorum in criminalibus, quando vir procedit in habitu, & tonsura, tenent *gloss. capit. eos 32. distinct.* & ibi *Turre cremata, column. 2. vers. ad quartum gloss. cap. 2. II. quest. 1. scholio I. vers. item uxores Clericorum, Speculat. de Clericis conjugat. §. 1. column. 2. Abbas num. 6. & Imol. & Felin. uterque numer. 3. in d. cap. 2. de foro compet. Imol. Domin. n. 7. & Francus num. ultim. in d. cap. unico, §. ultim. Socin. conf. 12. num. 18. lib. 1. Petrus Bellug. in Specul. Princip. tit. de proposition. gravamin. §. videndum, column. 2. Tiraquel. in L. 15. connubial. gloss. 2. num. 54. Montalv. in L. 32. tit. 2. part. 3. Peres ad leges Ordinar. ubi pro hac parte alios citat, lib. 5. tit. 3. column. 96. Aviles ad leges Prætor, in præm. gloss. 1. numer. 28. Gregor. Lop. in d. L. 32. verb. de casamento, ubi testatur, quod ita tenent communiter Doctores contra *Joann. Andr.* licet credat, quod in practica teneretur opinio *Joan. Andr.* sed convincitur, quia uxor efficitur de foro mariti, *L. cum quedam puella, ff. de jurisdic. omn. judic. L. eos, Cod. de fabricensibus, lib. 11. ubi Bartol. Lucas de Pena, & Joann. de Platea notant Petr. Messia de taxa panis, conclus. 2. à num. 62. Azeved. in L. 9. tit. 11. num. 4. lib. 2. novæ collect. Barbos. in L. quia, num. 23. ff. soluto matrimon. Richard. de nobilit. inter virum, & uxorem communicat. n. 15. Curia Philip. d. 3. p. §. 1. num. 7.**

18 Sunt tamen duo in carne una, &

unum corpus, *cap. sunt qui dicunt 27. quest. 2. cap. debitum, de bigam. L. 3. tit. 29. part. 2. & una, & eadem res non debet diverso jure censerī, L. 1. ff. de rerum permutat. L. eum, qui ædes, ff. de usucapionibus, cum aliis citatis per Petrum Messiam, ubi supra, numer. 63. eandem opinionem tenent Tiber. Decian. 1. tomo criminal. lib. 4. capit. 9. numer. 53. Curia Philip. 3. part. §. 1. numer. 7. & alii citati per Sanchez lib. 7. de impedimentis, disp. 47. num. 2. ad fin. & dicit hanc sententiam esse verè probabilem, & eam *Tib. d. loco numer. 55. ampliat.**

Tertiam conclusionem fecit *Alex. de Nevo in dict. cap. 2. num. 22.* in uxore Clerici in sacris, & refert duas opiniones contrarias, quas vide, & apud *Tib. d. num. 53. & Sanchez d. disput. 48. n. 5. & 6.* ampliatur secunda conclusio cum magis communi, quod uxor fruatur privilegio mariti Clerici, quoad forum, etiam in vidua illius, durante viduitate, quia censetur in eodem matrimonio durare, *L. filii 12. §. 1. ff. ad municip. Afflict. lib. 2. constitut. Sicil. rubr. 31. num. 17.* & in notabili casu judicatum testantur *Petr. Costall. in L. fœminæ, ff. de Senatoribus, Azeved. in L. 1. tit. 17. lib. 3. novæ collect. Petrus Tholosan. lib. 9. de syntagm. juris universi, cap. 4. num. 111. Picard. de nobilitatis inter viram, & uxorem communicat. numer. 52. ubi num. 58. confirmat ea ratione, quia jus alienum semel acquisitum ex persona alterius, perpetuo durat postquam semel competit, licet illa persona deficiat, *L. illud. §. si quis eum, & L. si post mortem 10. §. hi qui propter alios, ff. de bon. poss. contra tabul.**

Et ideo si uxor Clerici incedentis in habitu, & tonsura, vel post illius mortem, si vir habitum, & tonsuram deferebat, committat aliquod delictum, remittetur ad forum Ecclesiasticum, juxta communem traditionem de qua supra, & ita referunt *Montalv. in d. L. 32. Socin. d. conf. 12. num. 18. lib. 1. & in c. 1. column. 10. de foro compet. & quicquid contradicant Gregor. in d. L. 31. & Sanchez*

chez d. disput. 47. num. 4. ab ea communi non esse recedendum dicit Peres d. column. 97. ubi aliis rationibus confirmat; eandem tenent Aviles d. numer. 28. vers. sed si Clericus, Tiber. 1. tomo crim. lib. 4. cap. 8. numer. 3. & 6. Barbosa in d. L. Titia, numer. 33. vers. & ideo Clericus conjugatus, Curia Philip. d. loco. Non tamen procedit in vidua luxuriose vivente, quia luxuriose vivendo, amittit privilegium fori viri, ex Angel. & Alexand. in d. L. cum quedam puella, ff. de jurisd. omnium judic. Aviles ubi supra numer. 36. Tyber. d. cap. 8. numer. 4. & neque procedet in sponsa, quia non mutat domicilium, L. ea que 32. ff. ad municipal. ibi: Ea que desponsata est ante contractas nuptias suum non mutat domicilium, ubi gloss. & Alber. Tyber. Decian. d. cap. 9. numer. 54.

24 Hæc intelligenda sunt in causis criminalibus, non in aliis merè civilibus, quia sicut nec maritus in illis utitur privilegio fori, pariter nec ejus uxor, quia non potuit communicare uxori privilegium fori, nisi quatenus ei competit, L. nemo plus, ff. de regul. jur. & sic tenent Doctores citati, & Aviles ad leges Prætor. in proem. gloss. 1. numer. 28. & est magna ampliatio ad Ordin. Lusitan. & legem Castelle, dum agunt de foro concessio Clericis conjugatis, & quæ requisita in eis concurrere debent, & quæ tempora sunt observanda, & in quibus causis, ut etiam eorum uxoribus competant, & debet advocatus esse cautus in faciendis articulis exceptionum, ut fiat remissio ad iudicium Ecclesiasticum.

ALLEGATIO XLV.

De objectionibus, quæ possunt allegari contra exceptiones ordinis, quas Clerici in minoribus faciunt, ut remittantur.

SUMMARIUM.

- 1 Contra exceptionem ordinis permittitur parti adversæ posse allegare contrarietatem.
- 2 Primò de falsitate contra chartas ordinum.
- Ibid. Punitur qui falso se ingerit, & facit actus Clericorum.
- 3 Falsitas potest probari recurrendo ad matriculam.
- 4 Secundò de bigamia.
- 5 Cautela ad retinendum privilegium in bigamo, quando matrimonium fuit nullum.
- 6 Tertio quando non portabat habitum, & tonsuram.
- 7 Reprobatur opinio tenentium Clericum in minoribus non perdere, si non deferat habitum, & tonsuram.
- 8 Stante decreto Concilii duo requiruntur, tam in Clerico soluto, quam conjugato.
- 9 Advertentia, sive admonitio ad Clericos in minoribus.
- 10 Destinatus ad Clericatum habetur pro Clerico, ut fruatur privilegiis Clericalibus, non tamen servatur in practica.
- 11 Exempla non arctant regulam, nec excusant alia de jure.
- 12 Qui ordinatus est ab alieno Episcopo, non est ritè ordinatus.
- 13 Nec valiter ordinatus gaudet privilegio fori.
- 14 Reprobatur decisio Guid. Papæ, & num. 15.
- 16 Taliter ordinatus ab alieno Episcopo suspenditur ab executione, & non gaudet privilegio fori.

- 17 Taliter ordinatus debet narrare in interpretatione beneficij se ab alieno Episcopo fuisse ordinatum.
- 18 Qui ordinatus est ab Episcopo titulari sine consensu propriij Episcopi.
- 20 Qui ordinatus est ab alieno Episcopo per literas emanatas à Capitulo Sede vacante intra annum.
- 21 Qui obtinuit reverendas à Papa, vel à Legato Apostolico, ut ab alieno Episcopo ordinetur, & ordinatur absque informatione de moribus per proprium Episcopum.
- 22 Fœmina est incapax ordinis.
- 23 De hermaphrodito an possit ordinari, & de ennucho, & n. 24.
- 25 Si opponatur contra Clericum, quod non debet remitti, quia ordinatus est dato aliquo horum impedimentorum, cognitio erit judicis Ecclesiastici.
- 26 Compositio non extenditur ad alios casus, de quibus non fuit compositum.
- Ibid. An titulus sit nullus, an Clericalis ordinis suspensa executio non est facti, sed juris.
- 27 Clericus in minoribus, si miles fiat, privilegium Clericale amittit.
- 28 Renuntiat privilegio Clericali, qui accepit officium Tabellionis in causis criminalibus in Curia seculari.
- 29 Arma Clericorum sunt lachrymæ, & orationes.
- 30 Incompatibile est esse militem cœlestis, & secularis militiæ.
- 31 Sine monitionibus Clerici in minoribus perdunt privilegium Clericale.

QUando Clericus in minoribus solutus, vel conjugatus provocat ad ordines, faciendo suas exceptiones, permittunt leges Lusitanæ accusatoribus posse contrariare, quòd vel sunt bigami, vel quòd sunt falsæ chartæ ordinum oblatae ad eorum probationem, vel quòd non deferebant habitum, & tonsuram, ut patet ex *Ordinat. lib. 2. tit. 1. in antiquis in §. 15. & in novis, §. 27. ibi: E se os accusadores entenderem provar que as taes cartas são falsas, ou q̄ elles são bigamos, ou andavaõ fora do habi-*

to, ou não traziaõ coroa aberta, serãõ a isso recebidos; videamus de his exemplis, & circa primum de falsitate chartarum ordinum probatur; quia titulus falsus non est titulus, nec nomen tituli censetur habere, L. si ex falsis, Cod. de transact. L. 1. Cod. si ex falsis instrument. nec ex tali titulo nascitur præscriptio per L. ex initio 18. Cod. de falsis. & ibi notat Bald. imò punitur, qui falso se ingerit, & facit actus Clericorum, cum non sit, Bald. in L. qui sub prætextu ad fin. Cod. de sacrosantis Eccles. per text. in L. eos, ff. de fals. cap. 2. de Cleric. non ordinatis ministrant. Felin. in proœmio decretal. numer. 27. Avil. ad leges Prætorum, cap. 51. gloss. ultim. n. 21. Bernard. Dias in pract. cap. 12. n. 2. Petr. Tholosan. lib. 4. part. juris Canon. tit. 4. cap. 1. & falsitas potest probari recurrendo ad matricem, si ex ea non constet esse descriptum in Catalogo ordinatorum, qui fit de omnibus ordinatis, ex traditis per Covarr. pract. cap. 19. numer. 3. vers. Quarto, Menoch. de arbitr. casu 187. numer. 31. & de adipiscend. possess. remed. 4. numer. 736. & probatur ex L. ult. ubi Bartol. Cod. de rebus cred.

Secundum exemplum est de bigamo, & intelligendum est de bigamo vero, vel interpretativo, ut diximus in allegat. 41. Rufus, quòd non invenitur bigamia in perdendo forum, quando matrimonium contractum à tali Clerico in minoribus cum vidua, vel corrupta ab alio, fuit nullum, vel eam non cognovit, & erit optima replicatio ad retinendum privilegium fori, allegare, & probare talem illius matrimonij contractum, cum vidua, vel corrupta ab alio, esse nullum, ut advertunt Godofr. de bigam. numer. 10. ubi formaliter inquit: *Item notabis, quòd ubi quis de jure contrahit cum aliqua vidua, nudatur omni privilegio Ecclesiasticæ dignitatis, ut 84. dist. cap. quisquis; si verò matrimonium de jure non tenet, non contrahitur bigamia, quia non est viduæ maritus, quia non est simpliciter maritus, unde retinet privilegium, sequitur Card. Tol.*

in summa de Sacerdotib. cap. 61. ad fin. & est communis, ut deduxi in allegat. 41. licet oppositum teneat per multa fundamenta Montaigne de bigamia, q. 5. à numer. 16. sed a communi non est recedendum.

6 Tertium exemplum est, quando non portabat coronam, & vestes Clericales, ideo ex parte Clerici accusari oportet, quod simul portet tonsuram, & habitum, & ex parte accusatoris sufficit probare, quod non deferat, vel habitum, vel tonsuram, vel neutrum, ut patet ex illa *Ord. ibi: Ao tempo da prizaõ andava, e foy tomado em habito, e tonsura; & rursus, ibi: Ou andava fóra do habito, ou naõ trazia coroa aberta, seráo a isso recebidos, pöderando quod ex parte Clericorum requirit illa duo copulativè concurrere, habitum, & tonsuram, & ex parte accusatoris loquitur alternativè per illam dictionem *ou, & sufficit probare, quod alterum deficiebat, vel gestatio habitus, vel coronæ, ex regul. L. hæc verba 124. ff. de verbor. signific. Cam. Gallin. lib. 3. de verb. signif. cap. 16. & docet Barbosa in d. L. Titia, numer. 34. vers. ultima conclusio, Molin. Theol. 4. tomo de just. tract. 3. disp. 54. num. 3.**

7 Hinc descendit non esse admittendam multorum opinionem tenentium Clericum in minoribus solutum non perdere privilegium Clericale, si non deferat habitum, & tonsuram, ex *cap. unic. de Clericis conjugat. lib. 6. dum ea requisita ponit in Clericis conjugatis, non in Clericis solutis, & ex cap. si iudex laicus, de sentent. excommunicat. lib. 6. quo probatur, quod licet quis capiatur in habitu laicali, adhuc superest ei probare se esse Clericum, ut remittatur, & eam opinionem tenent citati per *Barbos. in d. L. Titia, numer. 35. vers. tertia difficultas, & Farin. lib. 1. quest. 8. num. 65.* Quinimò stante conclusione decreti Concilii, tam in Clericis solutis, quam in Clericis conjugatis ea duo requiruntur, quod gestent habitum, & tonsuram, ut patet ibi: *Aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, loquendo in Clericis so-**

*lutis; & ibi: Et Clericali habitu, & tonsura utantur, loquendo de Clericis conjugatis, & advertunt Lelius Zæchius de Repub. Ecclesiast. titul. de Clericis, fol. 413. vers. amittunt, & sequenti, & Barbosa in d. L. Titia, numer. 36. ideo consultant sibi Clerici in minoribus, ut observent ea requisita, ne alias periclitent, & fori privilegium amittant, ut admonet Ursillus ad Afflict. dec. 24. num. 7. & Soares 5. tom. disput. 22. section. 1. num. 11. in terminis nostri decreti, & probatur ex *Cõstitutionibus Synodal. Episcopatus Portugallens. titul. 8. constit. 2. §. 2. & Episcopatus Colimbriens. titul. 9. constitut. 2. §. ult. & quanvis destinatus ad Clericatum, habeatur pro Clerico, ut gaudeat privilegiis Clericorum, ex regul. pen. ff. de militar. testament. Jason. in repetition. L. admonendi, numer. 53. ff. de jure jurand. Felin. cap. cum adeo, vers. de destinato, de rescript. Tiraquel. in L. 15. connubial. eorum tamen opinionem in forensi judicio non servari testatur Rebuff. in L. Sylva cædua, §. pascua, fol. 265. in fin. ff. verb. signific. & facit pro hac parte L. ex eo, ff. de militar. testament. Staphil. de literis Gratiæ sub titul. de expectativis, à num. 34.**

Quia tamen exempla non arctant regulam, nec excludunt alia de jure, cum Ordin. locuta sit per exempla, & non per modum restrictionis, ex *L. damni infecti ad fin. ff. de damn. infect. §. hæcenus, Instit. de gradibus, Paris. cons. 33. numer. 8. lib. 2. Cephal. cons. 30. numer. 13. lib. 1. & ideo alia adjungam, & erit quartum exemplum de eo, qui initiatus est ab alieno Episcopo, ex *gloss. cap. primatus 71. dist. intellige sine licentia sui dicecesani, & in cap. illud eadem dist. ubi habetur: Osus Episcopus dixit, & hoc universi constituimus, ut quicumque ex aliena parochia voluerit alienum ministrum sine consensu Episcopi sui, & voluntate ordinare, non sit rata ejus ordinatio, & ibi notant gloss. Archid. Turrecremata, & Perosin. idem probatur in cap. 1. & per totum de tempor. ordin. lib. 6. idem probant Roland. cons. 4. numer. 18. lib.**

lib. 1. *Rebuff. conf. 12. vers. 1. Salzedo ad Bernard. in pract. crimin. cap. 26. gl. ordinis executio, vers. & non solum minores*; unde taliter ordinatus non gaudet privilegio Clericali, ut testatur iudicatum *Cassan. consuet. Burgund. rubr. des justices, gloss. sont creus, in fin. Rebuff. de nominat. quest. 14. numer. 42. & d. conf. 1. vers. nec etiam valet, Salzedo d. vers. & non solum, Franc. Mart. dec. 175. in 1. part.*

Unde reprobat *decisio Guid. 449.* dum tenet, quod tonsuratus à non suo Episcopo recipit characterem habita consideratione; quod Clericatus est ordo, & ideo talem characterem sic impressum non posse deleri, sicut dicimus de actionibus directis, quæ ossibus nostris adeo sunt incorporatæ, quod à nobis separari non possunt, *L. 3. ff. pro socio, notatur in L. nemo potest, ff. de leg. 1.* Rursus, quia jura requirementia licentiam proprii Episcopi, ut ordinetur ab alieno, loquuntur in Clerico jam factò, qui est de foro Episcopi, & non de laico, qui vult ordinari, qui non est de jurisdictione illius, sed de temporali tantum, & ita facit casus diversos cum diversa ratione, & adjungit non esse prohibitum laicum ab alieno Episcopo ordinari, & concludit tenere talem collationem, sed reprobat *eius decisio per Rebuff. d. quest. 14. numer. 42. vers. nec obstat, & d. conf. 1. & per Franc. Mart. dec. 1005. numer. 3. in 1. part. Navar. conf. 29. lib. 1. de tempor. ord. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1140. à num. 2. & hanc opinionem contra Guidonem verissimam reputat Salzedo ad pract. Bernard. d. cap. 26. gloss. ordinis executio.*

Item quia etsi admittamus de facto valere talem collationem cum Guidone, tamen aliter ordinatus suspenditur ab executione ordinis, nec utitur privilegio Clericali, nisi ratam Ordinationem habeat proprius Episcopus, ut docet *Turrecremata in d. cap. illud ad fin. ex textu quem citat in cap. Episcopus 7. q. 1. idem docent Mart. d. dec. 1005. à n. 3. Rebuff. d. quest. 14. numer. 42. vers. &*

is, qui tonsura, Navarr. d. conf. 29. Camill. Borr. conf. 15. à numer. 20. addendo tamen quod taliter ordinatus ab alieno Episcopo debet narrare in impetratione beneficii se ab alieno Episcopo ordinatum fuisse, aliter erit impetratio subreptitia, & nulla ex Joann. Ceph. conf. 684. lib. 5. Salzedo d. cap. 26. gloss. ordinis executio, vers. ex quo manifestè, & ideo in vers. & earatione, cum Rebuff. d. n. 42. vers. ultim. asserit bonum esse impetrare perinde valere, & vide bonum exemplum ratificationis per Camill. Borrel. d. conf. 15. numer. 22.

Quintum exemplum est in ordinatis ab Episcopo titulari sine consensu proprii Episcopi, quia ipso jure sunt suspensi, donec à suo Prælato aliud visum sit ex *Concil. Trident. sess. 14. decreti de reformat. cap. 2. Salzedo ad Bernard. dict. cap. 26. gloss. sine licentia sui Præsulis, vers. tertius casus est. Cardin. Tolet. in summa de Sacerdotibus, cap. 89. vers. tertia, Henric. lib. 13. de excommunication. cap. 83. vers. secundo Episcopus.*

Sextum exemplum est in eo, qui ordines accepit ab alieno Episcopo prætextu literarum emanatarum à capitulo Sede vacante proprii Episcopatus intra annum à die vacaturæ, ex *cap. 10. Concil. Trident. sess. 7. ad fin. sed non est impedimentum perpetuum, sed temporale, donec aliud placeat futuro successori, & per illud decretum, ita docent Salzedo d. cap. 26. verbo, sine licentia, vers. has autem dimissorias, & Cardin. lib. 1. in summa de Sacerdotibus, cap. 49. vers. secunda, expresse tenentes, quod talis ordinatus in minoribus ordinibus nullo privilegio Clericali gaudet, præsertim in criminalibus, & ordinati in maioribus ipso jure sunt suspensi ab ordinum executione ad beneplacitum futuri Prælati; quod idem tenent *Henric. d. cap. 38. Soar. 5. tom. disput. 31. sect. 1. n. 20. Sanchez disput. 46. num. 18. lib. 7. de impedimentis, Petrus de Ledesma de Sacrament. ordin. cap. 8. in 3. conclus.**

Septimum exemplum est in eo, qui

21 obtinuit reverendas à Papa, vel à Legato Apostolico, ut ab alieno Episcopo ordinetur, quia informatio de moribus capi debet à proprio Episcopo, aliàs Episcopus alienus, aut sine informatione proprii sic ordinans, fit suspensus per annum à collatione ordinum, & ordinatus suspenditur ab ordinibus sic susceptis ex *Concil. Trident. sessio. 14. c. 8. Henric. d. cap. 38. vers. qui obtinuit*, & apud eum, & *Soares d. disput. 31. sect. 1. videre potes alias suspensiones, & apud Emman. Rod. 2. tom. cap. 67.*

22 Octavum exemplum est in fœmina, quæ est incapax ordinis Clericalis, ut probatur in *cap. sacratas, & cap. ult. 23. dist. notant Archidiacon. & Domin. in cap. Presbyter 32. dist. Abbas in cap. nona, de pœnitent. & remissionib. Jacob. à Graff. lib. 1. decision. cap. 1. numer. 56. Ledesma in 2. quarti, quæst. 1. articul. 1. Henric. de Sacrament. ordin. lib. 1. cap. 16.*

23 §. 1. apud quos vide de hermaphrodito, an possit ordinari facta diligentia, an declinet magis ad masculinum, quàm ad sexum fœmininum, & quid de eunuchis, vide in *Petr. Gregor. in syntagm. juris universi, lib. 1. cap. 1. numer. 16.* sunt

24 alia impedimenta juris, de quibus fit relatio in *Constitut. Episcopat. Portugal. tit. 9. constitut. 2. & in Episcopat. Colimbriens. tit. 8. constitut. 4.* si fortè contigerit opponere contra Clericum accusatum in Curia sæcularibus, & provocantem ad ordines, quòd non debeat remitti, quia ordinatus est dato aliquo eorum impedimentorum, talis impedimenti cognitio remittetur ad judicem Ecclesiasticum, quia consistit in jure, respiciens tituli nullitatem, ut docet *Camil. Borrel. d. conf. 15. numer. 20. vers. unde ista cognitio*, & non obstat *Ordinat. allegata*, quæ tribuit jurisdictionem judici sæculari, quia procedit in illis tribus casibus, quos expressit chartarum falsarum, bigami non portantis habitum, vel coronam; tum quia in facto consistunt; tum quia *Ordinat.* fundata est in compositione facta inter Clericum, & Regem Joannem I. & compositio illa non

25 extenditur ad alios casus, de quibus non fuit compositum, ex *L. veteribus, ff. de pac. L. quicquid adstringendæ, ff. de verbor. obligat.* & licet alios casus assignemus, in quibus Clericus non utitur privilegio Clericali, vel quia titulus ordinationis nullus sit, vel suspensa est Clericalis ordinis executio, ut impediatur remissio ad judicem Ecclesiasticum; tamen ea disputatio an titulus sit nullus, vel an Clericalis ordinis suspensa executio, non est quid facti, sed juris, & ideo talis cognitio pertinebit ad judicem Ecclesiasticum, ex traditis in *allegat. 19. vers. Quod si declinatoria.*

Neque omitto, quod Clericus in minoribus, si miles fiat, privilegium Clericale amittet, quia facit actum contrarium Clericatu, si in tali militia se exerceat, ex *Innoc. cap. 1. de apostat. Nicol. de Milis verbo, Clericus, vers. Clericus eo ipso, quòd fit miles, Imol. cap. ult. de Cler. non resident. Gigas de pensionib. quæst. 55. n. 2. Cassan. consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. s'el no agrace, numer. 54. Guilhel. Bened. in cap. Raynunt. verb. & uxorem nomine Adelasiam, dec. 2. numer. 149. Ful. Clar. in pract. crimin. §. ult. quæst. 73. numer. 6. Pius Pichard. in suis communibus, verb. effectus Clericus, Tyb. Decian. 1. tom. lib. 4. cap. 9. numer. 87. Petr. Greg. lib. 16. syntagm. jur. cap. 1. numer. 33.* sicut etiam renuntiat privilegio Clericali Clericus, qui accepit officium Tabellionis in causis criminalibus in Curia sæculari, ex *Franc. Mart. dec. 396. in 2. part.* vel quodcumque officium Tabellionatus temporale in Curia sæculari, ex eodem *Martio dec. 290. in 1. part.* declarat tamen cum *Ful. Clar. d. quæst. 36. numer. 25.* vel etiamsi exerceat artem chirurgiæ, *Plaçà de delict. lib. 1. cap. 26. numer. 5. Farin. lib. 1. q. 8. à numer. 94.* ubi hæc, & alia exempla affert.

Et est ratio: quia arma Clericorum sunt lachrymæ, & orationes, *cap. convenior 23. quæst. 8. cap. porrò, ubi gloss. 16. Franc. Mart. dec. 455. numer. 53. in 1. part. Navarr. conf. 8. sub titulo de his, quæ vi, numer. 10. lib. 1. Joann. Rhedin. de Principis*

pis
273.
lib. 2
num.
milit
sæcu
rem,
cali,
absq
tione
sione
test,
cet C
fus,
ti fu
& q
cont
tis,
mon
cale
Cam
lius
tul.
cus
19.
cat
ten
Uly
cen
zita
tit
eti
ctu
Cl

A

1
2
3
4
5
pis

pis Majest. verb. non armis, in 2. part. n. 273. Joan. Cephal. conf. 151. numer. 6. lib. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 394. num. 32. & ideo incompatibilia sunt esse militem cælestis militiæ, & esse militem sæcularis militiæ, & assumendo sæcularem, censetur renuntiare militiæ Clericali, & his casibus per judicem sæcularem absque alia declaratione, seu degradatione per Ecclesiam facienda de amissione privilegii Clericalis, puniri potest, quia ipso facto privatus est, & docet Guilhelm. d. loco, & refert plures casus, in quibus Clerici in minoribus puniti fuerunt morte naturali ob homicidia, & quod non sit necessaria declaratio confirmat cum Innoc. Host. & Abb. citatis, numer. 150. & in eodem Regno sine monitione, perdunt privilegium Clericale, ex Petr. Gregor. lib. 2. part. juris Canon. tit. 9. cap. 12. gloss. 1. ad fin. Lelius Zæchius de Republic. Ecclesiastic. tit. de Clericis fol. 433. vers. tertio Clericus, Sanchez d. disput. 46. numer. 18. & 19. licet Farin. d. quest. 8. numer. 94. dicat requiri admonitionem, cujus opinio tenenda non est, & vide Constitut. Syondal. Ulyssiponens. tit. 8. constit. 11. Lamecens. tit. 10. constitut. 10. Mirandens. tit. 2. constitut. 4. §. ult. Portugallens. tit. 15. constitut. 3. §. ult. Colimbriens. tit. 14. constit. 10. quæ sola loquitur etiam in Clericis in minoribus ad effectum, ut ipso facto amittant privilegium Clericale.

ALLEGATIO XLVI.

Agitur de reprobanda decisione Cabedi 58. in 1. part.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de decisione Cabedi. 58. in 1. part.
- 2 Ultima derogant prioribus.
- 3 Ultima mora est attendenda.
- 4 Ubi te invenero, ibi te judicabo.
- 5 Privilegiū superveniens liberat quem à priori onere.

- 6 Sacerdotium superveniens tollit munus publicum antea injunctum.
 - 7 Superveniens dignitas tollit vinculum obligationis præcedentis.
 - 8 Clericatus superveniens eximit quem à foro sæculari.
 - 9 Dignitas, & jus superveniens etiam lite pendente adjuvat.
 - 10 Ordines valent suscepti ab eo qui cepit accusari de delicto.
 - 11 Non debet cui suffragari malitia sua, nec ex fuga commodum reportare.
 - 12 Licitum est unicuique à carcere fugere.
 - 13 Non debet quis puniri ex eo, quod justè fecit.
 - 14 Si quis captus est in laicatu, & fuga facta fiat Clericus, debet privilegio Clericali gaudere.
- Ibid. Fugiens à carcere si ad Ecclesiam confugiat, immunitate illius gaudebit.
- 15 Allegatur ultima ratio Cabedi.
 - 16 Contrariorum est eadem disciplina.
 - 17 Clericus in minoribus ita utitur privilegio fori, si antea sit præventus à judice sæculari.
 - 18 Durum erit contra decisionem Cabedi teneri.
 - 19 Res sæpe judicatæ vim legis habent.
 - 20 Non est discedendum à præctica.
 - 21 In decisione Cabedi duo casus acciderunt distincti.
 - 22 De carcere fugere nunquam permittitur, imò prohibetur, & punitur de per se, tanquam de delicto separato.
 - 23 De fuga carceris fit inquisitio specialis de jure Lusitano.
 - 24 In Clerico in minoribus attenditur, an tempore capturæ incedebat in habitu, & tonsura; & in Clerico conjugato attenditur tempus delicti, & capturæ.
 - 25 Infundanda jurisdictione attenditur tempus delicti.
- Ibid. Si post primum delictum, in quo poterant uti privilegio Clericali, deponant habitum, & tonsuram, & committant secundum, non utentur privilegio in secundo.

- 26 Sicut è converso non utentur privilegio in primo crimine, si non deferant habitum, & tonsuram, & utentur in secundo si deferebant.
- 27 Apud Lusitanos quando quis carcera- tur, jubetur fieri elogium, id est, auto do habito, & tonsura, & n. 27. & 28.
- 28 Ratio quare Ordin. Lusitana jubeat fieri eam attestationem.
- 29 Infertur ad doctrinam Ancharr. & probatur.
- 30 Quando prævenitur causa, & non per- sona, & efficitur Clericus, cognoscere non potest iudex quoad personam, quoad causam sic.
- 31 Non admittetur apud Lusitan. i. teori- ca Tyberii relata.
- 32 Infertur contra decisionem Cabedi.
- 33 Si Clericus tempore delicti erat de foro Ecclesiastico, faciens se bigamum non eximetur ab illo foro in dicto de- licto.
- 34 Comprobatur arrestum Cabedi 77. in 1. parte.

IN decisione 58. 1. part. proponit do- ctissimus Cabedus facti speciem in quodam, qui captus fuit Clericus in mi- noribus sine habitu, & tonsura Clerica- li, propter delictum, & in carcerem con- jectus, à quo aufugit, & iterum captus est cum habitu, & tonsura Clericali, fuit dubitatum, an gaudere deberet privile- gio Clericali, & arguit primo ex Ordin. lib. 2. titul. 1. & os Clerigos, versic. & o que fizer artigos de Clerigo solteiro, quòd per eam sufficet probare, quòd tempore capturæ erat in habitu, & ton- sura, nec distinguit inter primæ, & se- cundæ capturæ tempus. Secundò, quòd ille fuit constitutus in sua libertate, argu- mento L. plerique, ff. de ritu nuptiar. ibi: Si non multo tempore, & in L. vir mulieri, ff. de donat. inter virum, & uxo- rem. Tertio arguit ex eo, quia ultima derogant prioribus, L. pacta novissima, ubi latè Jason. Cod. de pactis Speculator. de accusat. §. 1. column. 2. & inde dici- mus, quòd ultima mora est attendenda, L. illud, ff. de commod. & pericul rei ven-

dit. Quarto arguit, quòd ubi te inve- nio, ibi te judicabo, id est, in eo statu, quo te invenio, ibi te judicabo, L. item apud Labeonem, §. si quis virgines, ff. ad L. Cornel. de injur. ubi talis quis præsumi- tur, qualis reperitur, & ibi notant Bart. Alber. Angel. & in cap. si iudex laicus, de sent. excom. lib. 6.

Quinto arguit, quòd privilegium su- perveniens liberat quem à priore onere, quòd incumberat, L. spadonem, §. si autem quis tutor, ff. de excusat. tutor. L. jurisperitos, ff. eodem titulo. Item Sacer- dotium superveniens tollit munus pu- blicum antea inunctum, L. prætor cir- ca principium, ff. de vacat. muner. L. non distinguemus, §. Sacerdotio, ff. de arbitr. Item quòd superveniens dignitas tollit vinculum obligationis præcedentis eti- am voluntariè contractæ, L. interdum, ff. de oper. libertor. Item quòd Clerica- tus superveniens facit quem eximi à fo- ro sæculari, ex Joann. Andr. in cap. 1. de obligat. ad ratiocin. Speculator de reo vers. quid si pendente, & sequenti. Item quòd dignitas, & jus superveniens etiam lite pendente adjuvat, & excusat, Bart. L. si rem alienam, §. fin. de pignor. act. L. si mandavero 17. mandat. Anton. Gabriel. de judic. concl. 1. Alvar. Valasc. consult. 184. num. 3. lib. 2.

Sextò arguit ex Ordinat. d. titul. 1. lib. 2. §. & sendo algum, ubi dicitur, quòd ordines valent illi, qui eos fuit adeptus post delictum commissum, licet etiam postquam cœpit de eo semel accusari, ex Oldrad. conf. 4. addens, quòd quisquam potest gaudere privilegio Clericali, cum sit accusatus, imò à iudice sæculari condemnatus, unde etiam videbatur dicendum in casu proposito, quòd huic capto suffragari debeat ordinis præro- gativa, ut quia sit secundæ capturæ tem- pus attendendum non primæ, & ita di- cit bis, aut ter judicatum fuisse in Sena- tu Supplicationis.

Nec obstat, quòd ex contrario alle- gatur, nempè quòd huic capto non de- beret suffragari sua malitia, nec ex fuga, quæ delictum est, debet commodum

reportare; *cap. intelleximus, de judic. cap. sedes de rescript. cum similibus*, quoniam respondetur, quòd fugere est se defendere, & cuilibet est permessa sua defensio, *L. ut vim, ff. de just. & jure, L. 1. ff. bonis eorum, qui sibi mortem consensu*, unde licitum est unicuique à carcere fugere, ut se defendat, & quamvis fuga puniatur, ut delictum, ex *Ord. lib. 5. titul. 36. in antiq. & titul. 48. in novis*, non ideo facit, quod sit per se delictum, sed tantum, quia prohibita, quinimò inconveniens est, ut ex hac fuga puniatur, cæterum juvetur ex sua diligentia, & honesta cura, qua postea curavit, & fecit, ut in decenti habitu incederet, scilicet in habitu, & tonsura Clericali, nec enim ex eo debet quis puniri, quod justè facit, & quod jure tenetur facere, tenetur autem, & tonsuram Clericalem deferre, *cap. Clerici cap. Clericis de vita, & honestat. Clericorum, cap. Joannes de Clericis conjugat. capit. unic. eodem tit. lib. 6.*

Præterea demus, inquit *Cabed. in eadem dec. 58.* quod is pure laicus esset, cum primo captus fuit, postea fugit, & Clericus factus est, quis dubitet hunc privilegio Clericali gaudere? Nemo sane, & ita probare *Oldrad. ubi supra*: ergo tantummodo in casu nostro dici debeat, ubi captus fuit repertus in habitu laico, postea fugit, & captus est in Clericali, profecto non dubium est, quin ipsi sit Clericale privilegium profuturum. Rursus si is laicus sit captus, & fugiens à carcere ad Ecclesiam confugiat, utique Ecclesiæ immunitate gaudebit: ergo ita gaudebit Clericali privilegio is, qui primò, ut laicus deprehensus, postea ut Clericus captus est, & inventus in habitu, & tonsura, ex *Oldrad. d. conf. 4.*

Postremo facit, quod si verum esset, quod tempus primæ capturæ inspicere deberet, sequeretur, inquit *Cabed.* si aliquis primò fuit captus in habitu, & tonsura, & postea è carcere fugiens iterum, & secundò captus est sine habitu, & tonsura Clericali, quod is ratione primæ capturæ remittendus esset ad judicium Eccle-

siaasticum; quo tamen jure nunquam utimur, nec quisquam est, qui non videat hoc, quàm sit absurdum, si observaretur, quare cum hoc casu non sit remittendus ad Ecclesiam habita ratione secundæ capturæ, bene sequitur, quod ita sit dicendum in nostro casu, ut habita ratione secundæ capturæ, non primæ, ad judicium Ecclesiasticum remittatur; contrarium enim eadem est disciplina, & idem debet operari oppositum in opposito, quod propositum in proposito, *S. cum autem institut. de empt. cum multis adductis per Dyn. regul. qui sentit de regul. jur. lib. 6. addo Everard. in locis legalibus in loco à contrariis, seu oppositis, Camill. Gallin. lib. 5. de verb. signific. cap. 17. num. 96.*

Sed contrarium servari, & ita senatum sæpe judicasse testatur *Cabed.* pro qua parte dicit videri text. *in cap. ex parte, de privilegiis, cap. ex parte, de Cleric. conjugat.* addit *Imol. in cap. Joannes de Cleric. conjugat. num. 17. vers. potest dicere*, ubi concludit, quod Clericus in minoribus, qui habitum, & tonsuram assumpsit Clericalem, tunc demum privilegio gaudebit ordinis, si antea non præventus esset à judice sæculari, putà, quia sine habitu, & tonsura ab eo fuit captus, quia tunc si reassumat postea talem habitum, & tonsuram, non prodest, quominus ille teneatur coram sæculari respondere, quamvis idem *Imol. ibidem* sentiat, hoc casu personaliter non posse talem Clericum puniri à judice sæculari, licet bene aliter judicare, quod idem dicit tenere *Aufrer. de potestate sæculari, regul. 1. fallent. 11.*

Hæc sunt fundamenta, quæ pro utraque parte adducit *Cabed. d. dec. 58.* & resolutione casus, qui illi contigit, & durum erit contra eam tenere, cum ita sæpius Senatam judicasse testetur, & servari, & quod res sæpè judicatæ vim legis habeant, ex *L. nam Imperator, ff. de legibus, ibi: Nam Imperator noster Severus rescripsit in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiuntur, consuetudinè, aut rerum perpetuo similiter judicatarum a-*

- 18 *thoritatem vim legis obtinere.* Rursus non est discedendum à practica, quæ est optima legum interpret. *Bald. per text. ibi in L. illud, ff. de excus. tutor. Decius cons. 11. column. 8. vers. ad hoc fundamentum, Cassan. cons. 1. verbo, condescendendum ad tertium, numer. 27. Foller. ad Marant. de ord. jud. 4. part. dist. 1. numer. 74.*
- 19 *38* Cæterum licet hæc ita sint iudicata & practica obtenta, tamen in contrarium sunt principia juris, & recedendum ab ea decisione ostendunt, in primis in ea facti specie duo casus acciderunt distincti, & in diversis temporibus commissi: primus fuit, pro quo Clericus fuit inventus, & captus sine habitu, & tonsura: secundus, qui ex intervallo accidit ratione fugæ, quam fecit de carcere, in quo erat, & propter utrumque crimen, tam primum, quàm secundum fugæ, fuit rursus captus, & in hac captura fuit inventus, & captus in habitu, & tonsura Clericali. Secundo nunquam fugere de carcere permittitur, imò prohibetur, & punitur de per se tanquam delictum separatum ab eo, pro quo erat carceratus ex *L. in eos, ff. de custod. reor. L. 1. ff. de effraCTORIBUS, Ordinat. lib. 5. tam antiqua, titul. 35. quàm nova, titul. 48. Joann. Andr. ad Speculat. titul. de præsumpt. numer. 3. ad fin. littera D, vers. adde an fuga, Angel. de maleficiis, verbo, quod fama publica, numer. 82. Fodoc. in præct. criminal. quæst. 18. numer. 1. Menoch. de arbitr. casu 301. in primo casu Farin. lib. 1. quæst. 30. num. 162. & adeo exosum est hoc crimen fugæ de carcere, & apud Lusitanos, ut de eo jubetur per iudices fieri inquisitio, quæ non potest sumi, nisi in casibus expressis per leges illius Regni, ex *Ordinat. lib. 1. tam antiqua titul. 44. §. 1. quàm nova, titul. 65. §. 31. ibi: E sobre fugida de prezos da cadea.**
- 22 *39* Tertio, quia in Clerico soluto in minoribus jubetur attendi, an tempore capturæ incedebat in habitu, & tonsura, & in Clerico conjugato jubetur attendi an in tempore delicti commissi, & in tem-

pore capturæ versaretur in habitu, & tonsura, & ambo æquiparantur circa delationem habitus, & tonsuræ, & solum differunt in eo, quod in soluto observatur tempus capturæ, & in conjugato observatur duplex tempus, delicti, & capturæ, secundum leges Lusitanas. Quarto, quia in fundanda jurisdictione iudicis contra delinquentem attenditur status, in quo erat tempore delicti, *L. 1. ubi Bart. ff. de pœnis, Farin. lib. 1. q. 8. numer. 105.* unde procedit, quod si tempore capturæ solutus, vel si tempore delicti, & capturæ conjugatus Clericus incedebat in habitu, & tonsura, utitur eo privilegio fori, & si faciant secundum delictum, & desinant gestare habitum, & tonsuram in prædictis temporibus, non utentur privilegio in secundo crimine, sicut è converso non utentur in primo crimine privilegio Clericali, si non deferebant habitum, & tonsuram, & utentur in secundo, si deferebant, & facit pro hac parte *decisio Capellæ Tholosan. dec. 377. & alia Grammatici dec. 10. & utramque refert, & sequitur Ful. Clar. in præct. criminal. quæst. 36. vers. sed pone, & sequenti, & Bajard. ad eum ibi, num. 47. citando etiam Vincent. de Franch. dec. 417. numer. 4. lib. 2. addo Cur. Philip. 3. part. §. 1. numer. 10. & Castell. lib. 2. suæ Politic. cap. 17. numer. 34. & probatur ex *Clement. 1. de vita, & honest. Clericorum, & ibi gloss. verbo, tandiu, eleganter probant Covar. practicar. cap. 31. num. 8. vers. quinto, & Barbosa in d. L. Titia, numer. 33.**

Facit, quia apud Lusitanos, quando aliquis capitur, & carceratur, jubetur fieri attestatio, sive elogium, quod vocatur materna lingua, *fazer auto do habito, & tonsura*, ut patet ex *Ordin. lib. 5. titul. 108. in antiquis, & titul. 121. in novis*, ubi ita habetur: *mandamos aos Dezembargadores, Corregedores, Juizes, & mais justiças, Alcaydes, Meirinhos, Escrivaens, & Tabelliaens, q̄ em as prizoens, de quaesquer pessoas a que se acharem, sejaõ obrigados a perguntar ás pessoas que prenderem, tanto que forem pre-*

prezos, se tem ordens menores, & o que responderem escrevaõ, ou façaõ escrever no acto os vestidos, & trajos em que forem achados, & as cores, & feiçaõ, & comprimento delles, declarando se trazem coroa, & o tamanho, & comprimento dos cabellos della, & quanto mais curtos saõ que os outros cabellos da cabeça, & naõ o fazendo assim o julgador que assim presente estiver à prizaõ, & os Tabelliaens, ou Escrivaens que assim presentes forẽ, percam os officios, & posto q̃ outros officiaes estejaõ à dita prizaõ, onde estiver qualquer julgador, que assim prender o dito prezo, ou mandar prender (tirando os ditos Tabelliaens, ou Escrivaens) naõ perderãõ os ditos officios, & naõ estando abi o julgador ao tempo da prizaõ, encorrerãõ na dita pena todos os outros officiaes, Meirinhos, Alcaldes, Escrivaens, & Tabelliaens que se na dita prizaõ acharem.

25 Et in §. 1. subjungit: Escrevendo como tinha coroa, naõ declarando a grandeza, ou escrevendo os vestidos, & trajos, & naõ escrevendo as cores, ou o comprimento delles, ou cada huma das sobre-ditas couzas especialmente, naõ encorrerãõ em perdimento dos officios, mas serãõ suspensos dos officios até nossa merce, & mais pagarãõ as custas que fizerem em se tornarem a fazer as ditas declaraçoens; & in §. 2. addit: E se ao tempo da prizaõ abi naõ estiver Escrivaõ, ou Tabelliaõ que escreva o auto, entãõ o que o prender, tanto que o prender, lhe olhe logo a cabeça, & os vestidos, & trajos, & se abi estiverem testemunhas, vejaõ isso mesmo os ditos vestidos, & coroa, & o leve prezo à cadea.

26 Et in §. 3. continuat in eadem materia: E antes que entregue o prezo ao carcereiro, o dito carcereiro seja obrigado a perguntar áquelles que lhe assim trazẽ o prezo, se lhe foy já feyto auto do habito, & tonsura por algum Tabelliaõ, ou Escrivaõ que presente estivesse á prizaõ, & dizendo-lhe que esteve Tabelliaõ, ou Escrivaõ presente á prizaõ, o escreverá assim o carcereiro em seu livro, escrevendo o no-

me do Tabelliaõ, ou Escrivaõ que lhe he dito que fez o auto, & o que lhe differ, assinará no dito livro; & se lhe differ que naõ esteve abi Tabelliaõ, ou Escrivaõ, entãõ faça pergunta pelo juramento dos Evangelhos áquelles que lhe entregarem o prezo, da coroa, & vestidos, & trajos que tinha ao tempo que o prenderãõ, & quaes eraõ as testemunhas que presentes estavaõ ao tempo que foy prezo, fara assinar ao pe aquelles que assim o differem, & no dito auto assinarãõ duas testemunhas, q̃ estarãõ presentes ás perguntas q̃ o carcereiro fizer aos que lhe entregãõ o prezo, ao qual auto se dará inteira fé, como se fosse feito por Tabelliaõ publico; & naõ sendo presente o carcereiro, ou naõ sabendo ler, os guardas, ou sua mulher, primeiro q̃ tomem entrega do prezo, mandaraõ chamar hum Escrivaõ, que por juramento faça as ditas perguntas ao prezo; & o carcereiro que tomar o prezo sem fazer auto perderá o officio, & pagará dez cruzados para os prezos pobres da cadea.

Vide ex hac Ordinat. quibus cautelis, & modis jubeat fieri attestationem de habitu, & tonsura carcerati, ut sciatur an sit Clericus deferendo habitum, & tonsuram, vel laicus non gerendo habitum, & tonsuram, & hoc admonerat Foller. in practica criminali, verb. audiantur executores, num. 42. ut cum judex capit Clericum, debeat describi facere particulariter cum quo habitu fuit captus: & sequitur Bajard. ad Ful. Clar. in d. quæst. 36. num. 16. Adde Cujac. in L. 4. Codic. de custod. reorum, ubi ex Ciceron. de supplic. rationem inquit carceris diligentissimè confici, quo quisque die datus sit in custodia, & hinc justificatur doctrina Ancharr. in d. cap. unic. de Clericis conjugat. lib. 6. num. 6. vers. ex quo inferri potest, tenentis quod si captus, & deprehensus in delicto talis Clericus conjugatus, reassumat habitum, & tonsuram in carcere, & sic compareat coram judice sæculari, (ut vidit Venetiis) ista reassumptio non videtur fibi

sibi prodesse argumento *d. cap. ex parte, de privileg.* idem docet *Tyber. Dec. d. cap. 9. lib. 4. tom. 1. crimin. in 14. limitatione*, in eo qui assumpsit Clericatum, postquam fuit captus à iudice sæculari, vel qui suscepit ordines minores, vel maiores, vel vovisset religionem, & illam professus fuisset, hoc enim non eximit illum à jurisdictione iudicis sæcularis, qui prævenit, non modo quoad causam sed etiam quoad personam, quibus stantibus præsumitur in fraudem fecisse, ut se eximeret à pœna sæculari, ex *Joann. Andr. & aliis in cap. 1. de obligation. ad ratiocin. & in cap. Joann. de Cleric. conjugat. Bart. in d. L. 1. ff. de pœn. Bald. in L. officiales, Cod. de Episcop. & Cleric. & ita iudicavit Capell. Tholosan. quæst. 144. ubi Aufrer. & in Clementin. 1. de officio ordinar. regul. 1. limitat. 11.*

29 Et addit idem *Tyber.* quod si non fuisset capta, & præventa persona, sed tantum causa, quia fuisset accusatus, & ante assumpsisset Clericatum, quam caperetur, tunc communis opinio est omnium in locis allegatis, quod sæcularis cognoscere non posset; si verò efficiatur Clericus post iudicium inchoatum coram sæculari, dato quod variæ sint opiniones, hæc tamen communiter est recepta, quod quoad causam sæcularis, tanquam præveniens cognoscere possit, & iudicare; quoad verò personam, neque detinendo, neque torquendo, neque condemnando, possit contra ipsum procedere, sed tantum quoad bona: quod si persona sit capitaliter condemnanda, tenebitur Episcopus eum degradare, & hoc sequuntur omnes, & testatur se vidisse multoties servari, & tradunt scribentes in *L. cum quædam puella ff. de iurisd. omn. iudic.*

30 Et theorica *Tyberii in 2. part. vers. quod si non fuisset captus*, non practicatur in Lusitania in illis terminis, in quibus Clericus accusatus pendente accusatione assumpsit Clericatum etiam in fraudem jurisdictionis sæcularis, quia amplius de crimine non cognoscitur per

iudicem sæcularem ad effectum puniendi corporaliter, & solummodo manet in jurisdictione iudicis sæcularis, quoad causam civilem tangentem bona, ut deduxi in *allegatione 17.* & decisum fuit in Senatu Neapolitano, ex *Vincent. de Franch. dec. 384.* Rursus ea theorica non procedit in Clerico conjugato, qui nec potest assumere ordines sacros, nec proderit ei reassumere habitum, & tonsuram, quam tempore delicti, & capturæ non gerebat, ut requirunt leges Regiæ Lusitanæ locis citatis.

Ex his infertur contra decisionem Cabedi, quod in sua hypothesis, cum Clericus fecisset duo crimina distincta, alterum pro quo fuit carceratus in carcere sæculari, quia non incedebat in habitu, & tonsura, & alterum fugæ, & tempore quo fuit pro hoc secundo crimine fugæ captus, gerebat habitum, & tonsuram Clericalem, non debuit carcere remissione ex privilegio Clericali in utroque crimine, sed tantum in primo, non in secundo, quia in primo fundata erat captura, & cognitio iudicis sæcularis, & in secundo non habebat jurisdictionem observatis temporibus utriusque capturæ, & dispositione Ordinationis, & comprobatur ex eo, quia si Clericus tempore delicti erat de foro Ecclesiastico, licet postea se faciat bigamum, & perdat privilegium Clericale, ex *cap. 1. de bigam. lib. 6.* non eximetur à foro Ecclesiastico, observato tempore delicti, ut per *Abb. conf. 85. ad L. fin. lib. 1. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 8. num. 2. Capell. Tholosan. quæst. 337. Barbosa in d. L. Titia num. 33. vers. quinimo, Sanchez d. quæst. 46. num. 10.* & ex his comprobatur *arestum Cabedi 77. in 1. part. decision.* ubi dicit iudicatum fuisse, quod si aliquis homo crimen commiserit, propter quod fuit missus in exilium, quod non adimplevit, & fecit aliud crimen, propter quod fuit carceratus, & provocat ad ordines, & obtinuit remissionem, quod in tali casu sit ducendus ad implendum exilium antequam remissus, & traditus sit iudici sæculari, quia in primo

crimine jam iudicatus erat in foro seculari competenter, & tenebatur condemnationem exilii adimplere, & eo adimpleto, poterat gaudere remissione in secundo crimine, circa quod vide *Alvar. Valasc. consult. 48. in 1. part. Vincent. de Franch. dec. 395. & Bajard. ad Jul. Clar. in pract. crim. q. 36. num. 45.*

ALLEGATIO XLVII.

Quod extra duos casus fori, & Canonis, in cæteris Clericus in minoribus conjugatus, ut laicus censetur, ubi multa traduntur.

SUMMARIUM.

- 1 Exceptis illis duobus casibus Canonis, & fori, in cæteris Clericus conjugatus, ut laicus reputatur.
- 2 Clerici conjugati sunt ficti, seu mixti Clerici.
- 3 Clericus conjugatus non potest esse officialis, vel Vicarius Episcopi.
- 4 Nec Rector scholarium.
- 5 Nec potest esse subexecutor ad providendum seu conferendum expectanti beneficium.
- Ibid. Nec potest ei causa criminalis Clerici committi, nec de consensu.
- 6 Nec potest interesse divinis, tempore interdicti.
- 7 Tenenturolvere tributa.
- 8 Clericus conjugatus non poterit simul exercere officium Tabellionis, & Clericatus in Curia seculari.
- Ibid. Clerici in minoribus conjugati si delinquant in officijs secularibus possunt puniri per iudices seculares.
- Ibid. Agitur de Constitutione Conimbriensi citata.
- 9 Talis Clericus conjugatus potest succedere in feudis.
- 10 Non datur in eis incapacitas succedendi in successione bonorum emphyteuticorum à Rege concessorum.
- 11 Clerici in minoribus non dicuntur in causis civilibus potentiores, & cessio in

eos facta valet attento jure novo post Concil. Trid.

- 12 Non procedit in Clericis in minoribus prohibitio Alphonsi citata.
- 13 Tales Clerici tenentur ad custodiam civitatis in faciendis vigiliis.
- Ibid. Ad idem tenentur Clerici in sacris in tempore necessitatis.
- 14 Etsi nolunt hoc onus subire, debet cogi per Episcopum, Clerici tamen in minoribus possunt cogi per iudices seculares, & numer. 15.
- 16 In custodia portarum tempore pestis non tenentur Clerici.
- 17 Pests est bellum inter Deum, & homines.
- 18 Tenentur contribuere in collecta publica pro liberanda civitate à peste.
- Ibid. Nulla maior pietas, quam pauperes debiles, & infirmos tueri.
- 19 Tenentur contribuere ad instructionem pontium, fontium, & viarum.
- 20 Clerici in minoribus tenentur ad eam custodiam, non tamen tenentur ire ad bellum.
- 21 Nisi Papa jubente.
- 22 Non sunt cogendi in causa sanguinis testimonium dicere.
- 23 Si defacto dicant testimonium sine licentia, valet.
- 24 Ea prohibitio procedit, ubi ferunt testimonium in causa criminali ad favorem accusantium, non in favorem Reorum.
- 25 Clericus in minoribus conjugatus potest esse tutor, & n. 29.
- 26 Omnes Clerici in sacris, & in minoribus erant immunes ab onere tutelæ de jure antiquo.
- 27 Episcopi, & Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & Monachi immunes sunt ipso jure à tutela, & cura quacumque.
- 28 Deinde Justinianus introduxit, quod Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi possunt accipere tutelam, vel curam legitimam, observato tempore de quo hic.
- 30 Episcopus, & Monachus nullam suscipere permisit.
- 31 Clerici in minoribus extra privilegium fori, & Canonis censentur, ut laici.

32 Casus omissus remanet in dispositione juris communis.

EXceptis illis duobus casibus Canonis, & fori privilegio in causis criminalibus, Clericus conjugatus in cæteris, ut laicus reputatur, nec habet privilegium Clericale, neque immunitatem, quod probatur ex *d. cap. unic. §. ult. de Cleric. conjugat. lib. 6. ibi: In cæteris autē, vel nisi, ut præmittitur, tonsuram, vel vestes deferant Clericales, etiam in præmissis nolumus eos gaudere privilegio Clericali*, licet retineat characterem Anchar. *ibi, Afflict. lib. 1. Constit. Sicil. rubr. 37. numer. 48. Abb. in cap. Joannes 2. notabil. de Cleric. conjugat. Decius in cap. decernimus, numer. 15. de judic. idem tenet Montalvus in L. 25. titul. 9. part. 1. dicens hos Clericos conjugatos dici fictos, seu mixtos Clericos, quia regulariter subjiciuntur judicio sæculari tanquā alij laici, nisi in casibus expressis in *d. cap. unic. & dicitur tertium genus hominum, ut notat Host. in proem. lib. 3. & in quibus eorum honestas, vers. sed tertium genus hominum.**

3 Ex his aliqua inferuntur: primo, quod talis Clericus conjugatus non poterit esse officialis, vel Vicarius Episcopi, ut notant *Io. Monach. Joan. Andr. Domin. & Francus, uterque num. 3. in d. §. cæteris, Abb. num. 12. Rip. num. 64. Decius num. 15. in d. cap. decernimus de judic. Martius decis. 999. in 1. part. Hyppol. Bonacosa inter communes, vers. Clericus non potest esse, Casar Lambert. de jure patronat. 1. part. 2. lib. art. 3. q. 7. in princip. Sanchez lib. 7. de impediment. disput. 46. numer. 14. Nec Rector scholarum secundum eundem Lambertin. *ibi num. 5. adde Mirand. de ord. jud. quest. 2. art. 7. conclus. 1. & Paris. conf. 40. num. 25. lib. 4. dicentem sententias ab eo latas esse nullas.**

5 Nec potest esse subexecutor ad providendum, seu conferendum expectanti de beneficio ex eodem *Paris. d. conf. 40. num. 20. & final. nec potest ei committi causa criminalis Clerici, nec de consen-*

su, ex Abb. cum Collecta numer. 15. Rip. numer. 64. in d. cap. decernimus; nec de consensu ex eodem Lambertin. de jure patron. d. quest. 7. num. 4. Ful. Clar. in pract. crimin. §. ult. quest. 41. numer. 7. Nec potest interesse divinis tempore interdicti eadem ratione, quod solum illis duobus privilegijs utitur, ex Navarr. in Manuali. cap. 27. num. 174. Cardin. Toletan. lib. 1. sue summæ de Sacerdotibus cap. 20. num. 3. Emman. Roder. in 1. tom. sue summæ cap. 116. conclus. 4. quos refert, & sequitur Sanchez dict. quest. 46. num. 15.

Item ex eadem ratione inferitur, quod tenentur solvere tributa, sicut & merè laici, ut notant *gloss. d. §. in cæteris & communiter scribentes, Abb. cap. ex parte numer. 1. de Cleric. conjugat. Guid. dec. 385. Afflict. cap. 1. §. si dominus, n. ultim. quibus modis feudum constitui potest, Covarr. pract. cap. 31. numer. 9. Dueñ. regul. 100. vers. 10. fallit, Garcia Girond. de gabel. 2. part. numer. 37. & 38. Azor. lib. 3. instit. moralium, cap. ultim. quest. fin. Sanchez d. quest. 46. numer. 16. Idem inferitur, quod Clericus conjugatus non poterit simul exercere officium Tabellionis, & Clericatus in Curia sæculari; imò ipso facto, fori privilegio privatur, *cap. sicut ne Clerici, vel Monachi, & in nostra Lusitania, qui officium Tabellionatus exercent, prohibentur sub pœna amissionis officiorum, coronam apertam gestare in capite, ex Ord. lib. 1. titul. 59. §. 23. in antiquis, & titul. 80. §. 4. in novis, & ideo si delinquent in officijs sæcularibus tales Clerici conjugati, poterunt puniri per judices sæculares, Bald. ad Speculator. titul. de Reo, vers. scholaris, Martius dec. 290. in 1. p. Guibelm. in cap. Raynunt. verb. & uxorem nomine Adelasiam, dec. 2. numer. 155. Nec obstat Constitutio Episcopatus Colimbriensis 10. sub titul. 14. ad fin. princip. *ibi: Mas sendo sómente de ordens menores, que não tenhaõ algum beneficio Ecclesiastico, mas gozem sómente do privilegio Clerical, sendo-lhes provado que exercitaõ algum dos ditos officios, pelo mes-***

mesmo feito perderão o tal privilegio, quia ultra quod prohibeat Clericum in minoribus uti officiis publicis sæcularibus sub amissione privilegii fori Clericalis, prohibentur coronam apertam gerere in capite: ne possint declinare ad iudicium Ecclesiasticum in suis criminibus.

10 Item infertur talem Clericum conjugatum posse succedere in feudis, & bonis Regiæ Coronæ, quia tantum arcentur ab his Clerici in sacris, vel qui beneficium habent, ut deduxi in *alleg. 32. Adde Camil. Borrel. conf. 40. numer. 17. nec in illis possunt procedere ea, quæ deduxit Cald. de nomin. emphyt. q. 22. à numer. 4. de incapacitate Clericorum ad succedendum in bonis emphyteuticis à domino Rege concessis, cessant namque in his Clericis in minoribus solutis, vel conjugatis, rationes ab ipso adductæ, & in tractatu de potestate eligendi, quæst. 1. n. 11. unde licet Bart. in L. 1. ad fin. & ibi Bald. & Fulgos ff. de alienat. judic. mutand. causa facta, & Jason. in L. ult. Cod. de jure emphyt. n. 95. teneant alienationem factam in Clericum censeri factam in duriorum personam, ratione fori, ut tenent *Canonistæ ad cap. 2. de alien. jud. & Corbulus in tract. quibus causis emphyt. amit. cap. 14. limit. 12. numer. 2.* tamen loquuntur attento tempore antiquo, in quo etiam in civilibus Clerici in minoribus utebantur foro Clericali, & non in minoribus, attento *Concil. in illo decreto, & d. cap. unic. de Cleric. conjugat. lib. 6.* quia huiusmodi Clerici, licet observent requisita illius decreti, non mutant forum in causis civilibus, sed tantum in criminalibus, & cessante hac mutatione fori, non dicentur potentiores ratione fori, & ex consequenti poterit in eos fieri alienatio, nec habebit locum titulus de alienatione iudicii, & tantum habebit locum ea prohibitio in Clericis in sacris, vel in minoribus, qui beneficia habeant, quibus competit forum iudicii Ecclesiastici, tam in criminalibus, quàm in civilibus, & inde declarabis *Ordinat. Lusitan. lib.**

3. tam antiq. titul. 84. quàm novam, tit. 39. §. 2. non valere alienationem in potentiorum ratione equestris dignitatis, vel privilegii, nam non procedit in talibus Clericis, ex traditis per *Duen. regul. 88. ampliat. 4.*

Item in his Clericis non habet locum prohibitio, quam fecit Alphonsus Rex Lusitaniæ, qua prohibuit ne Ordines, Monasteria, Ecclesiæ, Archiepiscopi, Episcopi, neque aliæ personæ Ecclesiasticæ, vel Religiosæ possent emere, nec possidere bona aliqua immobilia intra limites, & confines bonorum, quæ vulgari nomine reguengos appellantur, de qua *Ordinat. lib. 2. titul. 7. in antiq. & titul. 16. in novis,* de quo egi in *allegat. 32.* Item infertur, quod tales tenebuntur ad custodiam civitatis in faciendis vigiliis, & excubiis, quia & ad hoc etiam tenentur Clerici in sacris saltem tempore necessitatis, ex text. in *cap. pervenit de immunitate Eccles. ubi Anton. num. 5. & Abbas num. 5. ita docent post Hostiens. in summa de immunitat. Ecclesiarum, §. à quibus, vers. materia, Anchar. conf. 96. numer. 4. Bertrand. conf. 53. numer. 10. lib. 2. Guilhelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo & uxorem nomine Adelasiam, dec. 5. à numer. 470. Corn. conf. 71. numer. 16. lib. 4. Purpuratus conf. 530. numer. 1. lib. 2. Menoch. conf. 800. numer. 6. lib. 8. Raymund. lib. 1. tit. de immunitat. Eccles. §. 8. ad fin.*

Et si nolunt illud onus subire, debent ad id cogi per Episcopum, ut tenent *Hostiens. Anton. & Abb. iocis citatis, Berous conf. 31. numer. 25. lib. 1. Ripa de peste titul. de remediis ad curandam pestem, numer. 236. Azeved. L. 11. titul. 3. n. 7. lib. 1. novæ collect. Joann. Gutierrez. pract. q. 3. numer. 4. & 5. Lelius Zachius de Repub. Eccles. tit. 1. §. e os Clerigos Ord. tam antiqua, quàm nova, ubi ita disponitur: E os Clerigos, que naõ forem de ordens sacras, podem ser constrangidos por nossas justiças, que vaõ ajudar a apagar algum fogo, quando se acender no lugar, ou termo onde saõ moradores: e bem assim para defençaõ da terra, quando a ella vierem*

16 inimigos, e para acodir em favor da justiça a alguns arroidos, para os estremar, ou ajudar a prender os que nos taes arroidos forem culpados; & ita limitandum est in eo Regno doctrina suprâ allegata, dum habet Clericos cogendos ad custodiam per Episcopum, ut procedat in Clericis in sacris, vel qui beneficium Ecclesiasticum habent, non verò in Clericis in minoribus ordinibus beneficio carentibus, quia cogi possunt per Curiam sæcularem.

17 In custodia autem portarum tempore pestis non tenentur Clerici, ut per Ripam dicto loco, num. 211. & Bertrand. d. conf. 53 num. ult. ubi reddit rationes differentiarum, quare Clerici teneantur ad vigiliis, & excubias, seu ad custodiam tempore belli humani, non autem teneantur ad custodiam portarum Civitatis tempore pestis, quæ dicitur bellum inter Deum, & homines. Bart. in L. naturaliter. n. 23. ff. de usucapionib. Jodoc. in enchiridion parium, verbo, pestis, & de qua agit Thomas Actius de infirmitate legali, 1. part. cap. 23. Tenentur tamen

18 contribuere in collecta publica pro liberanda civitate à peste, quia propter communem Clericorum, & laicorum utilitatem imposita esse videtur, & respicit pietatem, nam nulla est maior pietas, quàm pauperes, debiles, infirmosque tueri, & patriam sublevare, cap. fortitudo, cap. non inferenda 23. quæst. 2. Ancharr. d. conf. 96. numer. 5. Abb. conf. 3. num. 1. lib. 2. Ripa lib. 2. responsorum, cap. 22. num. 8. Dueñ. regul. 100. limitat. 17. Nicol. Bald. in suo consil. quod est inter decisiones Octaviani Pedamontan. fol. 73. numer. 6. Frater Lodov. Lopes in suo instructor. conscientiarum, 1. part. cap. 190. vers. per hanc, Menoch. d. conf. 800. n. 22. lib. 8. quem vide in alio casu, ibi, n. 4.

19 & num. 10. Tyber. Decian. conf. 14. num. 24. lib. 1. sicut tenentur contribuere ad instructionem pontium, fontium, viarum, ex quibus etiam recipiunt commodum, sicut & laici. L. ad instructiones, Cod. de sacrosanct. Eccles. ubi Ea'd. & Paul. Jason. in L. placet, num. 14. Cod.

eodem titulo, Alvar. Valasc. de emphyt. quæst. 17. num. 28. ad fin. Purpur. conf. 50. lib. 1. Petrus Messia de tassa panis, conclus. 1. n. 61. & conclus. 5. n. 63.

21 Clerici tamen in minoribus tenentur ad illam custodiam: non tamen tenentur tales Clerici ad bellum, si communitas convocet ad illud, sive sint soluti, sive conjugati, tonsuram, & vestes Clericales deferentes, neque mittere, ne si homicidium committant, fiant irregulares, & inhabiles ad sacros ordines, mortua uxore; & ita in declarationem tex. in d. cap. unic. de Cleric. conjugat. lib. 6. tenent Petrus Jacob. in sua practica, titul. de duello. vers. item facit quod res: sequuntur Didacus Peres ad L. 1. titul. 3. pagin. 103. vers. Clericali ad fin. lib. 1. Ordinam. & Lelius Zechius de Republic. Ecclesiastic. titul. de Clericis ad finem, ubi dicit, quod non tenentur ire ad bellum, ubi alii sunt impugnandi, etiam contra Saracenos, cum Clericatus eos inhabiles faciat ad pugnam, ut in cap. ex multa, §. fin. de voto; etiam si ageretur de recuperanda terra sancta, nisi Papa jubete, qui potest eos liberare ab irregularitate, cum sit de jure positivo induceta.

24 Nec etiam cogendi sunt in causa sanguinis testimonium dicere. Peres ubi suprâ, & Abbas in cap. dilectorum, col. 3. de testibus cogend. addo Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 98. numer. 21. & ita cavetur in cap. de prudentia 14. quæst. 2. & in Constitutionibus Synodalibus Regni, ne Clerici testimonia dicant absque licentia sui Ordinarii in causis ventilatis in Curiis sæcularibus, ut videre est ex Constitu. Ulyssiponens. titul. 10. constit. 12 ad finem, Bracharens. titul. 10. constit. 11. ad fin. Visens. tit. 12. constit. 8. §. fin. Lamacens. titul. 12. constit. 11. ad finem, Eborens. titul. 10. constitut. 12. §. ultim. Mirandens. titul. 2. constit. 4. §. 1. Portugallens. titul. 15. constitut. 9. §. ultim. Colimbriens. titul. 14. constit. 11. §. Eoutro silbes prohibimos; quæ tamen loquuntur in Clericis, qui sunt sacris ordinibus insigniti, vel qui habent

beneficium Ecclesiasticum, quæ tantum imponunt pœnas, & non annullant eorum testimonia, si fortè ea dixerint absque licentia, & de jurè tenent ex eo, quòd illa licentia non est de substantia testimonii, sed quid accidentale, & postquam examen factum est, sustineri debet ex *Abb. cap. 1. column. 9. versic. oppono contra text. de jurament. calumn. idem Abb. cap. cum nuntius, column. fin. & ibi Aretin. & Felin. de testibus, Purpuratus conf. 133. num. 12. lib. 1. Salzedo ad Bernard. d. cap. 98. à num. 21. & Burgos de Paz in L. 3. Taur. à num. 406. & ea prohibitio procedit, ubi ferunt testimonia in causa criminali in favorem accusantium, non in favorem Reorum, ex eodem Salzedo d. cap. 98. num. 22.*

Item infertur, quòd Clericus in minoribus conjugatus potest esse tutor, & cogi ad tutelam suscipiendam, in quo parumper advertendum est, quòd omnes Clerici, tam in sacris, quàm in minoribus, immunes erant ab hoc onere suscipiendi tutelam, ex text. in *L. Presbyteros, Cod. de Episcopis, & Clericis*, ubi ita habet: *Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorcistas, & Lectores, Ostiarios, Acolytos etiam personalium numerum expertes esse precipimus: & in hoc text. gloss. Basil. Paul. eam tenent conclusionem. Postea Justinian. Imperator edidit legem generaliter 41. Cod. eodem titul. de Episcop. & Clericis, qua cavet, quòd Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & Monachi, licet non sint Clerici, immunitatem ipso jure habeant à tutela, tam testamentaria, quàm dativa, & legitima, item & à cura, & text. iste canonisatus est in *c. generaliter 16. q. 1.**

Ultimò idem Justinianus in *Authent. de sanctissimis Episcopis, §. Deo autem amabiles, collation. 9.* induxit, quòd Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi possent accipere tutelam, vel curam legitimam, si intra quatuor menses hoc declaraverint in scriptis apud competentem judicem, se velle eam tutelam, vel curam sponte propria suscipere, Episcopos

autem, vel Monachos nullam suscipere tutelam permittit; quòd etiam habetur in *Authent. Presbyteros, Cod. de Episcopis, & Clericis*, & apud Castellanos in *L. 14. tit. 16. part. 6.* & ibi *Montalv. verb. Por razon del parentesco gloss. cap. pervenit 88. distinct. Foller. ad Marant. de ordin. judic. 4. part. distinct. 11. num. 65. Sylvester, & Armill. verb. tutela, numer. 3. Guilhelm. in cap. Raynuntius, verb. & uxorem, num. 118. Molina Theologus de justitia, & jur. disput. 221. vers. Religiosus, Joann. Gutierr. de tutel. 1. part. cap. 1. n. 26.*

Clericus autem in minoribus, *gloss. verb. hoc fecerit in d. §. Deo amabiles, & in dict. Authent. Presbyteros*, tenet posse compelli ad tutelam *Cyn. tamen, Oldrad. Alber. ibi post Azon. in summa de Episcopis, & Clericis, §. quod sit eorum officium*, tenent non cogi per *d. L. Presbyteros*, quam non putant esse correctam, *Turrecrem. & Bellamer. in dict. cap. generali*, diverso modo legunt; nam *Turrecremata* dicit, quòd Imperatores non fecerunt in ea *L. generaliter* mentionem de Clericis inferioris ordinis, quia noluerunt eos gaudere eo privilegio; *Bellamera* autem dicit, quòd de Clericis inferioris ordinis non fuit locutum, quia noluerunt eos gaudere: ego autem cum *Acurt. in d. §. Deo amabiles, & in d. Authent. Presbyteros*, teneo eos posse compelli ad tutelam, ut etiam tenet *gloss. Gregor. in d. L. 14. verb. Missa cantanos, Foller. ad Marant. dict. numer. 67. Joann. Gutierr. d. cap. 1. num. 27. Bobadilha in sua Polit. de Corregedores, lib. 2. cap. 18. à num. 26.*

Et probo; quia Clerici in minoribus, extra privilegium fori, & Canonis, in reliquis censentur, ut laici, & Curie seculari subjiciuntur, & oneribus, quavis observent requisita *d. capit. unci de Cleric. conjugat. lib. 6. & Concil. Trid. in illo decreto*, & ideo indistinctè suscipiunt tutelam, & cogi possunt eam administrare. Nec in *Ordinat. Lusit. lib. 1. titul. 67. §. 31. & in Ordinat. nova lib. 4. titul. 104.* in quibus agitur de iis, qui à

32 tutela habent executionem, fit mentio de Clericis, & tanquam casus omisus potest remanere in dispositione juris communis, ex *L. commodissimè, ff. de liber. & posthum. Ordinat. lib. 3. titul. 64. in novis*. Addo, quòd si suscipiant tutelam, omnes etiam in sacris tenentur rationem reddere coram iudice sæculari, ex *Bobadilha, & Gutierr. ubi supra*, & idem servari testatur *Massuer. de judic. §. item si Clericus solutus, Aufrer. de potestate seculari, fallent. 28. Guilhelm. in d. cap. Raynunt. verb. & uxorem nomine Adelasiam, dec. 2. num. 128.* de cuius tamen veritate videndus est *Muños de Escovar. de ratiocin. cap. 7. à n. 14.* ubi aliter declarat.

ALLEGATIO XLVIII.

An Clerici conjugati possint pro debitis carcerari, & uti beneficio *cap.*

Oduard. de solut.

SUMMARIUM.

1 Clericus habet in civilibus beneficium ne exequatur, nisi quatenus facere possit.

2 An idem locum habeat in Clerico conjugato cum unica, & virgine, & an carcerari possit, duæ sunt opiniones, & n. 3.

4 Refellitur secunda opinio negativa, & approbatur prima affirmativa.

1 **S**Upposito, quòd debitor condemnatus possit carcerari, si non habet in bonis unde solvat, ut deduxi in *allegat. 25.* & quòd Clericus in civilibus uti possit beneficio *Oduard. de solut.* ne conveniatur, nisi quatenus facere possit, & non possit pro illis carcerari, ut ibi per *Abb. num. 8. Gregor. Lopes in L. 26. tit. 6. part. 1. verb. un Clerigo a otro. Rodoan. de spoliis Clericorum, question. 10. num. 24. Soares de los goviernos, num. 14. Menoch. de arbitr. lib. 1. question. 88. num. 8. Thomas Cerdan. de visita de car-*

cere, cap. 11. §. 4. num. 11. Azeved. lib. 2. novæ collect. L. 5. titul. 1. num. 7. quòd verum, & moribus receptum propter dignitatem ordinis Sacerdotalis, pluribus comprobatur *Baeça de inope debitore, cap. 17. num. 1. Barbosa L. maritum, n. 3. ff. soluto matrimo.* tamen in Clerico conjugato cum unica, & virgine, sunt duæ opiniones; prima est affirmativa, quòd possit capi, & carcerari etiam pro debitis civilibus per iudices sæculares, si non habeat bona, unde solvat; hanc opinionem tenuit *Montalv. in L. 25. tit. 9. part. 5. gloss. 1. column. 2. ad fin.* est communis opinio secundum *Socin. in cap. 1. column. fin. de foro competent.* sequitur *Aviles ad leges prætor. in procm. à num. 28.* & pro hac parte citatur text. in *cap. unic. de Cler. conjugat. lib. 6.* ubi exceptis duobus privilegiis fori, & Canonis, in cæteris tractari, ut laicum, & ita fuit iudicatum per *Capellam Tholos. quest. 144.*

3 Contrariam opinionem negativam, quòd non possit capi, tenet *Lapus allegat. 118.* dicens esse de jure veriolem, & servari in Curia Romana: *Alex. conf. 6. lib. 4. Rota in novis, dec. 202. Anchar. num. 4. Domin. numer. 7. & Franc. in §. & cum, num. 2. in eodem cap. unico,* & est communis opinio, & practica secundum *Covar. pract. cap. 31.* & hanc opinionem, tanquam veriolem de jure communi, & Regio, & ex *Concil. Tr. dent.* & aliis plurimis Doctores citatis tenet, & sequitur *Hieronym. Cavall. de communibus contra communes, quest. 593.* & eandem tenent *Humada L. 23. titul. 6. part. 1. gloss. 2. num. 2. vers. Secundo fallit,* ubi declarat in *vers. Tertio fallit;* cæterum non est tenenda hæc secunda opinio negativa, imò admittenda est prima opinio: quia Clerici conjugati non habent privilegium fori in civilibus, atque cum iudex sæcularis sit competens in cognoscendo in causis civilibus motis contra Clericum conjugatum, & ad eum condemnandum, & exequendum, si non habuerit in bonis, poterit eum carcerare, ut tenent *Covarr. lib. 2. variar. cap.*

cap. 1. n. 9. vers. propter quorum, & eum libenter secutus Baeca d. cap. 17. de inope debitore, num. 20. & contrariam opinionem Lapi falsissimam esse dicit Joann. Gutierrez in d. cap. 17. numer. 11. de jurament. confirmator. in 1. part. per text. in d. cap. unio. cui non potest responderi, & ita existimat tenendum, & quod nunquam vidit, nec audivit practicatum opinionem Lapi, imò contrarium, & quod vidit Clericos conjugatos capi pro debitis civilibus per judices laicos; nisi privilegium habeant, quod excuset à captura, secundum exempla ab eo relata, & confirmat numeris sequentibus, tam ex Concilio quàm ex L. Castella, refert, & sequitur Molina Theolog. disput. 571. vers. quamvis Lapi, & hanc opinionem affirmativam sequor, quia melioribus fundamentis nititur, & eam sequitur Gonçal. Soares in sua practica, 2. tomo, 3. part. cap. unio. num. 6. & novissime Sanchez d. disput. 46. n. 23. ubi relata utraque opinione, hanc secundam tenet, & miratur de Doctoribus contrarium tenentibus.

ALLEGATIO XLIX.

An Clericus in minoribus conjugatus possit beneficium Ecclesiasticum habere.

SUMMARIUM.

1. Clericus in minoribus solutus potest habere beneficium Ecclesiasticum, conjugatus non.
2. Non bene conveniunt psalterium, & cithara.
3. Non potest Episcopus dispensare, ut Clericus conjugatus habeat beneficiū.
4. Potest habere beneficium ex dispensatione Pontificis.

Clericus in minoribus solutus potest habere beneficium Ecclesiasticum; conjugatus verò illud non po-

test habere, cap. 1. & 2. capit. diversis de Cleric. conjugat. licet sit simplex ex Hostiens. in summa de Cler. conjugat. numer. 1. vers. utrum possit habere, Rebuff. in rubr. de rescript. num. 42. vers. item Clericus, eo fundamento, quia non bene conveniunt psalterium, & cithara, ex d. cap. diversis, idem tenent Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, 1. part. cap. ult. numer. 76. Capra regul. 97. à numer. 33. & est communis ex Flamin. Paris. de resignation. beneficior. lib. 4. cap. 2. numer. 27. Lambertin. de jure patron. 1. part. lib. 2. articul. 37. quest. principali, ubi inconvenientia refert, adeo quod nec potest Episcopus cum eo dispensare, ut habeat beneficium Ecclesiasticum, ex Selva de benefic. part. 1. quest. 7. numer. 17. & 18. Capra dict. regul. 97. à numer. 47. Flamin. d. loco, n. 29. & ideo ei non potest fieri resignatio beneficii Ecclesiastici, ex Rebuff. de pacificis possessoribus, n. 222. Flamin. d. quest. 2. numer. 99. Cavall. de communibus contra communes, quest. 523. numer. 2. Sanchez lib. 7. de impedim. disput. 42. numer. 14. ubi numer. 16. temperat eam incapacitatem in terminis d. cap. 2. de Cleric. conjugat. agens de ejus intellectu.

Potest tamen habere beneficium ex dispensatione Pontificis, ex Abb. in cap. Joannes de Cleric. conjugat. & ibi Imol. numer. 9. dicente tutiorem, post gloss. ibi, verb. beneficium, Selva ubi supr. Capra d. regul. 97. numer. 33. & licet in contrarium sit communis opinio, ut sufficiat dispensatio Episcopi in beneficio simplici, ex Lambertin. d. quest. 7. numer. 8. & citatis per Sanchez d. disput. 42. numer. 17. tamen in contrarium est magis communis ex Hojeda ubi supra, numer. 77. & citatis per Sanchez in eadem disput. 42. numer. 18. & licet non possit habere beneficium Ecclesiasticum in titulum beneficii, potest tamen habere ratione dispendii, aut alterius ministerii temporalis, ut prosequitur Sanchez lib. 7. de impedim. disput. 44.

ALLEGATIO L.

An Clerici, vel Ecclesiæ possint cogi per iudices sæculares reparare ædes, quas habent in civitate ruinam minantes, ne ex eo defectu publicus aspectus deformetur.

SUMMARIUM.

- 1 Ad curatorem Reipublicæ spectat, ut diruta domus, aut ruinam minantes reparentur.
- 2 Item si ex eo defectu deformetur publicus aspectus civitatis.
- 3 Clerici in sacris an ad hanc reparationem cogantur per iudices sæculares.

H Abemus text. in *L. ad curatoris* 46. ff. de damno infecto, ubi *Paul. J. C.* habet in hæc verba: *Ad curatoris Reipublicæ officium spectat, ut diruta domus à dominis extruantur*, in eo text. notant Doctores, quòd ad curatorem Reipublicæ spectat, ut diruta domus, aut ruinam minantes reparentur, & ita notant ibi *Alber. Angel. Roman. & Imol. Cepol. de servit. urban. prædior. cap. 59. numer. 3. Gomes. in L. 46. Taur. numer. 16. ad fin. & idem est, si ex eo defectu deformetur publicus aspectus civitatis, & utroque modo intelligitur ille text. & optimè exemplificat *Alber.* in eo, quòd si domus illæ sint Ecclesiarum, vel Clericorum, possunt cogi per sæculares iudices ad eas reparandas, ut per multas auctoritates docet *Guilhelm. in cap. Raynuntius, verb. & uxorem, dec. 2. numer. 138. idem repetit verbo, domum, numer. 17. & verbo, si absque liberis, titul. de fideicommiss. substitut. numer. 35. Rebuff. de exceptionib. num. 238. & in L. præses, num. 2. ff. de offic. præsid. Politica de los Corregedores, 2. tomo, lib. 2. cap. 18. n. 134. lib. 3. cap. 5. num. 27. in 2. tomo, Petrus Pecheus de reparand. Ecclesiis, cap. 28. ubi hoc faciunt mixti**

fori in Clericis tamen in minoribus, si-ve solutis, si-ve conjugatis, licet observent requisita decreti Tridentini, indistinctè cogi possunt ad eam reparationem per iudices sæculares, qui causa civilis est de re pecuniaria, & in civilibus respondent coram iudicibus sæcularibus, tam ex lege Regni, quàm ex Concil. adde casum de quo per *Angel. L. quamquam ff. de aqua plu. arcend. Aviles ad leges prætor. cap. 18. gloss. ult. ad fin. Politic. d. cap. 18. n. 153.*

ALLEGATIO LI.

In casibus, in quibus Clerici in minoribus amittunt privilegium Clericale, & veniunt ultimo supplicio puniendi, non est necessaria degradatio, nec est moribus recepta, in Lusitania tamen in aliquibus casibus requiritur degradatio.

SUMMARIUM.

- 1 In casibus, in quibus Clerici primæ tonsuræ, vel minorum ordinum amittunt privilegium, & ultimo supplicio sunt puniendi, non est necessaria degradatio.
- 2 Reprobatur *Bern. Ful. Clar. contrarium tenentes.*
- 3 Non est moribus recepta degradatio Clericis in minoribus.
- 4 Sunt casus in Lusitania, in quibus requiritur degradatio.

IN casibus, in quibus Clerici primæ tonsuræ, vel in minoribus amiserunt privilegium Clericale, & ultimo supplicio veniunt puniendi à iudicibus sæcularibus, non est necessaria degradatio, ut bene resolvit *Covarr. pract. cap. 32. num. 3. & Gonçal. Soares*, qui eum sequitur in sua practica, 2. tom. prælud. 2. n. 8. quicquid teneant *Bernard. Dias in practic. criminal. cap. 14. à num. 3. & Ful. Clar. in practic. crimin. §. ult. quest. 74. num. 4. nam & idem Covarr. in cap. quia nos, numer. 4. de testament. talem degrada-*

ditionem in Clericis in minoribus non esse moribus receptam dicit, & eum sequitur *Salzed. ad Bernard. d. cap. 140. ad fin.* sunt tamen aliqui casus in Lusitania, in quibus requiritur legitimam degradationem præcedere, de quibus in *L. 5. tit. 4. part. 2. Extravag. d. d. d. d.*

ALLEGATIO LII.

An text. in *Authent. de sanctissim. Episcopis. §. sed & hoc præsentis, collat. 9.* procedat in Clericis in minoribus.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de *Authent. de sanctissim. Episcopis, §. sed & hoc præsentis.*
- 2 Rogatus de restituendo si nuptias non contraxerit, vel si filios non habuerit, ingrediens monasterium, vel ascetrium, excludit substitutum.
- 3 Refertur Angeli sumarium ad text.
- 4 An hoc procedat in foro conscientie examinatur.
- 5 Ibid. Reprobatur *Alciat. dicens esse contra conscientiam.*
- 6 Jus Canonicum non approbat constitutiones civiles contra peccatum.
- 7 Plures declarationes ad hanc regulam, remissivè.
- 8 Si quis mandet distribui bona sua in virgines maritandas, non possunt distribui in virgines ingredienti monasterium.
- 9 Executores non possunt excedere formam mandati.
- 10 Maritare virgines est causa pia, quæ non potest excludi.
- 11 Duas habet limitationes, remissivè.
- 12 Text. ille etiam loquitur in eo, qui est factus Clericus.
- 13 Non procedit in Clerico in minoribus carente beneficio.

Justinianus Imperator in *Authent. de sanctissim. Episcopis, §. sed & hoc præsentis collat. 9.* loquitur in hæc verba:

Sed & hoc præsentis addimus sanctioni, si forte quis sub conditione nuptiarum, sive liberorum, sive dotis causa, sive ante nuptialis donationis donaverit, sive reliquerit suis liberis, sive alii cuicumque personæ hæreditatem, sive legatum, aut ab initio purè relinquens oneret eorum substitutione, aut restitutione, aut sub una prædictarum conditionum reliquerit, vel donaverit, substitutiones verò, vel restitutiones eis fecerit, qui adjectis conditionibus quibuscumque ex iis, quæ superius enumeratæ sunt, sancimus si personæ talibus conditionibus subjectæ, sive masculi, sive femine monasteria ingrediantur, aut Clerici, aut diaconissæ, aut ascetrie fiant, tales conditiones invalidas, & pro non scriptis esse. Hoc autem solatio & Clerici, & diaconissæ Ecclesiarum fruatur, si usque ad suam vitam in his perseveraverint, ut res sub tali conditione donatas, aut relictas ad pia opera expendant, aut relinquunt, in personis enim, quæ in monasterium, vel ascetrium ingrediuntur, & relinquunt hujusmodi conversationem castam monasterio, aut ascetrio, ubi à principio ingrediuntur, res sub tali conditione donatas, aut relictas cum alia eorum substantia competere volumus, si tamen in redemptionem captivorum, aut egentium alimenta supradictis conditionibus substitutio, aut restitutio fiat ex nullo memoratorum modo eam excludi permitimus.

Ex hoc notatur communiter, quòd 2
rogatus de restituendo, si nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, ingrediatur monasterium, vel ascetrium, deficit fideicommissum, nisi alii venerabili loco debeat restitui, & ita pro sumario ponitur in eo text. sed aliter summat *Bart. ibi*, donatione, vel legato, seu hæredis constitutione, sub conditione nuptiarum, vel liberorum factis, vel factis purè, sed substitutione, vel restitutione sub aliqua prædictarum conditionum facta honorata persona monasterium ingrediente, vel Clerico aliquis Ecclesiæ factis, seu diaconissa etiam facta, tales conditiones pro non scriptis ha-

habentur, dummodo si talis persona honorata fiat Clericus, vel diaconissa toto tempore vitæ suæ in tali statu permanferit, & res sub tali conditione donatas, vel relictas in pios usus expendant, vel relinquunt, & si talis persona a monasterio, a quo cessit, competunt, & subditis conditionibus in redemptionem captivorum, vel egentium alimentata, & substitutio per nullum casum prædictorum evanescit; secundum *glossam magnam, ibi*, quam ita dicit colligere casum illius text. ex quo notat *Barri* ibi duo primum, quod non videtur sine liberis decedere, qui ingreditur monasterium, ubi habetur loco filii, ut *ibi*, secundum, quod non videtur esse sine matrimonio, qui monasterium ingreditur, cum per hoc spirituale matrimonium contrahat.

3 Angelus autem ita sumat, datum causa dotis, vel propter nuptias donationis, aut etiam relictum legatum sub conditione nuptiarum, vel filiorum non existentium, non deficit, si honoratus in conditionis defectum restituere rogatus, monachus, aut Clericus, vel asceticus fuerit effectus, si in eo permanferit, si vero inde exiverit, datum, seu relictum apud dictum monasterium, vel asceticum, remanebit, & exinde dicit: Nota diligenter ex isto §. quod rogatus de restituendo sibi donatum, vel relictum, nisi nupserit, vel si decedit sine filiis, non tenebitur restituere si Monasterium intraverit, vel Clericus effectus fuerit, quoniam intrando Monasterium contrahit nuptias spirituales, & sic non deficit conditio nuptiarum, ut etiam quoad hoc Monasterium habetur loco filii, & non deficit conditio filiorum, & quod hoc est inductum in privilegium Monasterii, & ideo si esset gravatus de restituendo in defectum prædictarum conditionum alicui Monasterio, vel alicui loco pio, tunc certè conditio intelligitur esse defecta, & ideo restitutio deberet fieri illi Monasterio, vel alii pio loco, secundum disponentis voluntatem.

Eandem conclusionem probat text. in *Authent. nisi rogati, Cod. ad Trebell.* & in *cap. in præsentia, de probat.* & utrobique docent communiter Doctores; hæc jura non procedere in foro conscientie arbitratur *Alciat. cons. 53. numer. 6. lib. 6.* sed erat, quia est approbata in utroque jure Civili, & Canonico, & fundatur in præsumpta voluntate disponentis, qui si cogitasset personam honoratam rogatam, religionem, vel venerabilem locum ingressuram, non apposuisset conditionem illam de restituendo, si nuptias non contraxisset, vel liberos non habuisset, ut docet *Paul. in dict. Authent. nisi rogati*, ubi *Corn. & alii, Alexand. cons. 121. num. 12. vers. præterea, lib. 2. Covarr. lib. 1. variar. cap. 19. numer. 11. Molina Theolog. 1. tom. de just. & jur. disput. 190. vers. quando quis, si ve descendens.*

Rursus, quia non est credendum, quod jus Canonicum approbet juris civilis constitutionem in *d. §. sed & hoc præsentia*, si esset inducta contra conscientiam, ex text. in *cap. ultim. de præscript. Rubeus cons. 69. numer. 4. Franc. Mantica de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 1. tit. 7. numer. 2.* & utroque jure receptum esse testantur *Sfortia Oddus de compendiosa substitut. 6. part. art. 6. dub. 2. & Peregrin. de fideicomiss. art. 28. n. 58.*

Plures declarationes ad hanc regul. prosequuntur *Mantica d. titul. 7. Molina d. disput. 190. Peregrin. d. art. 28. à n. 59.* Illud tamen obiter est advertendum, quod licet valeat argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, ex *L. quoniam novella, Codic. de inoffic. testament. & ibi Bald. column. fin. Gomes. L. 29. Taur. numer. 14.* tamen si testator mandet bona sua distribui in virgines maritandas, non poterunt executores ea erogare in virgines ingredients monasterium, quia non possunt excedere formam mandati, quæ diligenter observanda est, *L. diligenter, ff. mandati cap. cui de non Sacerdotali de præbend. lib. 6. Matienço in L. 14. titul. 4. gloss. 1. numer. 14. lib. 5. quicquid aliud teneat Paris. cons.*

conf. 26. numer. 36. lib. 4. Item & quia
 9 maritare virgines est causa pia, quæ non
 potest excludi per aliud opus pium ex
 eodem §. *sed & hoc præfenti ad finem, &*
in d. Authent. nisi rogati, & in cap. con-
tingit, de religiof. dominus, & ita tenent
Bald. in eadem Authent. nisi rogati, num.
11. vers. quæro nunquid monasterium,
Felin. in d. cap. in præfentia, num. 93. de
probation. Guilhelm. Benedict. in capit.
Raynuntius, verbo, qui cum alia contra-
bens, num. 31. & 32. Loazes in repeti-
tion. L. filius familias, §. divi, num. 139.
ff. de legatis 1. Franc. Mantica lib. 8. de
conjectur. ultimar. voluntat. tit. 5. n. 22.
Gaspar. de Baeça de non meliorand. do-
tibus filiar. cap. 14. n. 9. eleganter con-
firmat Joan. Gutierr. conf. 26. num. 13.
 10 & 14. quod tamen habet duas sublimi-
 tationes, alteram ponit *Nata. conf. 296.*
num. 2. & 3. & Mantica d. num. 22. al-
 5 teram ponit *Bald. Novel. de dote, 6. part.*
privileg. 77.

11 Non solum iste text. in d. §. *sed &*
hoc præfenti, loquitur in persona hono-
 rata ingrediente religionem, sed etiam
 in eo qui factus est Clericus, sed non
 sufficit esse Clericum manentem in sæ-
 culo, sed ultra requiritur, quod sit Cle-
 ricus, & se & sua dedisset Ecclesiæ, & re-
 lictum expendatur in pias causas, & ita
 tenet *gloss. verbo, Clerici, quam sequun-*
 6 tur *Bart. num. 5. & Angel. num. 33. vers.*
item quæro, idem tenet gloss. fin. in dicto
cap. in præfentia, & quamvis Abb. in eo-
 dem text. num. 43. ponat duos intelle-
 ctus, primum de sæculari Clerico, ut
 duobus intervenientibus evanescat sub-
 stitutio, nempe remanendo semper in
 Ecclesia, & expendendo relictum in
 causas pias, alterum de ingrediente mo-
 nasterium, ut ibi fiat Monachus, & Cle-
 ricus, & sic sit sensus, quod sive ingre-
 diatur, ut sit conversus monasterii, vel
 ut sit Monachus, & Clericus, semper
 evanescat substitutio, ex quo in Ecclesia
 est permanens, & bona expenduntur
 in causas pias, & dicat quod iste intelle-
 ctus videtur placere ibi *glossæ, & satis*
 7 *ibi placet, tanquam magis consenta-*

neus literæ, ad quid enim ponderaret,
 ut perpetuo maneret in Ecclesia, si effi-
 ceretur Clericus sæcularis? Nihilominus
 tamen primus intellectus est commu-
 niter receptus, quem etiam tenent ibi
Anton. numer. 62. collectar. & Anchar.
latissimè Boer. dec. 354. Ruin. conf. 153.
lib. 3. Decius conf. 759. num. 5. versic. &
stante, & num. 6. versic. præterea, quod
dicitur de Clerico, Gualdens. de arte te-
standi, titulo de substitut. cautel. 18. n. 5.
 & est magis communis ex *Decio in d.*
cap. in præfentia, num. 58. vide Beroum
conf. 107. n. 30. lib. 2. Benedict. Ægid.
L. Titia si non nupserit, 1. part. n. 45. ff.
de condit. & demonstr.

12 Hæc tamen non procedunt in Cle-
 rico in minoribus, ex *Petr. & Cyn. in d.*
Authent. nisi rogati, Ruin. d. conf. 153.
num. 3. Mantica de conjectur. ultimar.
voluntat. lib. 11. titul. 7. num. 22. ad fin.
 & facit, quia Clericus in minoribus ea-
 rens beneficio, solum in duobus utitur
 privilegio Clericali, fori, & Canonis, si-
 ve sit conjugatus, sive solutus, ut sæpe
 diximus ex *cap. unic. de Clericis conju-*
gat. lib. 6. & ex Concilio in illo decreto,
 quamvis observet ejus requisita, unde
 infertur, quod jam hodie stante Concil.
 non procedit *consil. Alciat. responso 90.*
lib. 9.

ALLEGATIO LIII.

An appellatio interposita de remissione
 Clerici ad ordines, ad judicem Ec-
 clesiasticum pertineat, ad judicemve
 Regiæ Coronæ, an ad Auditores cri-
 minales.

SUMMARIUM.

1 Agitur de Ordin. Lusitan. lib. 2. tit. 1.
 2 §. 6. in antiq. & §. 28. in novis.
 3 Cognitio appellationis à sēntentia lata
 4 super remissione ad ordines pertinet ad
 5 judices Regiæ Coronæ, non ad Audito-
 6 res.
 7 Refertur casus contingentia.

4. *A sententiis latis in materia incompetentiæ, de jure communi appellatur, & de jure Lusitano expeditur per gravamen.*

5. *In causa remissionis ad ordines non expeditur per gravamen, sed per appellationem.*

1. **A** Pud Lusitanos est *Ord. tam antiqua lib. 2. titul. 1. §. 16. quàm nova, in §. 28. ubi ita habetur: E da sentença que quaesquer pessoas, que jurisdição de nós tiverem, ou os Juizes, ou Ouvidores, e Corregedores á cerca da dita remissão derem, posto que no caso porque são remetidos tenhaõ de nós alçada, sempre se appellara para nós, e nossos Desembargadores, a que o conhecimento de taes feitos pertencer, e a sentença que por elles for dada, se cumprirá, e dará á execução: & est alia *Ord. eodem titul. 1. §. 15. in novis, ubi ita cavetur: E havendo dúvida entre os Julgadores Ecclesiasticos, e seculares sobre a qual delles pertence a jurisdicção, os Juizes de nossos feitos são competentes para conhecer se a jurisdicção pertence ás nossas justiças, e a determinação do tal caso, sendo o agravante deigo, in quo reprobatur opinio Innocentii in cap. Ceterum de jud. & Nicol. de Milis in suo repert. verbo, iudex Ecclesiasticus semper est competens.**

2. Et per istas *Ord.* videtur, quod cognitio appellationis interpositæ à sententia super remissione provocantis ad ordines, pertinet ad Judices Regiæ Coronæ, & non ad auditores causarum criminalium, quia non agitur de meritis criminis ad punitionem, sed de remissione faciendâ, vel denegandâ, quæ cognitio tangit jurisdictionem Regiam, & de ejus præjudicio, & ideo pertinet ad Judicem Regiæ Coronæ, & ita observatur in Curia Portugallensi: nam cum accidisset casus in persona cujusdam Joannis Baptistæ Clerici in minoribus, qui percusserat quendam Hieronymum Pirez, vulnerando eum, & alia faciendo, querelam dedit coram iudice sæculari urbis Portugallensis (de cujus territorio

ambo erant) & facta summaria attestatione delicti, pronuntiatus fuit ad capturam: fuit captus per ministros sæculares sine habitu, & tonsura Clericali, postea provocabat ad ordines faciendo suam exceptionem, quam ego cum advocatus essem accusatoris, impugnavi faciendo articulos contrarietatis, quod inventus, & captus fuerat sine habitu, & tonsura, & de iis requisitis non fecerat scriba mentionem in elogio capturæ, & ideo non competebat ei remissio ad iudicium Ecclesiasticum, juxta Ordinationes Regias, & formam Concilii: Judex tamen eum pronuntiavit remittendum, & appellatione proposita, acta distributa sunt auditoribus causarum criminalium, qui sententiam remissionis à iudice latam approbaverunt: in transitu per Cancellariam Cancellarius glossam fecit de incompetentiâ auditorum; cognitum fuit de glossa per Senatores, & annullata sententia auditorum; causæ cognitio remissa fuit ad Judicem Coronæ Regiæ, qui sententiam Judicis revocavit, & pronuntiavit in Senatu non esse remittendum, quia non incedebat in habitu, & tonsura Clericali, quando fuit captus, nec observabat requisita Concilii; & idem iudicatum fuit in alio processu, qui venit à Civitate Mirandensi per appellationem, & in eo etiam patrocinium præstiti, & de ea causa cognitum fuit in iudicio Regiæ Coronæ, & denegata remissio ex defectu probationis requisitorum.

3. Et addo, quod in terminis juris communis à sententiis latis in materia incompetentiæ, sive iudex se pronuntiet competentem, vel incompetentem, locus erat appellationi; de jure tamen Regio expeditur per gravamen, & non per appellationem, ex *L. 7. §. 6. & §. 21. tit. 1. part. 3. Extravagant. & in nova Ordin. lib. 3. titul. 20 §. 9. ubi: Porém no caso da incompetencia do Juiz, ora recebe a excepção, ora não, ou se julgue por competente, ou não, poder do as partes agravadas por petição, ou por instrumento, posto que a causa corra na alçada do Juiz. Do-*
cent

cent. *Gama dec.* 159. *Alvar. Valasc. consultat.* 47. n. 5. in 1. part. *Cabed. dec.* 156. 1. part. tamen in causa remissionis provocantis ad ordines, non expedietur provocatio à Judice, qui super ea judicavit per gravamen, sed per appellationem, licet insimul involvat competentiam, vel incompetetiam jurisdictionis sæcularis, & Ecclesiasticæ, ex *Ordinat. allegata*, lib. 2. titul. 1. §. 16. in antiquis, & §. 28. in novis, ad quod est advertendum ne in terminis æquivoces.

ALLEGATIO LIV.

An percutiens Clericum incurrat excommunicationem Canonis, & quando.

SUMMARIUM.

- 1 Clericum percutiens, in eumve manus violentas injiciens, incurrit excommunicationem Canonis.
- 2 In quo etiam venit percutiens Clericum primæ tonsuræ.
- 3 Ampliatur in casu, quo Clericus se ipsum percuti patiatur.
- 4 Ampliatur in casu, quo Clericus se ipsum percutiat.
- Ibid. Limitatur, nisi se percutiat ob devotionem, vel ob mortem parentum, vel amicorum.
- 5 In eandem censuram incurrit, qui ita persequitur Clericum, ut ipsum faciat cadere, & offendi.
- 6 Quod dicitur de Clerico primæ tonsuræ, vel minorum ordinum intelligitur quando observat requisita Concil.
- 7 Excipiuntur primæ tonsuræ, qui se invicem percutiunt, nec sunt doli capaces; secus si sunt doli capaces.
- 8 Excipitur, quando percutio facta est causa correctionis per patrem, magistrum, consanguineum.
- 9 Excipitur percutiens uxorem Clerici.
- 10 Alii casus, in quibus excommunicatio Canonis non incurritur, remissivè.

Clericum percutiens, in eumve manus violentas injiciens incurrit excommunicationem Canonis, de quo in *cap. si quis suadente* 17. *quest.* 4. in quo etiam comprehenditur percutiens Clericum primæ tonsuræ initiatum, vel in minoribus ordinibus constitutum, ex *gloss.* 2. *ibi, Ancharr. in cap. unic. de Cleric. conjugat. lib. 6. Sylvester in summa, verb. excommunicatio* 6. num. 3. *Armilla aurea, verbo, excommunicatio prim. n. 8. Gregor. Lopes in L. 1. verbo, Clerigos, titul. 18. part. 1. Dueñ. regrul. 99. ampliatur* 2. *Ful. Clar. in pract. criminal. §. ultim. quest. 77. num. 4. Jacob. à Graff. lib. 3. 2. part. cap. 5. num. 38. Soares disput. 22. num. 26. in 5. tom. de censur. Tyber. Dec. lib. 6. 2. tom. crimin. cap. 17. n. 6. & 7. & de hac excommunicatione agunt Constitution. Synodal. nempe Ulissiponens. titul. 22. constit. 1. §. E bem assim qualquer pessoa, Bracharens. titul. 22. const. 1. §. 2. Visens. titul. 16. constit. 1. §. 1. Ebovens. titul. 22. constit. 1. Lamacens. titul. 26. constit. 1. §. E bem assim Mirandens. titul. 23. constit. 1. §. 3. Portugall. tit. 27. constit. 1. §. 1. & in Colimbr. titul. 35. constit. 1. agit de sacrilegio contra personas Ecclesiasticas commisso, & non agit in specie de Clericis in minoribus.*

Ampliatur etiam in casu, quo Clericus patiat se percuti, ex *cap. contingit* in 2. *de sentent. excommun. Ludovicus Carrer. in pract. crimin. fol. 92. n. 3. Molina Theolog. 4. tom. tract. 3. disput. 51. num. 3. Item & habet locum in casu, quo Clericus se ipsum percutiat violenter, & sine justa causa, nam & hic incurrit excommunicationem Canonis, ut tenent Joann. Andr. Abb. Felin. & alii in d. cap. contingit, Navarr. in Manuali Latin. cap. 15. numer. 11. Ful. Clar. in pract. crim. §. ult. quest. 77. num. 3. Menoch. de arbitr. casu 287. num. 37. Jacob. de Graff. lib. 2. decision. conscient. cap. 48. num. 20. Frater Ludovic. Lopes in suo instruct. conscient. 1. part. capit. 64. qui limitat in casu, quo ob devotionem, vel ob mortem parentum, vel amicorum sibi*

sibi barbam evellit, vel alapis se cædit: & idem tenent *Emmanuel Roder. in sua summ. cap. 80. vers. La 13. conclusion.* & ante eos *Navarr. d. n. 11.*

- 5 In eandem excommunicationem incurritis, qui ita persequitur Clericum, ut ipsum faciat cadere in ignem, vel aquam, vel ut offendatur in lapide, vel alio modo causato ab illa persecutione, *Armilla aurea d. verbo, excommunicatio 1. numer. 12. & Frater Emman. Roder. dict. cap. 80. vers. La 13. Jacob. de Grass. lib. 3. 2. part. cap. 5. num. 44.* hæc tamen de Clerico in minoribus, vel primæ tonsuræ intelligitur, quoniam ipse Clericus defert habitum, & tonsuram. & additus alicui ex locis designatis à Concilio de mandato, vel de licentia Episcopi, quod ita tenent *Emman. Roder. dict. cap. 80. vers. La 17. conclus. Soar. d. disput. 22. numer. 6.* Quicquid aliter intelligat *Jacob. de Grass. d. cap. 5. num. 5. & cap. 35. num. 33.* Alios casus, in quibus ea excommunicatio Canonis incurritur, vide per *Tyber. Decian. 2. tom. lib. 6. cap. 19. Bajard. ad Ful. Clar. in pract. crim. §. ult. quest. 77.* quos vide.

- 7 Excipio pueros primæ tonsuræ, qui se invicem percutiunt, nec sunt doli capaces, secus si doli capaces sunt; & ita distinguunt *Dom. de Soto in quarto distinct. 22. quest. 1. art. 2. Navarr. in Manuali, cap. 27. num. 79. Emman. Roder. d. cap. 80. vers. La decima, Jacob. de Grass. d. cap. 48. numer. 8. Molina Theolog. 4. tom. tract. 3. disput. 51. num. 8.* Addo alium casum, quando illa percussio facta fuit causa correctionis per magistrum, vel per patrem, aut per consanguineum, de quo vide text. in *cap. cum voluntate, de sentent. excommun. gloss. ad L. unicam, Cod. de emend. propinq. Sylvest. d. verbo, excommunicatio 6. num. 6. Jacob. à Grass. d. cap. 48. num. 35. 36 & 37. Frat. Emman. Roder. d. cap. 80. vers. La nova, vide tamen Tyber. Decian. 2. tom. lib. 6. cap. 34. num. 18. Molina loco citato numer. 7.*
- 9 Item percutiens uxorem Clerici non incurrit; quia in ea non habet locum decisio *Can. ex Joann. Andr. & Dom. d. cap.*

unic. Imol. cap. 2. de foro compet. Afflict. lib. 1. const. rubr. 3. numer. 21. Tyber. Dec. d. cap. 17. numer. 7. & est omnium sententia ex *Tiraquel. ad leges connubial. gl. 2. num. 61. Sanchez lib. 7. de impedim. disp. 47. num. 1.* Sunt & alii casus, in quibus ea excommunicatio non incurritur, de quibus per *Tyber. dict. cap. 33. & Farin. lib. 1. quest. 8. d. num. 116. Jacob. à Grass. d. cap. 5. à numer. 39 Parl. de diff. quot. diff. 9. §. 4. numer. 1.* & sic offensio facta Clerico bigamo, qui per bigamiam factus est privatus privilegio Clericali, non causat excommunicationem, *cap. unic. de bigam. lib. 6. Tyber. Decian. lib. 4. tom. 1. cap. 9. à numer. 131. Molina dict. loco, disp. 55. n. 8.*

ALLEGATIO LV.

An Clerici possint laicos, qui sibi injurias fecerunt, accusare coram iudice Ecclesiastico; & an idem competat Clericis in minoribus.

SUMMARIUM.

- 1 *Agitur de Ordin. Lusitan. lib. 2. tit. 9. §. 3. in novis.*
- 2 *Deducta fuit à concordata no apontamento 18.*
- 3 *Ex persona injuriati non mutatur forum regulariter.*
- 4 *Quod Ord. addit de injuria verbali, est contra jus commune.*
- 5 *Quando iudex secularis per viam inquisitionis procedit, & in ea sunt culpatores laici, cognitio pertinet ad iudicem secularem privativè.*
- 6 *Ord. se fundat in præventionem, & quod inducitur per inquisitionem, cum soleat induci per citationem verbalem, vel realem accusati.*
- 7 *Item inducetur per assumptionem informationum.*
- 8 *Si iudex Ecclesiasticus prævenit, cognoscet etiam contra laicos.*
- 9 *Si in secunda inquisitione addatur aliqua qualitas gravior, non impiedietur pro-*

processus secundi iudicis.

10 Facta accusatione coram aliquo ex dictis iudicibus, non poterit Clericus variare.

11 Limitatur, quando iudex secularis procedit ad pœnas temporales, & iudex Ecclesiasticus ad spirituales.

12 An Ord. procedat in Clerico in minoribus soluto, vel conjugato observante decreta Concilii, & n. 13.

14 Canonis privilegium respicit pœnas spirituales, & privilegium fori respicit iudicem Ecclesiasticum.

Ibid. Competit passivè non activè.

Ibid. Injuria verbalis facta Clerico si non habet aliam qualitatem, debet prosequi in forma Ord. Lusitan.

IN nova Ordinac. lib. 2. tit. 9. §. 3. ita habetur: E sendo algum Clerigo de ordens sacras, Religioso, ou Beneficiado, ferido, espancado, ou injuriado, inda que seja verbalmente por alguma pessoa leiga, poderse ha queixar, & demandar sua injuria, emenda, & satisfacão perante o Juiz Ecclesiastico, ou secular, qual mais quizer, & tanto que perante hum delles requerer, não poderá variar, nem tornar a requerer perante o outro; porém sendo o tal caso tal, de que conforme a nossas Ordenaçoes, as nossas justiças tirem devaçã, & nella sejaõ culpadas algumas pessoas leigas, livrar-se-hão perante nossas justiças, ante as quaes as ditas pessoas Ecclesiasticas poderão requerer seu direito, & não perante as justiças Ecclesiasticas, por quanto a jurisdicão he já preventa no secular; & quanto ao sacrilegio, & excommunhaõ no caso em que se nelle encorreo, se procederá no juizo Ecclesiastico.

2 Hæc Ord. deducta fuit à concordata no apontamento 18. in ea plures casus deciduntur: primus, in quo permittitur Clericis in sacris, Religiosis, Beneficiatis, accusare posse eos, qui sibi injuriam fecerunt facto, vel verbo, coram iudice seculari, vel Ecclesiastico, quia est mixti fori, & probatur in *Authent. item nulla*, Cod. de Episcopis, & Clericis, ibi: Et

requisiti ab Ecclesia, vel imperio emendare contempserint, & ibi gloss. verbo, ab Ecclesia, dicit quod ratione delicti erit laicus de foro Ecclesiæ, & esse notandum, & eam dicit Alber. esse valde notabilem, quod ratione offensæ illatæ in personam, vel in res Ecclesiasticas, efficitur de foro Ecclesiæ, ut ibi, & in *Authent. Statuimus*, Cod. eodem titul. & in *cap. olim de injuriis*, & esse speciale favore Ecclesiæ, quia aliàs ex persona injuriati non mutat quis forum: idem probatur in *cap. cum sit generale*, de foro compet. Guid. dec. 562. *Aufrer. de potestate seculari super Eccles. reg. 4. fallent. 26. Bart. num. 14. & Joann. Baptista col. 13. in L. 1. Cod. de summa Trin. & fide Cathol. Rebuff. in tractatu, in quibus causis seculares cognoscere possint de Ecclesiast. num. 43. & de except. num. 239. Ful. Clar. in pract. crimin. §. ult. quæst. 36. num. 47. Farin. lib. 1. quæst. 8. num. 153. Azeved. in L. 4. num. 4. titul. 1. lib. 4. novæ collect. Parlador. de different. quotidian. different. 9. §. 2. num. 1. Cæterum quod Ordinac. addit de injuria verbali, est contra jus commune, quia ex tali injuria non committitur sacrilegium, ex *Sylvest. verb. sacrilegium in finalibus verbis*, ubi sic intelligit text. in *L. si quis in hoc genus*, Cod. de Episcop. & Cleric. Peres ad *L. Ordinament. in L. 1. titul. 3. lib. 1. col. 115. quem citat Azeved. in L. 2. num. 10. tit. 1. lib. 1. novæ collect.**

Secundus casus est, quod quando processit iudex secularis per viam inquisitionis, quod vocatur vulgariter per devaçã, quia sic casus exigebat, & erat de iis, in quibus locus erat tali inquisitioni, & in ea sunt culpati aliqui laici, cognitio pertinet ad iudicem secularem privativè, quia præventa est jurisdicção: in quo notanda sunt duo: primum quod Ordin. se fundat in præventionem: secundum, quod ea præventio inducitur per inquisitionem prius factam cum aliàs soleat induci per citationem verbalem, vel realem accusati, ut notatur in *L. cum quedam puella ff. de jurisdic. omni. judic. Bart. in L. 3. ff. de custod.*

- reor. *Berlach. in repertorio, verb. præventio, Tyber. Decian. 1. tom. lib. 4. cap. 20. & 21. Farin. lib. 1. quest. 7. à num. 51. Ful. Clar. in pract. crim. §. ult. q. 38. Cabed. dec. 142. 1. part.*
- 7 Adde, quod non solum inducitur præventio per inquisitionem jam factam, in quo laici jam sunt culpato, sed etiam quando incepit assumere informationes iudex secularis, nam & ex hoc actu inducitur præventio, ex *L. 1. §. non semper, ff. de appellat. Marian. in cap. pen. num. 16. de foro compet. Tyber. Decian. d. cap. 21. num. 2.* Cæterum, cum ea Ord.
- 8 fundetur in præventionem, sequitur, quod si iudex Ecclesiasticus prævenit, cognoscet de delicto etiam contra laicos culpato in ea offensa facta Clerico, ex *Ordinat. lib. 2. tit. 9. in fin.* ubi in criminibus mixti fori, jubet esse locum præventioni. Rursus, quod licet alter ex illis iudicibus præveniat inquirendo, si tamen in secunda inquisitione addatur aliqua qualitas gravior, non impiedetur processus secundi iudicis, ut exemplificat *Boss. de delict. tit. de foro compet. num. 102. per L. 2. §. ultim. & seq. ff. de adult. & Farin. d. q. 7. num. ult.*
- 9 Ultimo, quod Ordinatio disponit, quod facta accusatione coram aliquo ex dictis iudicibus, vel laico, vel Ecclesiastico, non poterit Clericus variare, nec accusare coram altero; quod etiam fervari attestatur *Guido decis. 562. & Papa lib. 4. tit. 4. ar. 6. & quamvis Ful. Clar. in d. quest. 36. num. 47.* teneat sibi placere, quod uterque iudex procedat, & uterque condemnet, ut in facti contingentia se observasse testatur *Amadeus de syndicatorum numer. 171.* tamen admittenda est ejus opinio in exemplo posito, quando iudex secularis procedit ad pœnas temporales, & iudex Ecclesiasticus ad pœnas spirituales, quia una non tollit aliam, quod admittit *Ordin. in d. §. 3. ad fin.* & extra illos terminos non practicabitur opinio *Ful. Clar. ubi supra.*
- 12 Licet autem Ordinatio loquatur in Clericis in sacris, vel Religiosis, & in illis Clericis, qui habent beneficium, dubium

est an etiam procedat in injuriis, & offensis factis Clericis in minoribus, sive solutis, sive conjugatis, qui observant decret. Concil. & ratio dubitandi est; quia sunt capaces sacrilegii passivi commissi in eos, & fori Clericalis; sed non aude-rem hoc affirmare, quia ea Ordinatio deducta do apontamento 18. loquitur specialiter in Clericis sacrorum ordinum, Religiosis, & Beneficiatis, & non loquitur in Clericis in minoribus, & non est extendenda ultra terminos suos cum præjudicio jurisdictionis Regiæ, argumento *L. si servum §. prætor ait, ff. de acquirend. heredit. & L. unic. §. sin autem ad deficientis, Cod. de caduc. tollend. L. cum prætor, ff. de judic.* & non obstat habere privilegium Canonis, & fori, quia Canonis privilegium respicit pœnas spirituales infligendas percutienti, & privilegium fori respicit iudicium Ecclesiasticum, in quo conveniendi sunt ad pœnas temporales solvendas parti offensæ, & sic competit passivè, & non activè, unde infero, quod si injuria verbalis fuerit talibus Clericis facta, si non habeant aliam qualitatem nobilitatis, eam si velint persequi, agent in forma *Ord. lib. 1. tit. 65. §. 25.*

ALLEGATIO LVI.

De consuetudine reprobata per Concilium, & de privilegiis in contrarium sublatis.

SUMMARIUM.

- 1 In ultima parte decreti Trident. sess. 23. cap. 6. reprobatur consuetudo in contrarium.
- 2 Non solum reprobatur consuetudo ordinaria, sed etiam immemorabilis.
- Ibid. Ante Concilium valebat consuetudo, quod Clerici possent uti privilegio, licet in habitu, & tonsura non incederent.
- 3 Consuetudo parem vim habet cum lege.
- 4 Fecit licitum quod aliàs non erat.

Non

- 5 Non valet consuetudo, ut bigami utantur privilegio Clericali.
- 6 Reprobata est consuetudo immemorabilis, ut fecit in aliis decretis.
- 7 Per legem tollentem consuetudinem non censetur sublata immemorabilis, nisi exprimat.
- 8 Consuetudo immemorabilis habet vim constituti.
- 9 Habet tempus infinitum.
- 10 Non interrumpitur.
- 11 Intelligitur reprobata consuetudo tam quæ vigeat tempore Concilii, quam futura.
- 12 Consuetudo futura contra Canonem procedere nequit.
- 13 Valebit consuetudo, quod possint uti pretiosis vestibus.
- 14 Quales vestes esse possint, potest interpretari consuetudo.
- 15 Interpretatio legum, testamentorum, privilegiorum, & reliquarum dispositionum à consuetudine sumitur.
- 16 Item reprobavit Concilium privilegium, quod fuit necessarium quia aliàs non censetur derogatum.
- 17 Saltem quando privilegium est extraordinarium, & non clausum in corpore juris.
- 18 Causa dispositionis Concilii fuit effrenata multitudo Clericorum.
- 19 Non valet consuetudo, quæ præbet occasionem delinquendi.

ANte concilium Tridentin. valebat consuetudo, quod Clerici possent uti privilegio Clericali, licet in habitu, & tonsura non incederent, ut tenent Innocent. Joann. Andr. Anan. ad fin. in cap. 1. de apostat. Anton. num. 11. Abb. ad finem Imol. num. 12. in cap. Joannes, de Cler. conjugat. Fulgos. conf. 124. Rochus de Curte de consuetudine, sect. 6. num. 11. Peres ad L. 17. titul. 3. l. 1. Ordinam. col. 141. Burgos de Paz conf. 21. num. 6. facit, quia consuetudo parem vim habet cum lege, L. de quibus, ff. de legibus, §. ex non scripto, institut. de jure natural. & civil. Guido singular. 803. Petrus Roysius dec. Lituanica 3. n. 406.

& facit licitum, quod aliàs est illicitum, Bartol. in L. quis sit fugitivus, §. apud Labeonem, ff. de edil. edict. Roland. conf. 58. num. 19. lib. 4. Joseph. Ludov. decis. 62. Perusina num. 14. Seraphin. de privilegiis jurament. privileg. 83. num. 56. Joann. Gutierrez pract. lib. 3. quest. 29. num. 22. & ideo oportuit Concil. Trid. prædictam consuetudinem reprobasse, sicut reprobavit, ne Clerici in minoribus, vel primæ tonsuræ privilegio Clericali utantur, nisi observent ea requisita, quæ ponit Concilium in eodem decreto: sicut etiam Pontifex fecit constitutionem cap. unic. de bigam. lib. 6. reprobando consuetudinem ad effectum, ne valeret consuetudo, quod iis, qui bigamiam contraxissent, possent uti privilegiis Clericalibus.

Reprobavit etiam consuetudinem immemorabilem, ut fecit in aliis decretis, disponendo, & reprobando consuetudinem etiam immemorabilem, ut quilibet legendo videre potest; quod ita fuit necessarium, quia nunquam per legem generalem excludentem consuetudinem, censetur excludi immemorabilis, nisi eam expresse reprobet gloss. Authent. verbo, præscriptio, collat. 6. Boer. dec. 39. numer. 12. Avend. in L. 41. Taur. gloss. 1. numer. 6. & L. 6. gloss. 11. numer. 9. Joann. Gutierrez practicar. lib. 3. quest. 76. Hieronym. Cavall. de cõmunibus contra communes, quest. 704. num. 8. Christophor. Paz ad L. 238. Styli schol. 1. numer. 4. quicquid aliud teneat idem Joann. Gutierrez eodem lib. 3. quest. 31. numer. 4. quoniam ea immemorabilis consuetudo habet vim constituti: ex L. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æstiva, ibi: Ductus aquæ, cujus origo memoriam excesserit jure constituti loco habetur, cap. præterea, §. super quibusdam de verbor. signific. Nata conf. 154. num. 6. lib. 2. Joseph. Ludov. dec. 107. Perus. n. 36. latè Joann. Gutierrez pract. lib. 3. q. 14. à num. 21. & quest. 17. à num. 289. Camil. Borrel. conf. 3. à n. 21. Centuria 1.

Item habet tempus infinitum. Olrad. conf. 254. num. 18. Joann. Gutierrez.

dicta quest. 17. a numer. 290. Avend. dict. gloss. 1. numer. 11. Molin. Theolog. de justitia, & jure, 1. tom. disput. 76. nec
 10 talis præscriptio interrumpitur per citationem, ex Oldrad. d. cons. 254. numer. 18. Corn. cons. 22. numer. 5. lib. 1. Paris. cons. 27. numer. 84. lib. 1. Molin. Hispanus lib. 2. de primogen. cap. 6. num. 47. ubi citat text. in L. si arbiter, ff. de probat. ibi: Sed cum omnium hæc est opinio, nec audivisse, nec vidisse, cum id opus fieret, nec ex his audivisse, qui vidissent, aut audivissent, & hoc infinite, similiter sursum, versum accideret, tum memoriam operis facti non extare, idem Gutierrez. dict. quest. 17. num. 290.

11 In reprobatione talis consuetudinis censetur intellexisse non solum de consuetudine, quæ vigeat tempore Concilii, sed etiam de ea, quæ posset supervenire, argumento L. si servitus, ff. de servitut. urban. prædior. Bart. in L. omnes, quest. 5. principal. ff. de justit. & jure, Alexand. cons. 195. lib. 3. Rochus de Curte, de consuetudin. section. 3. à num. 45. Burgos de Paz ad L. 1. numer. 464. Orosio. in d. L. de quibus, num. 156. ff. de legibus: sed contrariam opinionem, quod non reprobata censetur consuetudo futura, tenuit gloss. Clement. statuimus, verb. consuetudine, de elect. quam ibi sequuntur Doctores, & alii plures citati per Tirraquel. de retractu lignag. in præfatione, num. 17. sed communiter reprobat per Orosio. in d. L. de quibus, num. 156. & Joann. Gutierrez d. quest. 31. num. 3. licet teneat primam, & magis in terminis, quod consuetudo futura adversus canonem procedere nequit, vel contra legem, quia ipsa consuetudo simpliciter reprobat, tenent Abb. in cap. 2. de probat. numer. 7. Domin. & Franc. cap. 1. de constit. lib. 6. communis secundum Covarr. lib. 3. variar. cap. 13. num. 4. vers. secunda conclusio, Joann. Gutierrez dict. quest. 31. numer. 4. & ideo in terminis Concilii censetur reprobata consuetudo etiam futura, ut non possint Clerici primæ tonsuræ, vel in minoribus Clericali privilegio uti Canonis, & fori, si non

observent requisita Concilii, licet velint probare consuetudinem post Concilium in contrarium introductam, quod possint tali privilegio uti, licet ea requisita non observent.

Valebit tamen consuetudo, quod possint uti vestibus pretiosis gl. in cap. si quis virorum 30. distinct. & in summa 21. quest. 4. Hostiens. in summa, de vita, & honestat. Clericorum, §. & in quibus, vers. item consistit in habitu, Petr. Raven. de consuetud. sect. ult. ad fin. Covarr. pract. cap. 31. num. 7. vers. quarto Burgos de Paz cons. 22. num. 4. Paojan. lib. 2. de probat. cap. 34. num. 38. quia hoc non est contra decretum Concilii, sed præter, nec enim Concilium defendit qualitatem vestium, sed tantum jubet deferre vestes Clericales, & quales sint, vel esse possint, potest interpretari consuetudo, inquit enim Quesada diversarum quest. cap. 20. numer. 1. plures sunt consuetudines, inter quas altera est derogativa, seu abrogativa legis, altera declarativa, seu interpretativa, derogativam sustulit Concilium, non autem sustulit declarativam, seu interpretativam circa qualitatem vestium, & hæc semper admittitur, L. cum de lanionis, §. cavas, ff. de fund. instruct. L. si de interpretatione, ff. de legibus, L. semper ff. de regul. jur. & ideo, inquit Innocent. in cap. olim, de verborum signific. legum, testamentorum, privilegiorum, reliquarumque dispositionum interpretatio à consuetudine sumitur, etiam contra propriam verborum significationem, sequuntur Abb. in cap. certificari de sepulturis, Berous cons. 91. num. 10. lib. 3. Aymon, cons. 158. numer. 2. lib. 3. cumulat plures Gallin. de verbor. signific. lib. 10. cap. 35. à num. 3. Joann. Gutierrez. pract. quest. lib. 3. quest. 61. à n. 26. Camil. Borrel. cons. 3. n. 16.

Reprobavit item Concilium privilegium, quod fuit necessarium, quoniam per legem generalem non censetur, privilegium specialiter in ea materia aliquibus concessum, sublatum etiam si tale privilegium ex diametro tali legi ad-

adversetur, L. 1. §. si qua, Cod. de Justinian. Codice confirmat. & ita notat Paul. ibi num. 5. gloss. 1. Bart. & Platean. 1. in L. 3. Codic. de silentiar. lib. 12. idem Platea in L. privatae num. 3. Cod. de excusat. munerum, lib. 10. Matifilan. sing. 59. saltem quando privilegium est extraordinarium, & non clausum in corpore juris, ex d. L. unic. §. si qua verò, & ideo oportet adhibere clausulam derogatoriam, non obstantibus privilegiis, cap. Alma mater, de sentent. excommunicationis lib. 6. Clem. dudum ad fin. de sepulturis, docet Barbof. in L. 1. ff. soluto matrimon. 1. part. num. 5. & numer. 11. & causa dispositionis Concilii fuit multitudo Clericorum, quia accipiebant primam tonsuram, & minores ordines, & ideo ansam sumebant effugere iudicium saeculare, nec poenas suis delictis commensuratas recipiebant, repugnante publica utilitate, quae consistit in puniendis criminibus pro modo culpae, L. ita vulneratus, ff. ad L. Aquil. cap. ut fama, de sentent. excommunicationis, Bart. in L. praetor, §. exercitus, ff. de iis, qui notantur infamia, Simanc. de Catholic. institut. titul. 46. numer. 4. Farin. lib. 1. quest. 17. numer. 9. & ideo non valet consuetudo, quae praebet occasionem delinquendi, licet illa sit immemorialis, Authent. ut nulli iudicium, §. 1. & ibi notat Angel. collat. 9. cap. fin. de consuetudin. Cardin. in Clement. in plerisque, §. ult. ante numer. 1. de elect. Berous cons. 62. num. 8. lib. 3. Ruin. cons. 154. num. 11. & cons. 155. n. 12. lib. 4.

ALLEGATIO LVII.

An filiusfamilias possit esse fidejussor, & qualiter conveniatur, & de cautela.

SUMMARIUM.

- 1 Qui potest se obligare, potest fidejussor esse.
- 2 Certae personae excipiuntur, quae non

- possunt esse fidejussores, remissive.
- 3 Filiusfamilias potest esse fidejussor, & obligari tanquam paterfamilias, & num. 3. & 4.
- 5 Non solum potest esse fidejussor pro patre sed & pro extraneis.
- 6 Dum est in patris potestate, potest in solidum conveniri.
- 7 Si conveniatur solutus à patris potestate, exequetur, quatenus facere potest.
- 8 Contra tales fidejussiones filiis non competit exceptio Macedoniani.
- 9 Nisi factae fuerint in fraudem.
- 10 Cautela est, quod emancipetur à patre.
- 11 Licet patre vivente fuerit condemnatus.
- 12 Limitatur nisi filius decoxisset.

Omnis persona, quae se potest obligare alteri in quacumque obligatione licita, potest etiam esse fidejussor. Hanc regulam ponit J. C. in L. 3. ff. de fidejussorib. ibi: Si eum dederit accessionis loco, qui obligari potest, & conveniri. Azo in summa de fidejussorib. n. 4. L. 1. ad fin. titul. 12. part. 5. ad fin. ibi: Y dezimosque puede ser fiador todo hombre, que puede fazer promission para ficar obligado por ella. Gomes. cap. 13. num. 16. in 2. tomo.

Ab hac regula excipiuntur certae personae, quas ponit Azo ubi supra. Hostiens. in summa de fidejussoribus numer. 3. L. 2. d. titul. 12. part. 5. Gomes d. cap. 13. num. 16. 17. & 18. & inter personas exceptas, non invenitur exceptus filiusfamilias, qui potest obligari ex omnibus causis, tanquam paterfamilias, ex L. filiusfamilias 38. ff. de actionib. & obligation. ubi gloss. & Bartol. Alberic. & Angel. L. tam ex contractibus, ff. de iudic. Gomes. 2. tom. cap. 14. numer. 11. Azeved. in L. 2. num. 3. titul. 11. lib. 5. atque ideo sicut filiusfamilias se obligare potest; ita & fidejussor esse potest, cum non reperiat prohibitus.

Et in specie probatur ex L. 3. §. sed si filius, ff. de pecul. & in d. L. 3. L. si dubite.

- bitetur, §. *filius*, ff. de fidejussoribus, & non solum fidem jubere potest in causa patris, ut patet ex dictis legibus, & ex *L. si filiusfamilias*, Codic. de fidejussoribus;
- 5 sed etiam fidejussionem præstare potest in obligatione extranei, ex *d. §. sed si filius*, *L. nulla*, Cod. quod cum eo, ibi: *Nulla res prohibet filiosfamilias, si pro aliis maiores 25. annis fidejusserunt competentem actionem adversus eos teneri*, ubi gloss. Bartol. Bald. Angel. & Salicet. Azo ubi supra numer. 4. gloss. in dict. *L. filius*, Cod. de fidejussoribus, Nicol. Vigel. lib. 21. Method. juris civilis, titul. de fidejussoribus, cap. 1. causa 2. in quarta exceptione, fol. mihi 1316. Bertachim. in repertorio, verbo, *filiusfamilias*, 2. part. fol. 509.
- 6 Et dum fuerit in patris potestate potest in solidum conveniri, & nisi bonis cedat carcerabitur, donec solvat, ut tenent Bart. num. 2. Angel. ad fin. Imol. numer. 7. Paul. numer. 2. in *d. §. filius*, & in *d. L. 3.* ff. de fidejussoribus. & si conveniatur solutus à patria potestate, & factus sui juris, potest exequi quatenus facere potest, non in solidum, ut notant glossa, & Doctores in *d. §. filius* per *L. penult.* ff. quod cum eo, *L. 2.* ff. eodem, Brunus de cessione bonorum, 1. part. num. 2. Gaspar Baega de inope debitorum, cap. 4. n. 21. Vincent. de Franch. dec. 181. num. 5. ubi reddit rationem.
- 8 Nec contra tales fidejussiones filius competit exceptio Macedoniani, ex *L. item si filiusfamilias*, ff. ad Macedon. ibi: *Item si filiusfamilias, fidejusserit: Neratius lib. 1. & 2. responsorum cessare Senatusconsultum, ait idem, & Celsus, libro quarto, & ibi Bartol. inquit: Filiusfamilias fidejubendo obligatur, nisi factum fuerit in fraudem, idem est in constitutione duorum reorum: adde Alber. Bald. Angel. & Salicet. ibi, Petr. Mossius de contractibus, titul. de mutuo, fol. 119. n. 23.*
- 10 Cautela tamen est, quod emancipetur à patre, ut possit uti beneficio, ne conveniatur, nisi quatenus facere potest, ex Bald. & Salicet. in *L. si ex alio*,

Cod. quod cum eo, Capol. cautel. 13. Paulus Parisius cons. 94. à numer. 42. ubi eleganter prosequitur Stracha de mercatura, 3. part. de decoctoribus, numer. 12. & habet ampliationem, licet vivente patre fuisset condemnatus, quia si temporibus executionis reperiatui sui juris factus, potest implorare dictum beneficium, & evitare capturam, *L. filius*, ubi Bart. & alii, ff. quod cum eo, Paris d. cons. 94. n. 46. limitatur, nisi filius decoxisset, Brunus ubi supr. n. fin.

ALLEGATIO LVIII.

An interdictum unde vi detur post annum, & tractantur alia multa utilia.

SUMMARIUM.

- 1 Interdictum annale datur contra dejectorem de iis, quæ ad eum pervenerunt.
- 2 Quando sunt perpetua, & quando annalia.
- 3 Est perpetuum de eo, quod ad eum pervenit.
- 4 Est annale ubi per viam actionis est agendum, non ubi per viam exceptionis.
- 5 Annus ille est utilis, tamen contra illius lapsum datur restitutio eis, qui habent privilegium restitutionis.
- 6 Casus contingentia, in quo ita iudicatum refertur.
- 7 Interdictum unde vi est personale, & afficit personam.
- 8 Datur in subsidium quando spoliator non est solvendo.
- 9 Datur contra tertium remedium cap. sæpè, de restit. spoliat.
- 10 Competit interdictum heredibus, & successoribus spoliati.
- 11 Competit contra heredes, & successores spoliatoris de eo, quod ad eos pervenit.
- 12 Non competit tale interdictum libertis contra patronum, nec liberis contra parentes. Ibid.

- Ibid. *Nisi violentia sit facta armis.*
- Ibid. *An competit vassallis contra dominos filiis spiritualibus contra patres, privignis contra novercam, durante matrimonio.*
- 13 *In causa interdicti moti intra annum proceditur summarie.*
- Ibid. *Datur una dilatio ad probandum.*
- 14 *Quando sit danda dilatio ad probandum extra.*
- 15 *Dilatio non currit, nisi postquam assignata, & intimata fuerit parti.*
- 16 *Exceptio domini non obstat agenti interdicto.*
- Ibid. *Tamen Princeps potest rescribere, ut de utroque simul cognoscatur.*
- 17 *Exceptio spoli ad repellendum actorem agentem de proprietate, debet allegari ante litem contestatam, quia est dilatoria.*
- 18 *A pronuntiatione super exceptione, spoli, ne audiatur spoliator donec restituat, non datur appellatio, nec gravamen, sed tantum in actibus processus.*
- 19 *De gravamine in actibus processus cognoscitur in appellatione a definitiva.*
- 20 *Quod si iudex pronuntiet restitutionem faciendam simpliciter, erit locus appellationi.*
- 21 *Obstat agenti interdicto exceptio excommunicationis.*
- 22 *Restitutio debet fieri in integrum.*
- 23 *Quid si spoliator fuit absolutus.*
- 24 *Qui aliquem spoliavit tenetur poena L. si quis in tantam, Cod. unde vi.*
- 25 *Apud Lusitanos approbata fuit per leges Regias.*
- 26 *Contra agentem de proprietate potest replicari de amissione propter spoli.*
- 27 *Licet facta fuerit restitutio spoli, superest posse agere ad poenam.*
- 28 *Agens petitorio, volens suspendere, & agere possessorio, potest, nec tenetur ad expensas.*
- I**nterdum unde vi est annale contra dejectorem de iis, quae habuit dejectus, ubi est facta dejectio, post annum vero de eo, quod ad eum pervenit

ex L. 1. in princip. ff. de vi armat. ibi: Unde tu illum ut dejecisti, aut familia tua dejecit, de eoque, quod ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, post annum de eo, quod ad eum qui vi dejecit, pervenit, iudicium dabo gl. 1. ex eo text. constituit iudicium dabo de ea possessione restituenda unde vi, & in verbo ibi interpretatur, id est in ipsa possessione, mobilia puta, vel se moventia, & hoc secundario, & non principaliter ex d. L. 1. §. illud, & in verbo annum intelligit, id est utilem, quia currit a die scientiae, quam dejectus habuit de spolio, ex §. annus ejusdem L. 1. & in L. 2. Cod. unde vi, gloss. §. 1. instit. de perpet. temporibus ait Bardus de tempor. utili cap. 8. num. 22. Cabed. dec. 82. numer. 6. Rursus est utile, quia non currit dato impedimento ex parte actoris, vel rei, vel iudicis, Menoch. de recuperanda possessione, remedio 1. numer. 450. & non distinguit, si pervenerit ad eum, vel non, & in verbo ad eum, legit, id est ad te, qui dejecisti; & docent Bart. & Alberic. in d. L. 1. Placentin. in terminis actionum, numer. 64. vers. secundo; eandem conclusionem ponunt gloss. Bald. & Salicet. in dict. L. 2. Bart. L. 1. num. 2. ff. de interdict. ubi dicit, quod quaedam sunt annalia, quaedam perpetua, quae continent meram poenam sunt annalia, sed quae continent rei persecutionem, sunt perpetua.

In eadem L. 1. ff. de interdict. in num. ultim. dicit Alber. ut tractatur de interdictis, quae competunt pro eo, quod abest actori, & reo adest, & tunc sunt perpetua sive habeat originem ex contractu, sive aliunde, ut patet in interdicto unde vi, ut in L. 1. in fin. column. 3. §. haec actio, ff. de vi arm. aut pro eo, quod abest actori, & reo non adest, & tunc sunt annalia, ut ff. de vi armat. dict. L. 1. in princip. & patet apertius, ff. de action. & obligation. L. in honorariis, aut pro eo, quod non abest actori, neque reo adest, & hoc casu nullum interdictum competit, nam nullum interdictum reperitur, quod sit poenale ex parte actoris, & rei, ut in L. in interdictis, in fin. glossae

glossæ magnæ notatur, & ad hos terminos reducendus est *Bartol. num. 3. in d. L. 1. & Rip. num. ult.* adde bonum text. in *L. communi dividundo 7. §. Julianus, ff. de communi dividundo*, ibi: *Julianus scribit: Si alter possessor provocet, alter dicat eum ut possidere, non debere hoc iudicium dari, nec post annum, quidem, quia placuit etiam post annum, in eum, qui ut deiecit, interdictum reddi.*

- 3 Atque ita hæc distinctio adhibetur, quod licet interdictum sit annale, tamen de eo, quod ad spoliatorem pervenit, est perpetuum: & etiam docent *Marant. de ordin. judic. 4. part. distinct. 7. num. 32. Franc. Mart. quest. 409. in 2. part. Menoch. d. remedio 1. n. 453.* in eo autem, quod diximus intra annum esse poenale, procedit ubi viâ actionis sit agendum, non verò ubi per modum exceptionis, quia tunc etiam post annum datur, ex *d. §. Julianus*, ubi glossa tenet hanc declarationem, & sequitur *Bald. per text. in L. licet, Cod. de except.* Secundo quod licet ille annus sit utilis, tamen si spoliatus habet privilegium restitutionis in integram, contra illius lapsum audietur etiam post annum per viam actionis, ex traditis per *Maurit. de in integram restitution. cap. 376. Menoch. de retinend. possess. remedio 5. num. 79. Sfortia, Oddus de restitution. in integram, questio n. 89. n. 16.* & in terminis *Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 3.* docet iudicatum *Cabed. d. dec. 82. numer. 7. & 8.* & in materia conducit bonus textus in *L. 1. Cod. si per vim, & alio modo*: & ego etiam iudicatum vidi in Senatu Portugallensi inter Capitulum illius Civitatis, & Oduardum de Mello Pereira, militem Hierosolymitanum; nam cum Capitulum eum conveniret coram Præside Curiali pro spolio, quod ei faciebat in non solvendis decimis ex quodam fundo, in quo habitavit ille certis annis, ex causa conductionis de fructibus quos collegit, quousque erat in possessione recipiendi, ille autem excepit, quod non fuerat conventus intra annum, & debebat conveniri coram iudice Ordinis: Capitulum respondit,

quod spolium non censebatur commissum ab eo tempore, quo ille desitolvere decimas, sed ab eo tempore, quod requisitus, ut solveret, recusavit, ex doctrina *Innoc. in cap. querelam, num. 3. de elect.* Rursus, quod utebatur privilegio restitutionis ad instar minorum, ex *L. Orphanotrocho, Cod. de Episcopis, & Cleric. cap. 1. de in integram restit. Caldas in L. sicuratorem, verbo minoribus, num. 60. Sfortia Oddus de rest. 1. part. quest. 3. art. 4.* & fuerat læsus in non conveniendo eum coram Præside Curiali, apud quem lites citius finiebantur, quam in iudicio Ordinis, & obtinuit, quod responderet coram Præside.

Tertiò est advertendum, quod licet interdictum sit personale, & tantum afficiat personam spoliantis, ex *L. cum à te, ff. de vi armat.* ibi: *Cum à te vi dejectus sim, si quis vi eandem possessionem possidere cæperit, non possum cum alio, quam tecum interdicto experiri*; ubi notant *Bartol. & Alber. Marant. d. dist. 7. num. 28. Menoch. remedio 1. numer. 150.* tamen datur in subsidium, quando spoliator non est solvendo, ex gloss. & *Bart. in L. si de fundo, ff. eodem titul. Menoch. d. remedio 1. num. 154.* datur tamen contra tertium remedium, *cap. sæpe de rest. spoliat. & cap. re integranda 3. quest. 1. Bart. & Alberic. d. L. cum à te, Marant. d. distinct. 7. à num. 55. & num. 58.* latè *Barbosa in L. si alienam, à numer. 47. ff. soluto matrim.* competit etiam interdictum ex parte spoliati suis hæredibus, & successoribus, ex *L. 1. §. hoc interdictum, ff. de vi armat. Abb. cap. significaverunt 3. notabil. de testib. Marant. d. distinct. 7. numer. 28. Petrus Benintendis dec. 12. col. 1. Menoch. d. remed. 1. de recup. possess. numer. 49.* & ex parte spoliatoris datur contra hæredes, & successores in id, quod ad eos pervenit, ex *d. L. 1. §. ultim. ibi: Ex causa huius interdicti in hæredem, & bonorum possessorem, ceterosque successores in factum actio competit in id, quod ad eos pervenit. Menoch. d. remed. 1. quest. 14.*

Non competit tale interdictum liberto

berto contra patronum, nec liberis contra parentes, quia atrocitatem facinoris in se continet, meliusque in factum actio competit, *d. L. 1. §. interdictum autem hoc quia, ff. de vi armat.* ubi *Bart.* nisi violentia sit facta armis, & vide ibi *gl. verbo, competit circa intellectum, L. 2. & L. licet, ff. de obsequiis*, & inde *Menoch. de recuperanda poss. remed. 9. q. 4.* ubi extendit ad vassallos contra dominos, filios spirituales contra patres spirituales, privignos contra novercam durante matrimonio, & ponit in *n. 55.* medium concludendi.

In Regno Lusitano jubetur in causa interdicti unde vi, quoniam intentatur intra annum procedit summarie, & de plano, & assignatur unica dilatio peremptoria ad probandum, ex *Ord. lib. 3. tam antiq. tit. 36. quam nova, tit. 48.* quod etiam tenent *Rebuff. ad leges Gallie 2. tom. tit. de mat. possess. art. 3. gl. 1. n. 3. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1328.* ubi etiam tractat, quando sit danda dilatio ad probandum per testes extra locum iudicii, in Curia tamen Portugalensi observatur, ut una dilatio assignetur ad probandum, tam per testes commorantes in loco iudicii, quam per testes commorantes in aliis locis extra, dato tamen impedimento iusto, vel ex beneficio restitutionis reformatur dilatio, ex *gloss. fin in L. 1. Cod. si de momentan. poss. Capic. dec. 13. numer. 11. Covarr. pract. cap. 27. numer. 3. vers. sextum, Molin. lib. 2. de primogen. cap. 13. numer. 4. Joann. Gutierr. lib. 2. pract. question. cap. 88. numer. 2.* Ea tamen dilatio non curret, nisi, si postquam fuerit assignata, intimitur parti, vel ejus advocato, seu procuratori, ex doctrina *Bart. Alex. & Jason. in L. Labeo in fin. ff. de jure jurando, Marant. de ordin. judic. 6. part. tit. de dilation. numer. 14. Joann. Gutierr. allegat. 3. num. 9. Azeved. L. 1. numer. 64. tit. 18. lib. 4. & servanda est Ord. lib. 3. tit. 1. §. 13. tam antiq. quam nova.*

Addo, quod licet exceptio dominii non obstet agenti interdicto recuperandæ possessionis, ex *L. si quis ad se fundum,*

Cod. ad L. Ful. de vi public. Ord. Regia, apud Lusitanos, lib. 3. tit. 78. §. 3. au finem, deducta ab antiqua lib. 3. tit. 62. §. 3. ad fin. & lib. 4. tit. 58. de prompta ab antiqua, lib. 4. tit. 50. Menoch. de recuperanda possession. remed. 1. quest. 21. tamen Princeps potest rescribere, ut simul de utroque cognoscatur, ex *Alex. cons. 54. lib. 5. column. 1. Thesaur. decis. 15. Faquin. lib. 8. controvers. juris civilis, cap. 7. Cabed. dec. 61. num. 4. in 1. part.* ubi alios citat; quod idem potest induci per viam legis, vel consuetudinis, ex *Avend. de legibus prætor. 1. part. cap. 4. numer. 12. vers. item potest, & sequenti.* Rursus si casus eveniat, ut sit necesse deducere de spolio per viam exceptionis ad repellendum actorem, ne audiat in causa proprietatis ante restitutionem spolia, juxta terminos *capit. cum dilectus, de ordin. cognit. vers. sed quoniam, & cap. frequens de restitut. spoliat. lib. 6.* debet eam deducere antequam litem cum actore contestetur, quia est exceptio dilatoria, quæ debet opponi ante litem contestatam, ex *Archid. Gemin. Franco in d. cap. 1. Abb. d. cap. cum dilectus num. 53. Menoch. de retinend. poss. remedio 3. numer. 666. Andr. Gayl. pract. observ. lib. 2. observ. 75 numer. 21. Joann. Garcia de nobilit. gloss. 1. §. 2. numer. 21. Joann. Gratian. reg. 191. num. 3. & notandum est ad *Ordin. lib. 3. tit. 94. §. 2. in novis, & in antiquis lib. 3. tit. 37. §. 1.**

Item non omittas advertere in practica, quod si iudex pronuntiet exceptionem non esse probatam, vel quod non Reus teneatur respondere libello proprietatis, donec sit restitutus de spolio (quæ est magis propria pronuntiatio, ex *d. cap. cum dilectus, vers. verum spoliatione, ibi: In modum exceptionis tantum probata non est per hoc restitutio*) non erit locus appellationi, vel gravamini per petitionem, vel instrumentum, sed tantum erit locus gravamini in actis processus, ex *L. 7. tit. 1. §. 6. part. 3. Extravag. & Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 9.* in quibus disponitur, quod omnes exceptiones dilatorie debent simul allegari

- ri per reum usque ad secundam audientiam, qui terminus datur in causis ordinariis ad offerendam suam contrarietatem, & de eo, quod super illis fuerit pronuntiatum, non fit locus appellationi, nec gravamini, nisi in actis processus, de quo cognoscitur in appellatione à definitiva per iudices illius, ex *Ord. d. titul. 20. §. ult. col. fin.* deducta à *d. L. 7. §. 23.* quam citat *Valasc. consult. 159. num. 2. in 2. part.* & facit, quia tantum excipitur casus incompetentiæ, de cuius pronuntiatione solum permittit gravamen interponere per petitionem, vel instrumentum. Quòd si iudex pronuntiet restitutionem faciendam excipienti, tunc locus est appellationi, ex *Valasc. consult. 156. numer. 32. in 2. part.* & confirmatur ex traditis per *Cassad. decis. 1. ad regul. Cancel. num. 3. & Rober. de attentatis 3. p. cap. 28. n. 15. & n. 33.*
- 21 Obstat agenti interdicto, recuperandæ possessionis exceptio excommunicationis, ne audiatur, dum est in excommunicatione, ex *cap. pia de exception. lib. 6. Ordin. d. titul. 49. §. 4. Soar. in sua pract. 1. part. tom. 1. 5. tempore, num. 57.* & quòd obstet ea exceptio agenti interdicto tenent *Specul. de petitor. & possess. §. fin. Guido dec. 212. num. 2. Rebuff. in praxi benef. titul. de Cler. non vitand. vers. 28. non potest, Menoch. de recuper. possess. d. remed. 1. q. 31.*
- 22 Illa restitutio debet fieri in integrum usque ad obolum, & sumptus, ex *L. 1. §. qui ut dejectus est, ff. vi armat. L. videamus 38. §. in Faviana, vers. nam & verbum, ff. de usur. Bald. per text. ibi in cap. conquerente de restit. spoliator. Fas. cons. 162. col. 2. lib. 4. Decius cons. 34. col. ult. Roland. cons. 53. num. 25. lib. 1. Tirraq. de retract. convent. gloss. 6. §. 4. numer. 23. Aufrer. ad Capellam Tholosan. quest. 60. vers. hinc est quod spoliat. Ripa, L. naturaliter. §. nihil communem, numer. 50. ff. de acquir. poss.* Quod si spoliator fuit absolutus, quia non fuit probatum spolium, potest audiri in causa petitorii, nec impediatur, licet non solvat expensas, sed poterit victor virtute
- suæ sententiæ sumptuum obtinere executionem, quia hoc privilegium est spoliari, quod ipse ante ingressum petitorii debet plenè, & integraliter restitui, & hoc in odium spoliantis, ex *cap. fin. de ordin. cog.* sed in secundo casu non repetitur jure cautum, & ibi cessat odium, & ita tenent *Rota dec. 312.* quam citat *Aufrer.* & sequitur ubi supra, licet contrarium teneat, & judicatum dicat *Rebuff. ad leges Gallie, t. tom. tit. de sent. executoriis. art. 6. gl. unic. num. ult.*
- Qui aliquem de possessione spoliavit, 24 tenetur poena constitutionis, de qua in *L. si quis in tantam, Codic. unde vi, §. sed ex constitutionibus, insitut. de interd. & quamvis aliqui Doctores teneant hanc poenam esse abrogatam, & non procedere hodie, ut per *Covar. lib. 3. variarum, cap. 16. numer. 7. Guilhelm. cap. Raynuntius, verbo, si absque liberis 2. num. 148. Sarmient. selectar. lib. 2. cap. 13. n. 7. & Azeved. in L. 1. numer. 89. titul. 13. lib. 4. & in L. 1. tit. 17. num. 4. lib. 5.* tamen apud Lusitanos approbata fuit per Serenissimum Regem Emmanuelem in *Ord. antiq. d. titul. 50.* & per Regem Philippum II. *d. titul. 58. lib. 4.* & apud Castellanos in *d. L. 1.* & aliis citatis per *Azeved. ibi num. 8.* & dicit *Peres in L. 2. tit. 14. lib. 3. Ordin. col. 1255.* quod est in viridi observantia, & quando 25 agendum foret de ea poena, processus erit ordinarius, & non summaris, *Ord. d. titul. 36. in §. ult. in antiq. & dict. titul. 48. §. ult. in novis;* vel etiam poterit 26 contra spoliatorem agentem petitorio replicare de amissione propter spolium ex doctrina gloss. & *Abb. num. 28. in cap. pastoralis de causa possess. & propr. Lanfranc. in suis decisionib. conclus. 34. Menoch. de recuper. poss. remed. 9. num. 313. Azeved. d. L. 1. numer. 81.* imò etiam si 27 facta fuerit restitutio spolii, adhuc superest posse agere ad poenam, ex *Menoch. d. remed. 9. num. 314.* Adde ultimò, quod si agens petitorio velit illud 28 suspendere, & transitum facere ad possessorium, ut potest facere ex juris permissione, de qua in *L. cum in fundo ad fin.**

ALLEGATIO LIY.

215

fin. ff. de vi arm. & cap. pastoralis de caus. poss. & propr. non est interim condemnandus in expensis, ut per Specul. de expensis, §. juxta, numer. 12. Anton. d. cap. pastoralis, num. 14. Host. de causa poss. & propr. §. an questio, num. 7. gloss. & Cardin. numer. 20. in Clem. unica de causa poss. & propr. Staphil. de liter. gratia, titul. de comission. literarum justitia, numer. 38. Aufrer. ad Capell. Tholos. d. q. 60. num. 1.

II Mater tenetur filium alere in subsidium.

Mater quædam jure maioratus possidebat res quasdam, & ex illis redditus percipiebat: illum in vita donavit titulo dotis, vel alio donationis, filio, in quem per illius obitum successio talis maioratus obventura erat, mortua matre, alii fratres contendunt, quod conferre debeat fructus, quos in vita matris percepit, & in quibus consistit donatio: quæritur, an teneatur conferre, vel imputare? Pro parte affirmativa, quod teneatur, facit: quia filius tenetur conferre, vel imputare ea, quæ ei sunt proventa ex substantia ejus ascendentis, de cujus successione agitur, ex *L. quoniam novella, Cod. de inofficioso testam. in fin. ibi: Si ex substantia ejus profecta sit, de cujus hereditate agitur: & in L. ut liberis, Cod. de collat. ibi: Ut in dividendis rebus ab intestato defuncti parentis, cujus de hereditate agitur, eadem dos, vel ante nuptias donatio ex substantia ejus profecta conferatur: idem probatur in *L. 29. Tauri*, apud Castellanos, & in *Ordin. lib. 4. tit. 77. in antiq. & tit. 97. in novis, in princ. docent Gomes. in d. L. Tauri 29. num. 10. & Avend. gl. 3. Morquech. lib. 4. de division. bon. cap. 13. Michael Crassus de collation. bonor. quest. 8. Molin. Theolog. 1. tomo de justitia, & jure, disput. 237. & seq. Alvar. Valasc. de collat. cap. 12.**

Secundò: quia de jure permittitur possessori maioratus, ejus administrationem transferre in sequentem successorem, ex *L. patrem 19. ff. quæ in fraudem creditor. ubi J. C. Papinianus habet: Patrem qui non expectata morte sua fideicommissum hereditatis maternæ filio soluto potestate restituit ommissa ratione falcidiæ, plenam fidem, & debitam pietatem secutus exhibitionis. Respond. creditores non fraudasse, & per istum textum tenetur, quòd si pater emancipet filium, & cum posset ex bonis adventitiis pertinentibus ad filium dimidiam par-*

ALLEGATIO LIV.

An filius, cui mater donavit maioratum in vita, quem possidebat, & ad quem per ejus mortem pertinebat, teneatur conferre, vel imputare fructus, quos percepit, viva matre.

SUMMARIUM.

- 1 Filius tenetur conferre, vel imputare ea, quæ habuit ex substantia patris.
- 2 Possessor maioratus potest in sequentem transferre, & n. 3.
- 3 Patre restituyente filio statim bona, quæ illi post ejus mortem mater jussit restitui, non revocatur per creditores, tanquam in suam fraudem factam.
- Ibid. Donatio reputatur de patre ad filium respectu illius commoditatis.
- 4 Filius non tenetur fructus perceptos ex maioratu in se translato per matrem conferre.
- 5 Nec etiam perceptos post mortem.
- 6 Mortuo possessore maioratus, fructus pertinent ad sequentem.
- 7 Bona maioratus non conferuntur, nec imputantur.
- 8 Fructus collecti post mortem ex re donata conferuntur, quando res ipsa confertur.
- 9 Si non maioratum, sed fructus transtulisset, in illis consistit donatio, & tenetur conferre.
- 10 Nisi tales fructus dati essent filio pro alimentis.

partem usufructus retinere in præmium emancipationis, juxta *L. cum oportet §. cum autem, Cod. de bonis, quæ liberis, & in §. hoc quoque, instit. per quas personas nobis acquiritur, L. 15. titul. 18. p. 4. Azo. in summa, Cod. de emancip. num. 2. Castro in eadem L. cum oportet in 8. effectu, fol. 70.* (ubi docet an hodie ea dispositio procedat) nihil retinuit, & totum filio remisit, potuisse facere, nec creditores eam revocare posse per edictum, quæ in fraudem creditorum, & ita pro, & contra arguendo dicit *Alber. ibi* iudicatum fuisse.

3 In eodem text. *Zasius num. 1.* dicit, quod si uxor hæredem fecit maritum, & revocavit eum, ut post suam mortem bona filio restituerit, is autem filium emancipavit, & bona ei in vita restituit, nihil deducendo ex bonis maternis, non posse creditores eam restitutionem revocare, tanquam in suam fraudem factam, quia fecit secundum voluntatem matris, quæ licet restitutionem differret in tempus mortis, patris, etiam censetur voluisse, ut restitueret in vita eum emancipando; & idem probatur ex bono text. in *L. si sponsus, §. si quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & uxor.* non tamen desinit esse donatio de patre ad filium, respectu illius commoditatis, sive fructuum, quos habere poterat, nisi in filium transtulisset, ut docet *gloss. ad L. cum pater, §. à filia, ff. de legat. 1. verbo, non esse, & ibi Peralta num. 62. in quarto intellectu, Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 31. & seq. & per d. L. patrem, tenetur posse patrem maioratum in filium sequentem in vita transferre ex Gregor. L. 2. titul. 15. part. 2. verb. si no el hijo, vers. & an teneat consensus, Gomez. L. Tauri 40. numer. 70. Padilha in L. post mortem, n. 6. Cod. de fideicommiss.*

4 Cæterum in hac facti hypothesi, tenendum est filium non tenere tales fructus perceptos in vita matris de maioratu in se translato conferre, nec imputare, quoniam mater non donavit ipsos fructus, sed donavit, & transtulit maioratum, & aliud est donare rem, aliud

fructus rei, ex *L. in ædib. §. ex rebus, ff. donat.* ubi notant *Angel. Imol. Roder. Palat. repet. Rub. §. 61. num. 10. Greg. Lopez in L. 8. titul. 4. par. 5. gloss. 13.* & fructus, quos filius percepit ex re sibi dotata, vel donata, non tenetur conferre, nec imputare, nam ad hanc necessitatem collationis, sive imputationis, tenetur respectu fructuum, quos post mortem ex re donata, non de iis, quos in vita percepit, ex *Ordinat. Lusit. locis citatis, ibi: Será obrigado a tornar tudo á collação aos outros irmãos depois da morte do pay, ou mãy que fizeraõ a doação com as novidades que os bens que assim tiverem em seu poder, & trouxer a collação responderem depois da morte dos doadores, até o tempo das partilhas.* Quod idem tenet *Molin. Theolog. d. disput. 238. vers. quando, allegans in concordiam text. in L. filius, §. ultim. cum gloss. ff. de collat. dot.* quam notat *Bald. in L. si soror, Cod. de collat.* idem docet *Valasc. de partit. cap. 23. à n. 14.*

Unde infero, quod nec fructus perceptos in vita matris conferet, nec eos, quos post ejus mortem percepit ex bonis illius maioratus, quia post mortem possessoris maioratus successio devolvitur ad successorem, qui eum capit à primo instituyente, *L. unum ex familia, ff. de legat. 2. Molin. de primogen. lib. 2. c. 4. num. 6.* & sic ad eum pertinent omnes fructus, ex *L. Herennius Modestinus, ff. de usur. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 11. Valasc. de partitionibus cap. 20. à num. 14. Mieres de maiorat. 4. part. quæstion. 24. alter Molin. 3. tom. disput. 635.* Rursus, quia bona maioratus non conferuntur, nec imputantur, & integra pertinent ad successorem, ex *Bald. Authent. ex testamento, num. 16. Cod. de collat. Palat. d. L. 29. Taur. num. 19. Guilhelm. in cap. Raynunt. verbo, in eodem testamento, in pximo, num. 144. Tiraq. de primogen. q. 51. numer. 1. Menchag. de success. creat. lib. 3. §. 26. num. 91. & 92. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 11. numer. 2. Avend. in L. 40. Taur. gloss. 1. num. 75.* & fructus collecti post mortem ex re donata con-

feruntur, quando etiam ipsa res confer-
tur, ex *Ordin. ubi supra*, ibi: *E trouxer*
à collaçãõ; atque ita resolvitur, quòd
nec fructus collecti post mortem, nec
collecti in vita conferentur, ut etiam ar-
guendo pro, & contra resolvit *Roder.*
Alvar. de conjeçt. mente testator, cap. 3.
lib. 2. §. 1. à num. 26.

- 9 Mutata specie si non maioratum
translulisset mater in filium, sed ei fru-
ctus donasset, utique tenendum est, quòd
in illis consistit donatio, & tenebitur
eos conferre, aut imputare, ex *regul. d.*
L. ut liberis, Cod. de collat. & Ord. ubi
supra, & tenent *Gaspar Baeça de non me-*
liorand. dotibus filiorum, cap. 26. à n. 9.
Gama dec. 118. Valasc. de partitionibus,
d. cap. 13. à num. 150. & Flores ad Ga-
mam dec. 140. num. 3. Limita, nisi tales
fructus dati essent filio loco alimento-
rum, & ad supportanda onera matrimonii,
quia pauper est, & non habet unde se
alat; quia in his terminis non tenebitur
ad collationem, ex *Gama d. dec. 140. &*
163. Molina disput. 238. vers. Gama.
11 Nam, & mater tenetur filium alere in
subsidium, ex *L. si quis à liberis, §. u-*
trum, vers. ergo, & mater, ff. de liber.
agnoscend. Auth. si pater, Cod. de divort.
docet *Surdus de alimentis, tit. 1. q. 14.*
num. 9. probat Ordinat. lib. 4. tit. 99. §. 2.
in nov.

ALLEGATIO LX.

An semel accusatus de crimine possit
rursus de eo accusari, sic jubente
Rege, cum clausula, non ob-
stante sententia.

SUMMARIUM.

- 1 Refertur facti contingentia.
- 2 Accusatus non potest rursus de eodem
crimine accusari.
- 3 Contra sententias latas non licet res-
cripta impetrare.
- 4 Rescripta impetrata contra sententi-
as, non valent.

Ibid. Male faciunt Principes, qui post
causam decisam indulgent rescripta
ad suscitandam litem.

- 5 Non potest impetrari rescriptum, per
quod effectus sententiæ impediatur.
- 6 Confirmatur de jure Lusitano.
- 7 Rescripta impetrata falsa suggestio-
ne, sunt nulla.
- 8 Non sufficit narrare sententiam esse
latam, nisi rem qualiter transiit in
rem judicatam.
- 9 Semel accusatus potest rursus accusa-
ri, quando sententia lata fuit per fal-
sas probationes, vel collusionem.
- 10 Non valet sententia per collusionem.
- 11 Nec valet quando lata est per sordes,
vel gratiam iudicis.
- 12 Semel accusatus potest rursus accusa-
ri, quando Princeps ita rescribit, non
obstante sententia.
- 13 In casu proposito Princeps sufficienter
informatus, & quomodo delinquente
colluserant, & aliis de causis rescri-
psit, ut inquisitio fieret, & de accusa-
tione rursus ageretur.

Q Uidam ex oppido de Viana sito
ad finem fluvii Lima, gravem ex
proposito offensam fecerunt Gaspari de
Puga Pinto Equiti militiae Christi, &
praefecto arcis urbis do Rio de Janeiro
in partibus Brasiliae, inferendo vulne-
ra, & percussiones cum tumore, & livo-
re: querimoniam fecit coram magistra-
tibus oppidi, de qua offensa inquisitio
sumpta est: delinquentes eum citari fe-
cerunt ad accusationem; ille tamen in-
stabat apud Regem, ut per Senatorem
aliquem juberet de offensione inquiri,
& procedi contra eos em alçada, ut vul-
gari sermone dicitur: interim tamen
Gasparem ab accusatione repellerunt,
quia non comparuit eos accusare, & ac-
culante Promotore justitiae, finem accu-
satio accepit ex sententia lata per judi-
cem, & per Senatum Portugallensem ad
quem fuit per appellationem. Rex ta-
men noster Catholicus, & Serenissimus
concessit, ut quidam Senator ex dicto
Senatu accederet ad dictum oppidum

de Viana, & inquisitionem de prædicta offensa sumeret, & procederet contra delinquentes, non obstantibus sententiis latis, quas declarabat nullas esse.

2 Factum est secundum mandatum: Gaspar de Puga accusationem instituit contra eos, ad emendam, & punitionem, attendita qualitate delicti, & conditione suæ personæ; Rei autem exceperunt non posse rursus accusari de eodem crimine, de quo jam accusati fuerunt, ex *L. si cui §. iidem, ff. de accusat. L. licet, §. ult. ff. nautæ caupones stabular. cap. de iis, de accusat. Ful. Clar. in præct. crim. §. ult. quest. 57. n. 1. & Tyber. 1. tomo, lib. 3. cap. 30.*

3 Rursus, quod contra sententias latis non licet rescripta impetrare, nec volent ex text. in *L. ult. Cod. sententiam rescindi non posse*, ubi *Constantin. Imperator* ita stabilivit: *Impetrata rescripta non placet admitti, si decisæ semel causæ fuerint judiciæ sententia, quam provocatio nulla suspendit, sed eos, qui talia rescripta meruerunt, etiam limine iudiciorum expelli; & in eo text. Azo, Bald. Salicet. Paul. tenent*, quod rescripta impetrata ad rescissionem sententiæ non valent, adeo quod *Socin. & Zasius in L. Fulianus, num. 9. ff. de exception. rei iudicat. post Cuman. male facere Principes Romanos, & alios, qui ubi lis semel est decisæ per sententiam, nihilominus indulgent rescripta ad resuscitandam litem decisam, unde non debet dari rescriptum, postquam sententia lata est, ex d. L. fin. & quod talem causam habuit in Camera Imperii, ubi D. Maximilianus contenderat sententiam latis rescindere.*

5 Addo, quod *Bald. conf. 400. lib. 3. incipit, pro parte, num. 1.* dicit, quod super sententiis, & præceptis, quæ transierunt in rem iudicatam, non potest impetrari rescriptum à Principe, per quod pronuntiationis effectus impediatur, ex *d. L. fin. nam exceptio rei iudicatæ, cum sit exceptio litis finitæ, cap. 1. de litis contest. lib. 6. Ordin. lib. 3. titul. 20. §. 15. & tit. 50. in nov. non solum potest op-*

poni ad impediendum litis ingressum, sed ad infringendum rescriptum impetratum, secundum glossam magistram in *d. cap. 1. in glossa magna ad finem; & hoc non solum procedit in sententia Senatus, sed etiam in sententia inferioris, quæ transivit in rem iudicatam, ut ex d. L. fin. docet Jason. conf. 47. numer. 2. lib. 3.*

6 Et confirmabatur intentum ex *Ord. Lusitan. lib. 5. tit. 73. in princip. in antiquis, & titul. 131. in novis*, ubi cavetur: *Que se algum for livre por sentença del-Rey, ou de seus Julgadores em qualquer caso, por que mereça pena corporal, dabi em diante, pois he livre por sentença, não será mais acusado pelo dito caso, salvo sendo achado, que esse que assim se livrou, for livre por falsa prova, ou por conloyo; de quo puncto etiam Covar resolut. lib. 2. cap. 10. Gomez 3. tom. cap. 1. n. 27. & 28. & L. 12. tit. 1. partit. 7.*

7 Tertiò, quod rescripta impetrata falsa suggestionem sunt nulla, ex *cap. super literis de rescript. Paris. de resign. benef. lib. 3. quest. 2. num. 27.* & in terminis de rescripto impetrato contra sententiam, ea tacita, quod dicatur subreptitium, & nullum, probat text. notabilis in *cap. interposita de arbitr. Cardin. in cap. cum olim per eum text. de rescript. & conf. 67. ad finem; imò nec sufficit narrare sententiam esse latis, nisi narretur qualiter sententia transivit in rem iudicatam, Alexand. conf. 266. column. 1. lib. 2. Jason. d. conf. 47. Menoch. de arbitr. casu 202. à num. 42. & impetrans rescriptum subreptitium punitur de jure Regni per *Ordin. antiquam lib. 2. tit. 23. & per novam Ordin. lib. 2. tit. 42.**

9 Cæterum in ea specie aliud defendebam; quia licet regula sit, quod semel accusatus non possit amplius accusari de eodem facto, habet tamen duas limitationes, nisi sententia lata sit per falsas probationes, vel per collusionem, nam non dicitur iudicatum, quod per falsas probationes obtinuit, ex notatis in *L. D. Adrianus, ff. de re iudic. & in L. 1. & per totum, Cod. si ex falsis instrumen-*

tis, & Azo. & Doctores ibi, Ordin. lib. 3. titul. 57. in princip. in novis deducta ab antiqua lib. 3. titul. 60. Tyber. Decian.

1. tomo crimin. lib. 2. cap. 22. numer. 20.

Bossius de delictis, titulo si ex falsis instrument. nec item valet sententia lata

per colusionem ex L. si per lusorio, ff. de appllat. Felin. d. cap. de his, in 8. limit.

Bossius in titulo, si adversus rem judicatam restituit. postuletur, num. 11. ubi ostendit

signa collusionis, Bajard. ad Ful. Clar. à quest. 57. num. 11. eleganter Farin. lib. 1.

quest. 4. à num. 13. ubi declarat species collusionis: adde tertium casum, quan-

do per sordes, vel per gratiam iudicis, ex Tyb. Dec. 2. tom. lib. 8. cap. 39. n. 26.

Adde quartum casum, quando Princeps rescrit, quod iterum de casu co-

gnoscatur, non obstante sententia, quia habet magnam potestatem in crimina-

libus, ex L. 1. §. si quis ultro, ff. de quaest. L. relegati ad finem, ff. de pœnis,

Afflict. in titulo quæ sunt regalia, col. 2. vers. solus Princeps, & Bossius in dicto

titulo, si adversus rem judicatam, num. 15. ubi tamen hoc dicit posse facere ex ab-

soluta potestate, non de ordinaria, ex d. L. fin. Codic. sententiam rescindi non

posse, & ex notatis per Jason in L. causas, in versicul. juxta prædicta, Codic. de transact. non potest Princeps rescribere,

quod non obstat res judicata, nec ejus exceptio, ex Bald. cap. 2. de offic. delegat. Felin. cap. 1. de constitut. Decius cons. 198. numer. 3. Alciat. respons. 103. num. 10. vers. tertio, Menoch. de arbitr. lib. 1. quest. 52. num. 4. & num. 8.

& in ea hypothesis Rex noster sufficienter informatus de casu, & quomodo delinquentes collusi sunt in sua defensione, neque offensus unquam consensit, quia instabat apud Regem, ut de ea offensione juberet per aliquem ex suis Senatoribus inquisitionem facere, & contra eos procedere in alçada, protestando sibi salvum esse jus accusandi, rescrisit, ut non obstantibus sententiis, quas nullas esse declaravit, inquisitio fieret per Senatorem ab eo nominatum, & de accusatione iterum agatur, & ita ju-

dicatum, & executum fuit, non obstantibus exceptionibus ab adverso allegatis.

ALLEGATIO LXI.

An nominatio emphyteusi facta in testamento, quod annullatur ob filii præteritionem, valeat, vel annullatur stante Ord. Lusit.

SUMMARIUM.

- 1 Refertur casus contingentia, & agitur de Ord. Lusit. citata.
- 2 Emphyteuta non nominante decedendo ab intestato non relictis ascendētibus, vel descendētibus, emphyteusis revertitur ad dominum.
- 3 Non tenetur dominus in his terminis renovationē facere agnatis emphyteute.
- 4 Decedente cum filiis non nominando, præfertur masculus in successione emphyteusis, & inter masculos maior.
- 5 Quando emphyteuta fecit nominationē validam, præfertur nominatus.
- 6 Habens facultatem nominadi, si nominet inter vivos, revocare non potest.
- 7 Si faciat in testamento, potest revocare eam.
- 8 Si testamentum revocetur, vel aliter annulletur, corrumpit nominatio.
- 9 Idem est si simpliciter nominatus decedat in vita nominantis.
- 10 Ut testamentum valeat, oportet, quod sit institutus hæres in eo.
- 11 Deficiente in testamento institutione hæredis nihil ex eo debetur.
- 12 Qui filios habet, debet eos instituere relinquendo eis legitimam titulo honorabili institutionis.
- 13 Agitur de Ordin. Lusit. citata.
- 14 Agitur de consultat. Valasc. in 1. p.
- 15 Ponderatur Ord. citata.
- 16 Nominatio est absolutè actus inter vivos.
- 17 Reprobatur Valascus.
- 18 Ordin. solum annullat institutionem,

- & jubet legata sustineri, & de aliis nihil disposuit, & relinquuntur dispositioni juris communis.
- 19 Ord. loquens de legatis non fecit causa restrictionis.
 - 20 Exempla non arctant regulam.
 - 21 Offensio filii præteriti, vel male exheredati, respicit institutionem.
 - 22 Non exemplis, sed legibus judicandum est.
 - 23 Differentia inter nominationem ruptam agnitione posthumi, vel præteritione.
 - 24 Ordin. citatæ procedunt ubi filius fuit præteritus, vel male exheredatus alio instituto hærede.
 - 25 Pater, vel mater disponentes de tertia, censetur in reliquis partibus filios instituere de jure Lusitano.
 - 26 In testamento inter filios censetur inesse clausula cudicillaris.
 - 27 In testamento inter liberos inest clausula, ut valeat meliori juris modo.
 - 28 Nominaciones possunt fieri in codicillis.
 - 29 Testamentum in scriptis debet tradi per testatorem Tabellioni coram testibus, ut faciat instrumentum approbationis servata forma Ord.
 - 30 Ea ord. non procedit in testamento factò inter filios.

Mater quædam habens bona emphyteutica nominationis ad vitas condidit testamentum, & filios præterivit, emphyteuses autem in filias nominavit: filius masculus senior ea bona ad se pertinere contendebat, ex eo, quia testamentum nullum fit ob filiorum præteritionem: filia nominatæ contradicunt, & defendunt nominationes esse validas, & ad se bona emphyteutica pertinere: quærebatur: quid juris sit in hac quæstione dicendum? Est apud nos *Ordin. lib. 4. titul. 62. in antiquis, & in lib. 4. titul. 36. §. 2. in novis*, ubi ita continetur: *E finando-se o foreiro abintestado, não nomeando alguma pessoa ao foro, e sem herdeiro descendente, ou ascendente, fique o foro devoluto ao senhorio, e fi-*

cando por sua morte algum filho legitimo, neto, ou bisneto varaõ, deve este foro ficar a elle, e bem à filha, ou neta, não havendo filho varaõ, posto que seja mais moço que a filha, ou neta; e onde houver filho, ou filha, não haverá o foro neto, nem neta, posto que o neto seja filho de filhos mais velho; e onde houver muitos filhos, ou filhas, sempre o mayor dos filhos, ou a mayor das filhas, em falta dos filhos, haverá o foro.

Ex hac Ord. tria membra colliguntur: primum, quod emphyteuta non nominante decedendo ab intestato, non relictis descendentibus, nec ascendentibus, emphyteusis redit ad dominum; & idem est de jure; nam quando emphyteusis datur cum potestate nominandi, non nominante emphyteuta, resolvitur concessio, & res redit ad concedentem ex traditis per Bald. *L. in vendentis, column. penul. vers. Tertio quaero, Cod. de contrahend. emptio. Fabian. de emptio. quæst. 3. in princ. n. 9. Alex. cons. 232. num. 3. & 4. & eorum auctoritate resolvit Caldas de nominat. quæst. 7. num. 9. & 10. & quæst. 12. num. 24. in terminis d. Ord. cujus decisionem notabilem esse dicit Molina Theolog. 2. tom. de justitia, & jure, disput. 446. vers. tota autem; & in hoc membro dominus, ad quem emphyteusis revertitur, non tenebitur agnatis renovationem facere, nam doctrina Bart. in *L. 1. permittitur, ff. de aqua quotidian.* qui agit de renovanda emphyteusi, tantum procedit, ubi emphyteusis vacat finitis vitis, in quibus est concessa, non ubi emphyteusis devolvitur ad eum ex alio capite, in quo cum emphyteuta poterat nominare, decessit ab intestato neminem nominando, ut per eundem Caldas de renovat. quæst. 9. num. 9. & 26. & idem erit si nominatio fuerit nulla, aut revocata, Caldas de nominat. quæst. 12. n. 42. & 43. & de potest. eligendi, 3. part. cap. 16. n. 44. Gama dec. 173. ad fin.*

Secundum membrum est, quando decessit relictis descendentibus, vel ascendentibus, nam ex filiis succedit masculus

culos exclusis foeminis, & inter masculos qui maior est ætate, nam in iis, quæ debent ad unum pervenire, præfertur masculus senior, ubi concurrunt plures masculi, & inter masculum, & foeminam præfertur masculus, licet junior, ex *L. fin. ff. de fide instrumentorum*, ibi: *Semper senioreni junioreni, & mareni foeminae*: & ibi gloss. verbo, *senioreni*, confirmat ex *L. semper, & ff. de jure immunit. & in verb. & mareni*, confirmat ex *L. in multis, ff. de statu homin. & L. 1. ff. de Senatoribus*, atque ita de senioreni probat Soar. ad *L. quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. testam. ampliat. 10. n. 26.* Tiraquel. de primogen. *quest. 4. ex num. 21.* Games *L. 40. Taur. num. 59.* Molina lib. 1. de primogen. *cap. 11. n. 9.* Roder. Alvarad. de conject. mente testatoris, lib. 1. *cap. 3. §. 3. à num. 10.* Avend. ad *L. 40. Taur. gloss. 3.* & de masculo respectu foeminae docent Molin. de primogen. lib. 3. *cap. 4.* Mieres de maiorat. 2. p. *quest. 6. à num. 28.* Avend. dict. *L. 40. Taur. gloss. 10. num. 75. & 76.* atque ita in terminis probant *L. 12. tit. 1. part. 6. Extravag. & nova Ordin. lib. 4. tit. 100. in princ. & in §. 1.* apud Lusitanos, apud Castellanos verò in *L. 7. titul. 15. part. 6.* & in specie, quod quando emphyteuta moritur abintestato nulla facta mentione, succedant ejus descendentes secundum ordinem præscriptum in dict. Ordin. tenent Costa de maiorat. 2. p. *num. 5. ad finem, Pinel. in L. 2. num. 11. Cod. de bonis matern. Cald. de nomin. quest. 7. num. 9.* Molin. Theolog. d. disp. 446. *vers. idem quando, fol. 1246. & à num. 34. disp. 480. vers. quando, Cabed. dec. 23. n. fin. 2. p.*

Tertium membrum est, quando emphyteuta fecit nominationem validam, nam tunc cessat ea Ordinatio. & habebit emphyteusim nominatus ex dispositione nominantis, ex *L. cum ex filio, §. filio & ibi Bartol. ff. de vulgar. L. continuus, §. cum ita, ff. de verb. L. fin. Cod. de pact. convent.* sicut etiam obtinet emphyteusim hæres scriptus in testamento, nullo alio nominato, Ordin.

d. tit. 62. & titul. 36. §. 1. Cald. dict. *quest. 7. numer. 1. & numer. 56.* Molina Theolog. ubi supra & disp. 480. *vers. & quando Valasc. consult. 102. à num. 23. 1. part.* Secundum principaliter est apud Lusitanos alia Ordin. lib. 4. titul. 63. in antiquis, §. 4. & titul. 37 §. 4. in novis, ubi ita statuitur: *E bem assim no caso, onde a nomeação feita huma vez, não se pode mais revogar, se o que ha de nomear fizer testamento, & nelle nomear, e depois revogar o dito testamento, ou for por direito por qualquer modo havido por nenhum, fica a nomeação isso mesmo revogada, e poderá nomear outra vez: por quanto a nomeação feita no testamento revogado, ou havido por nenhum, he por isso mesmo havida por nenhuma, como se nunca fosse feita.*

Ex hac Ordin. multa desumuntur, & in primis loquitur de ea nominatione, quæ semel facta amplius non potest revocari, qualis est ea, in qua datur facultas nominandi simpliciter, sine mentione mortis, nam hæc si fiat in actu inter vivos, amplius non potest revocari, ex Ordin. dictis locis, §. 1. ibi: *E se no contrato do foro principalmente feito entre o senhorio, e o foreiro, lbe for dado poder que possa nomear ao dito foro huma pessoa, não fazendo menção no dito contrato de morte, em tal caso depois que elle huma vez nomear alguma pessoa, não poderá mais revogar esta nomeação, nem fazer outra segunda, porque a primeira seja revogada, e ainda que a faça, não valerá, porque por a primeira nomeação he adquirido tanto direito ao nomnado, (postoque della não seja sabedor) que lbe não pode já ser revogado; idem docent Gama dec. 36. num. 1. Caldas de nominat. *quest. 10. num. 83. & 84.* Molin. disput. 483. *vers. secunda conclusio, idem Caldas in 3. part. de potestate eligendi, cap. 2. n. 7. & 8.* & loquitur Ordin. in casu magis dubio, quoniam si ea nominatio fiat in testamento potest ad libitum revocari per nominantem, nam assumit naturam testamenti, in quo sit, ex *L. si donatio, Cod. de donation. ubi Bald. &**

Salicet, atque ideo sicut testamentum revocari potest ad libitum testatoris, ita & nominatio in eo facta, *L. 4. ff. de adim. legat.* Costa in *L. si ex cautione, lim. 12. num. 4. Codic. de non numer. pec.* Gama dec. 85. Caldas in 3. part. de potest. eligendi, cap. 8. n. 3.

- 8 Secundo deducitur ex illa Ordin. quod revocato testamento, vel ex alio quocunque vitio annullato, nominatio corrumpitur, nec valet; quod idem tenent Costa dicto loco, Molin. Theolog. dicta disp. 483. in 2. conclusion. vers. *Quando item* Gama dec. 173. num. 1. Valasc. cons. 61. in 1. part. Cald. d. cap. 8. numer. 5. & 6. & de nominat. quest. 10. num. 29.
- 9 Item revocatur, si nominatus simpliciter in vita nominantis decedat, quasi caduca, ex Ordin. ubi supra §. 4. Gama dec. 235. col. fin. vers. *Ego banc partem,* Molin. d. disp. 482. in 2. conclus. vers. *item quando,* Caldas d. cap. 2. n. 44.

- 10 Tertio principaliter; quia ut testamentum valeat, oportet, quod in eo aliquis sit institutus hæres, nec valet, si talis institutio hæredis deficiat, ex *L. proximè, ff. de his, quæ in testamento delentur, §. ante hæredis, instit. de leg. §. in primis, instit. de fideicommiss. hæredit.* Jul. Clar. §. testamentum, quest. 35. Michael Crassus, §. testamentum, q. 35. num. 1. Molin. Theolog. in 1. tom. de justitia, & jure, disp. 124. vers. *testamentum,* quod adeo procedit, quod deficiente institutione hæredis, nihil ex tali testamento debeat, ex *L. 1. ff. de vulgar. Matienço in L. 1. gloss. 14. tit. 4. lib. 5. num. 1. Petrus Pecheus de conjugum testament. lib. 5. cap. 21. num. 1. Michael Crassus d. quest. 35. n. 1. Valasc. consult. 68. in 1. p.*

- 12 Sic etiam qui filios habet, debet eos instituere, legitimam eis honorabili titulo institutionis relinquendo, vel cum legitima causa exheredare, alias etiam ex hoc defectu corrumpitur testamentum, ex *L. inter cetera, ff. de lib. & postb. Authent. ut cum de appellatione cognosc. §. aliud quoque capitulū, collat. 8. Jul. Clar.*

§. testamentum, quest. 38. Mol. Theol. 1. tom. de justit. disp. 175. vers. *quod dictum,* Crassus d. quest. 35. num. 2. quia, ut dixi, titulus institutionis honorabilis est, ex d. §. aliud quoque, gloss. & Jason. num. 13. in Authent. novissima, Cod. de inoficios. testam. Jul. Clar. dict. q. 38. Crassus d. quest. 35. num. 3. & procedit etiam de jure Canonico, ex cap. Raynuntius, verbo *instituit,* & ibi Costa n. 24. de testament. lib. 6. & est communis ex Alexand. in d. *L. inter cetera* num. 6. Covar. d. cap. Raynuntius, §. 1. num. 1. Jul. Clar. d. quest. 38. num. 6. Molina d. disp. 175. vers. *utrum:* & ex his filius senior arguebat ad se spectare bona emphyteutica, quia nominatio matris erat nulla, quia etiam testamentum erat nullum, & par erat non dari nominationem, vel esse nullam, & non posse de jure effectum sortiri, & habebat locum Ord. Lusit. allegata lib. 4. tit. 62. §. 3. tam in antiqua, quam in nova lib. 4. tit. 36. §. 2.

Pro parte filiarum nominatarum in dictis bonis emphyteuticis, inducebam Ordin. lib. 4. tit. 70. §. 1. in antiquis, & in novis lib. 4. tit. 82. §. 1. ubi ita stabilitum fuit: *E dispondo o pay, ou mãy em seu testamento de todos seus bens, e fazenda, naõ fazendo mençaõ de seu filho legitimo, e sabendo que o tinha, ou desherdando-o, naõ declarando a causa legitima porque o desherda, tal testamento he por direito nenhun, e de nenhun vigor, quanto á instituiçaõ, ou desherdaçaõ nelle feita; mas os legados contheudos no dito testamento, seraõ em todo o caso firmes, e valiosos, em quanto abranjer a terça do testador, e assim taõ compridamente, como se o testamento fosse bom, e valioso por direito.* Hæc est contextura dictæ Ordin. & ex ea desumitur generalis conclusio, quod testamentum nullum ex vitio præteritionis filii scienter factæ, vel exheredationis factæ sine causa legitima, corrumpitur quæ ad institutionem, legata tamè valere, & deberi, ac si testamentum de jure esset validum, & esse intelligendam secundum jus com-

14 commune, docet Costa *in d. cap. si pater, verbo, censendum, num. 17. in fin.* & Molin. *disp. 175. fol. 1019. ad finem, doctissimus Valasc. in contrarium consult. 61. ubi ponit casum in favorem uxoris nominantis in testamento, in quo filius ejus fuerat præteritus, & filius contendebat esse nullam nominationem ex dict. Ordin. quæ annullat nominationem factam in testamento quocunque; modo nullo, & dicit ea verba esse generalia, & comprehendere casum nostrum, quia verum est tale testamentum esse nullum propter filii præteritionem: rursus quia nominatio facta in testamento, quod rumpitur agnitione posthumi, etiam rumpitur, ex Gama *d. dec. 173. & de Sacramentis præst. q. 6. n. 21.**

15 Nec obstare dicit suæ opinioni dispositionem *Auth. ex causa, Cod. de liber. præter.* & in corpore, unde sumitur, quia de jure decisum est, annullato testamento ex vitio præteritionis, vel exhæredationis minus ritè factæ, solum annullari ipsam institutionem, vel exhæredationem, cæteris in tali testamento firmis permanentibus, ut latè per Jul. Clar. *in d. §. testamentum, quæst. 52.* Crassus *in d. §. testamentum, quæst. 53.* & *in §. legatum, quæst. 67.* idem Valasc. *consult. 54. num. 8. in 1. part.* Molin. *d. disp. 175. vers. hæc omnia, ad fin.* quia *Ordin.* loquitur solum in legatis, ibi: *E quanto aos legados em o dito testamento contheudos, seraõ em todo o caso firmes, e valiosos;* atque ita cum se restrinxit ad legata, non est extendenda ad nominationes, quæ non sunt legata, quia nominando nihil de suo dat, *L. unum ex familia §. si de falsidia ff. de legat. 2.* Bartol. *in L. mortis causa capitur, ad finem, ff. de donation. causa mort.* & annullato quovis modo testamento, corruiere nominationem ex *d. Ord.*

16 Rursus, qui nominatio est absolute actus inter vivos non ultimæ voluntatis, & habet peculiarem naturam introductam à jure Regio, quia in quibusdam assimilatur ultimæ voluntati, in

quibusdam actibus inter vivos: cumulat, & alia fundamenta, & dicit judicatum pro sua opinione, & eam tenuit quidam Senator, ut refert Gama *d. dec. 173. n. 11.* æquiparans nominationem factam in testamento, quod annullatur filii præteritione, vel exhæredatione, vel agnitione posthumi; & juvat, quia Senatus sententia facit jus, *L. si filius ff. ad leg. Cornel. de falsis, Gama dec. 33. ad fin.*

Cæterum quidquid teneat Valasc. *in d. consult. 61.* circa speciem propositã, 17 & *in consult. 54.* circa aliam, contrarium est tenendum, prout tenuit insignis Præceptor Barb. *in scholiis ad rub. ff. de legat. 1. in schol. 7. ad fin.* ex traditis per Gomes *in L. 24. Taur. numer. 4.* & per Gamam *d. dec. 173. ad fin.* eandem opinionem reprobando Valasc. tenet Molina *d. disp. 175. fol. 1018. vers. non obstante,* movetur; quia hoc testamentum in quo filius est præteritus, vel malè exhæredatus, non est simpliciter nullum juris dispositione, sed cum eo additamento, & restrictione ad annullandam institutionem; & *Ordin.* ab adverso allegata *d. §. 3.* loquitur in testamento absolute nullo, ex quocunque capite ea nullitas proveniat, & non quando est aliquod, atque ita reliqua, & nominationes sustineri.

Rursus, quia *Ordin.* solum annullat 18 restitutionem, & jubet legata sustineri, & de aliis nihil disposuit, & ideo relinquenda sunt dispositioni juris communis, ex *L. commodissime ff. de liber. & posthumis.* item, ex alio, quia *Ord.* jubet observari tale testamentum, tanquam de jure validum, & ita se refert ad jus, quo attento, annullata institutione, vel exhæredatione, cætera omnia firma permanent, atque ita etiam nominationes sustinentur: & eandem opinionem tenet Caldas *3. part. de potest. eligendi, cap. 8. n. 7.*

Nec obstat adducta in contrarium: & primò non obstat dicere, quod *Ord.* 19 loquitur de legatis, quia de illis loquendo, non illud fecit causa restrictionis, cum nec addiderit taxativam, sed per mo-

- modum exempli, & exempla non ar-
 ctant regulam, nec excludunt casus si-
 20 miles, Socin. *conf.* 57. *col.* 4. *lib.* 1. Paris.
conf. 55. *num.* 32. *lib.* 4. & excusatur le-
 gum correctio, *L. 1 Cod. de inoffic. dotib.*
cap. cum expediat, de elect. lib. 6. Secun-
 do non obstat, quod nominationes non
 sunt legata, sed habent peculiarem na-
 turam: nam respondetur, quod habent
 vim relictæ, ex traditis per Caldas *de po-*
testate eligendi, cap. 6. num. 30. Rursus,
 21 & ex eo, quoniam filius tantum fuit of-
 fensus circa institutionem, quia vel est
 præteritus, vel malè exhæredatus, &
 hæc offensus tollitur rescissa institutio-
 ne, vel exhæredatione, Jul. Clar. §. *te-*
stament. quest. 52. num. 1. cum autem
 non fuerit offensus ex eo, quia nomina-
 tiones factæ sunt in filias nominantis, &
 poterat mater nominare, quem vellet,
 non admittetur contra nominationes.
 22 Item non obstat esse iudicatum pro sua
 parte, quia non exemplis, sed legibus
 iudicatum, ex *L. nemo, Cod. de sentent.*
& interlocut. omnium iudicium, Afflict.
dec. 383. num. 8. Menoch. *conf.* 59. *n. 10.*
lib. 1. Cabed. dec. 212. num. 2. in 1. part.
 23 Nec obstat æquiparatio nomina-
 tionis ruptæ per agnitionem posthu-
 mi, illi, qui præteritur rumpi per præ-
 teritionem filii, nam prima revocatio fit
 24 ex mente nominantis, qui si cogitasset
 sibi filium nasciturum, non nominasset
 alium, ex regul. *L. si unquam, Cod. de re-*
vocand. nominationib. Tiraquel. *ibi verb.*
bona, num. 14. Pinel. *ad rubr. Cod. de*
bonis matern. 1. part. n. 23. Caldas *de*
nominat. quest. 14. num. 45. Valasc. *dict.*
consult. 61. num. 9. idem Caldas *de pote-*
state eligend. 3. p. cap. 4. à num. 1. dis-
 positio autem *d. Auth. ex causa, & Ord.*
 Regia non est contra voluntatem testa-
 toris, sed secundum eam, ut adimplean-
 tur, & exequantur ea, quæ in suo ultimo
 elogio mandavit, ex *L. vel negare, ff.*
quemadmodum test. aperiantur, L. 1. C.
de sacros. Eccles.
 24 Rursus non obstant, quæ Valasc.
 adduxit, quoniam in nostra hypothesi
 non habet locum *Ordin. lib. 4. titul. 70.*

§. 1. *ex antiquis, & lib. 4. titul. 82. §. 1.*
ex novis; quia huiusmodi Ordinationes
 procedunt, ubi filius fuit præteritus, vel
 male exhæredatus, alio instituto hære-
 de, ut evenit in facto in quo Valasc. con-
 sultit, & in facto, de quo agimus, mater
 nullum in testamento fecit hæredem at-
 que ita ex alio capite corrumpit testamen-
 tum, & ex consequentia corrumpit nomi-
 nationes, eo maximè æquoniam apud
 nos est *Ordin. in d. titul. 70. & in d. tit.*
82. in princ. in quibus specialiter dis-
 25 ponitur, quod si pater, vel mater scien-
 tes se habere filios de tertia parte bono-
 rum ad se spectantium in testamento
 disponat, censentur in aliis duabus
 partibus filios instituisse, & hoc modo
 valet testamentum, quia habet institu-
 tionem hæredum saltem tacitam indu-
 ctam per legem, ex eo, quia parentes
 tantum de tertia disposuerunt, & ad-
 vertunt *Gama dec. 153. & Molin. Theol.*
1. tom. disp. 124. vers. illud vero, & d.
disp. 175. vers. quod dictum, ad fin. in
 quo si nominatio emphyteusis fiat, non
 est dubium valere, ex traditis per Va-
 lasc. *consult. 23. ad fin.* & ubi deficit in-
 stitutio, nec legata debentur, ex Valasc.
consult. 68. num. 2. Cæterum hoc fun-
 damentum non obstat, quia in testamen-
 to inter filios censetur inesse clausula
 26 codicillaris, ut docent *glos. in L. cohære-*
redi, §. cum filia, verbo valuit, ff. de vul-
gar. Alex. & Jason. ibi ad fin. idem Alex.
& Jason. num. 8. in L. hac consultissima,
§. ex imperfecto, ff. de testam. est com-
munis ex Boer. dec. 240. num. 6. versic.
etsi non valeat, Jul. Clar. §. testamentum,
quest. 9. num. 7. Burgos de Paz *in L. 3.*
Taur. num. 178. Menchaq. *de succession.*
progressu, §. 30. num. 43. ubi dicit eam
 esse æquiorum, & juris menti proximio-
 rem, & eam etiam tenent *Crassus §. te-*
stamentum, quest. 11. num. pen. & Va-
lasc. d. consult. 23. Rursus, quia in te-
 27 stamento inter liberos inest clausula, ut
 valeat meliori juris modo, ut ex *gloss. d.*
§. cum filia deducunt, Imol. & Jason. ibi
num. ultim. Ripa in L. Centurio, n. 86.
ff. de vulg. Costa in d. cap. si pater, verb.
in

interdum, num. 40. Mantica *de conject.* ultim. volunt. lib. 7. titul. 2. n. 25. Crasus ubi supra, Camil. Gall. *de verb. sign.* lib. 5. cap. 18. à num. 122. unde immeritò Molin. *d. disput.* 176. *vers. utrum*, & *seqq.* impugnat Valasc. *dict. consult.* 23. quia licet ex communi invadidum sit testamentum, si filius non relinquatur legitima titulo institutionis, non tamen negari potest posse testamentum salvari ex prædictis clausulis subintellectis de jure, ut in eo relicta sustineantur, salva legitima filiis debita, ut tenet communis Doctorum sententia, & tenet videndus Cabed. *dec.* 199. *numer.* 2. *in 1. part.* atque ita infero fore validas dictas nominationes, quia etiam in codicillis possunt fieri, ex *L. divus*, ff. *de jure codicil.* *Jaf. Rub. num.* 14. ff. *de legat.* 1. *Caldas d. c.* 8. *ad finem.*

Allegabat filius senior aliam nullitatem contra testamentum ex eo, quia in scriptis erat, vulgo, cerrado, & Tabelio in instrumento approbationis non fecerat mentionem, quod mater testatrix tradiderat sibi testamentum, ut requiritur ex *Ordin. antiqua lib.* 4. *tit.* 76. §. 1. & *in novis*, *titul.* 80. §. 1. ibi: *E elle testador o entregará ao Tabelliaõ perante cinco testemunhas.* Addendo quòd ista *Ordinat.* agit de forma testamenti in scriptis, & inter alias solennitates illam requirit, & ponit decretum irritans, ibi: *Declarando como o testador lho entregou; & ibi: De outra maneira não será valioso o testamento:* & in terminis hujus *Ordin.* ita tenent *Gama dec.* 69. *Valasc. consult.* 7. *num.* 4. *ad finem*, *in 1. part.* *Molina de justit. & jur.* 1. *tom.* *disput.* 125. *vers. de jure verò hujus Lusitaniæ.* Sed respondetur, quòd ea *Ordin.* non procedit in testamento facto inter liberos, quod ex eo defectu non annullatur, ut per *Gam. dec.* 109. ubi ita fuisse judicatum testatur; nam ille defectus solennitatem juris civilis continet, & testamenta inter filios valent, licet sint minus solennia, ex *L. fin. Codic. famil. herciscund. L. hac consultissima*, §. *ex imperfecto*, *Codic. de testament.* *Costa in d. cap. si pater*, verbo,

in suo testamento, num. 2. *Guilhelm. in d. cap. Raynuntius*, verbo *testamentum in 1. num.* 75. *Cabed. dec.* 199. *numer.* 1. & per hæc expedita est præfens allegatio.

ALLEGATIO LXII.

De quodam navigio Gallico, quod ad portum Larache merces prohibitas asportavit, & dum rediret, captum fuit per quendam Capitaneum Catholici Regis Hispaniæ, an foret confiscandum, & quid fuerit judicatum.

SUMMARIUM.

- 1 Refertur casus propositio.
- 2 Inter Christianissimum Regem Franciæ, & Catholicum Regem Hispaniæ non aderat bellum.
- 3 Non habebat locum in eo facto pragmatica facta contra incolas Zelandiæ, & Olandiæ, & Status.
- 4 Pænæ non egrediuntur personas eorū, contra quos sunt statuta.
- 5 Dispositio non applicatur, ubi verba ejus deficiunt.
- 6 Per leges Imperiales prohibentur res certæ asportari ad inimicos tempore guerræ, & non tempore pacis.
- 7 Idem in fructibus aridis.
- 8 Idem statuerunt Pontifices.
- 9 Idem in lege partitæ.
- 10 Quatuor tempora distinguit Cæpola.
- 11 Nec pro redimendo captivo, durante bello,
- 12 Differentia inter Cæpolam, & Stracham.
- 13 Nec in tempore treugæ.
- Ibid. Agitur de lege *Ordinam. quæ loquitur de Granatensib.* & ostenditur, quod cesset.
- 14 Agitur de lege 10. *tit.* 2. *lib.* 8. *novæ collect.*
- 15 De prohibitione facta per legem Lusitanam Emmanuelis Regis, & n. 16.
- 17 Eandem prohibitionem paucis mutatis, fecit Catholicus Rex Philippus II.

- 18 *Est casus Bullæ Cœnæ Domini.*
 19 *Condemnatio mercium, & navigii fuit in prima instantia.*
 20 *Est crimen publicum secundum jura Canonica.*
 21 *Papa tres pœnas imponit deferentibus arma, ferrum, ligamina infidelibus inimicis.*
 22 *Ubi crimen concernit Christianos, & decorem fidei, procedit Summus Pontifex.*
 23 *Non probatur casus fortuitus, nec præsumitur, nisi probetur.*
 Ibid. *Revocata fuit sententia in Consilio Guerra.*

I Joannes de Laudoa nauta, incola de Buquaut oppidi Marencin, accepit à Joanne de Saut incola Baionæ, navigium quoddam nomine Sahaudina, instructum velis, & aliis instrumentis necessariis ad faciendam navigationem in Civitatem Liornæ. Item prædictus Joannes de Laudoa magister navigii confessus est se recepisse in loco de Sangoa ab Oregio Ducasso incola Baionæ certam copiam tritici, duos barriles de aslo, aliam copiam piscis, & de anxarseas, & biscocti, & promisit ea portare in dictam Civitatem Liornæ. Egressus portum Sancti Joannis da Luz in 25. die Maii 1606. relicta navigatione ad Liornæ Civitatem, transmigraverunt in portum de Larache, qui erat sub potestate Maurorum, & ibi vendidit merces quas exportavit tritici, asserii, piscis, & cætera, & comparavit certam copiam coriotum, pellicium vulpinarum, & ceræ, & sequendo suam navigationem devenerunt ad eam partem, quæ nuncupatur, Cabo finis terræ, ubi eum interceptit quidam Petrus de Navarra Hispanus dux navigii Canoa, & attulit ad portum Portugallensem: accusabatur magister navigii ad pœnas juris, quia cum Catholicus, & Christianus esset, detulit res prohibitas ad Saracenos: Præfectus arci Sancti Joannis da Foz Portugallensis mihi causam commisit definiendam.

2 Factum propositum erat probatum

tam ex instrumento, fretamenti, quam ex testibus, & confessionem naturæ, & sociorum, assumpta in interrogationibus factis, atque ita eos condemnandos esse judicabam in amissione navigii, & mercium quas afferebant, non obstante, quod dicebant se esse de jurisdictione Christianissimi Regis Franciæ, & vi tempestatis in portum de Larache appulisse. Allegabam fundamenta sequentia. In primis illud removebam, non esse eas merces captas per viam belli, quia inter Christianissimum Regem Franciæ, & Catholicum Regem Hispaniæ, non aderat bellum, atque ita non habere locum regulam L. 1. ff. de acquirenda possessione, L. hostes, L. si quid in bello, ff. de captiv. & post limin. reversis, cap. jus gentium, 1. distinct. Divus Thomas de regimin. princip. cap. 11. cum aliis citatis per Covarr. regul. peccatum, 2. part. §. 11. num. 1. Armilla aurea, verbo bellum, num. 8. Guilhelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. & uxorem nomine Adelsiam, sub titulo de successione ab intestato, num. 26. Petrus Thosolan. lib. 2. syntagm. juris universi, cap. 4. n. 5. Cabed. dec. 88. n. 1. in 2. part.

Secundo, & illud removebam, non esse ea bona confiscanda per pragmaticas factas per Catholicam majestatem contra incolas Olandensis, & Zelandensis Status, quia prædicti nautæ non erant de illo Statu, & pœnæ non egrediuntur personas eorum, contra quos statuta sunt, L. sancimus, Cod. de pœnis, capit. requisivit, de his, quæ fiunt à maiori parte capitul. neque dispositio applicatur, ubi ejus verba deficiunt, L. 4. §. toties, ubi Paul. ff. de damn. infect. Joann. Cephal. cons. 87. num. 1. lib. 1. Joann. Gu tierres cons. 22. num. 2. Ex aliis tamen juribus res decidenda venit: adest igitur dispositio text. in L. 2. Cod. quæ res exportari non possunt, ubi habetur: Nemo alienegenis barbaris cujuscumque gentis ad hanc urbem sanctissimam sub legationis specie, vel quocumque alio calore venientibus, aut in diversis aliis Civitatibus, vel locis, loricas, scuta, & arcus, sagittas,

gigas, & spatas, & gladios, vel cujuscūque generis arma audeat venundare, nulla prorsus iisdem tela, nihil penitus ferri, vel facti, vel infecti adhuc ab aliquo distrabatur, perniciosum namque Romano Imperio, & proditioni proximum est, barbaris, quos indigere convenit telis, eos, ut validiores reddantur, instruere. Si quis autem aliquod armorum genus quarumcumque nationum barbaris alienigenis contra pietatis nostræ interdicta ubicumque vendiderit, bona ejus universa protinus fisco addici, ipsum quoque capitalem pœnam subire decernimus.

6 Sunt aliæ imperiales, quæ defendunt res certas asportari ad inimicos tempore guerræ, non tamen prohibentur deferri tempore pacis, L. 1. Cod. illo titulo, ibi: *Ad barbaricum transferendi vini, olei, & liquaminis nullam quisque habeat facultatem, nec gustus quidem causa, aut usus commerciorum*: ubi Accurtius dicit idem esse in aridis eadem ratione, & sequitur ibi *Alberic. post Azon. in summa illius titul. Montala in L. 22. tit. 5. part. 1. Boerius dec. 178. num. 11. Navarr. in cap. ita quorundam de Judæis, notabil. 1. num. 8.*

7 Idem statuerunt Pontifices in dict. cap. ita quorundam, ubi prohibendo Christianis deferre ad Sarracenos arma, ferrum, ligamina galearum, addunt, quod tales Ecclesiastica communione præcisos, & excommunicationi subjectos rerum suarum privatione mulctari per Principes Catholicos, & Consules Civitatum, & capientium servos fieri censent: idem deciditur in capitulo ad liberandum, eodem titulo, & in *Extravagant. multamentis de Judæis inter communes, Alexand. cons. 130. lib. 7. Boerius decis. 178. num. 17. Stracha de mercatura, 2. p. num. 40. & 4. part. à num. 12. & eadem prohibitio continetur in cap. significavit, cap. quod olim de Judæis deferri barbaris infidelibus rerum subsidia, quandiu guerra duraverit.*

9 En in L. 4. titul. 21. partit. 4. & in L. 22. tit. 5. part. 5. ubi habetur: *Armas*

de fuste, ni de fierro nõ deven vender, ni prestar los Christianos a los Moros, ni a los otros inimigos de la Fé: otrosi defendemos, que ninguno de nuestro Senhorio nõ les lleve a su tierra, mientras guerrearen conosco, trigo, ni cevada, ni centeno, ni oleo, ni ninguna de las otras cosas, & viãdas, con que se pudieffen amparar, ni gelo vendan, ni gelo den en nuestro Senhorio para llevar a su tierra, & se alguno contra esto biziere, mandamos que pierda por ende todo lo que huviere, y que este su cuerpo a merce del Rey: Ca dar armas, ò hazer otra ayuda a los inimigos de la Fé, assás les farà ayuda con que puedan amparar, y es una manera de traicion: & i'bi notant *Montalvus, & Gregor. Lopez, idem Hostiens. in summa de Judæis, & Sarracen. §. qualiter per totum, optimè Alexand. d. cons. 130. Capola cons. 51. lib. 2. Armilla aurea, verbo, excommunicationo, quæst. 14.*

In eo consil. distinguit *Capola* quatuor casus, sive quatuor tempora: primum guerræ, secundum trepidationis, tertium treugarum, quartum pacis, & concludit, quod in tribus casibus belli, trepidationis, treugarum, nullam rem deferri posse ad barbaros infideles, cum quibus bellum est; & in ultimo casu temporis pacis solum prohibentur ad eos exportare ea, quæ sunt apta ad arma, & ad eos faciendos fortiores ad pugnandum, non autem prohibetur deferre victualia; & in num. 41. refert extravagantem *Papæ Nicolai IV.* qua defendebat exportare ad Sarracenos arma, equos, ligamina, victualia, & alias merces; eam tamen fuisse revocatam asserit, quia non fuit compilata in sexto decretalium, ut dicitur in ejus proemio, & quod *Bonifacius* fecit *aliam extravagantem, quæ incipit, illos*: eandem solutionem per dicta jura ponit *Roder. Soares in allegat. 18. num. 3. Stracha ubi supra, Ful. Clar. in pract. crim. §. ultim. quæst. 67. n. 18. & quæst. 77. n. 25. & ampliatur, quod nec pro redimendo captivo, durante bello, possint dictæ res deferri ex d. cap. significavit, ubi *Abb. Stracha d. 2. part. de**

- de mercatur. n. 41. & communem cum Alex. d. cons. 130. num. 1. & Sylvestro, verbo, excommunicatio 7. num. 6. testatur Ful. Clar. in d. num. 25. Azeved. in L. 10. tit. 2. lib. 8. num. 7. differunt tamen Capola, & Stracha, quia Capola dicit, quod eadem prohibitio, quæ versatur tempore belli, durat in tempore treuguarum: & Stracha in d. 2. part. n. 43. dicit, quod cessante bello, seu inita pace, vel pactis induciis, permillum esse, & quidem indistinctè Christianis mercatoribus cum dictis hostibus, & mercatoribus habere commercium, secum habitare, ad eos quascumque merces exportare, seu exportari facere, quibus Sarracenis, & hostibus commodum etiam, & subsidium afferatur, dummodo non sint merces prohibitæ, & ita inter omnes convenisse, & quod idem scripsit Alex. dict. cons. 130. ex dict. cap. significavit, & dict. cap. quod olim de Judæis, & in eadem opinione esse Boer. dict. dec. 178. num. 18. qui in jure nostro receptum id esse confirmat; sed Azeved. d. L. 10. à num. 3. tenet, quod nec in tempore treuguarum, Rex Ferdinandus, & uxor ejus Regina domina Elisabetha anno salutis nostræ 1480. legem fecerunt Toletò, de qua in L. ultimo tit. 12. lib. 1. Ordina- ment. ubi prohibuerunt in hæc verba: *Por ende mandamos, y defendemos que ninguna, ni algunas personas no sean osadas de sacar, ni saquen para el Reyno de Granada pan, ni armas, ni cavallos, ni otras cosas vedadas, sob las penas contenidas en las leyes de los derechos comunes de nuestros Reynos, que sobre esto disponen.* Hæc prohibitio jam cessat respectu illius Regni Granatensis, quia fuit patrimonio Christi restitutum per eodem Reges Ferdinandum, & Elisabeth, ut ibi advertit Peres column. 318. Post hæc Catholicus Rex Philippus II. extendit dictam legem, & eam fecit generalem in d. L. 10. tit. 2. lib. 8. nova collect. & ejus tenor talis est: *Grandes danos, y inconvenientes se siguen a nuestros naturales, especialmente a los de la Andaluzia, y Reyno de*

Granada de la gran contractacion, que algunos Christianos bazen en tierra de Moros, metiendo, y llevando a los Moros armas, y cavallos, y pan, y otras muchas cosas vedadas, y metiendo Moros mudaxares, captivos, malos Christianos por los puertos, para que se queden en tierra de Moros: por ende mandamos, que ninguno, ni algunas personas no sean osadas de sacar, ni saquen para tierras de infieles pan, ni armas, ni cavallos, ni otras cosas vedadas, sob las penas contenidas en las leyes de los derechos comunes, y de nuestros Reynos, que sobre esto disponen: y se sacaren, ò dieren favor, consejo, ò ayuda para que salgan Moros mudaxares, ò que possen en salvo los Moros que cá estuvieren captivos, ò malos Christianos que se fueren a tornar Moros, ò Judios, q̄ sean havidos por alevosos, y vueran por ello: y que los tales Moros mudaxares sean captivos de quien los tomare, y ayando todo lo que llevaran, y los tales malos Christianos sean quemados en fuego por justicia, y los bienes que llevaren, sean de quien los tomare, y prendiere, lleve luego las tales personas, y bienes para la justicia del lugar más cercano donde los tomare, que cognosca de la causa, y se execute esta ley: quam legem multis exornat doctissimus Azeved.

Et in Regno Lusitano Serenissimus Rex Emmanuel in Ord. lib. 5. tit. 81. in princip. prohibuit, quod nullæ personæ, tam incolæ illius Regni, vel dominorum ad illud pertinentium, quàm extraneæ detulissent, nec vendidissent, nec mandassent vendere Mauris armæ cujuscumque sortis, & qualitatis offensivæ, nec cinerem sulphureum, nec materiam ad eum conficiendum, nec navigia, nec materiam ad eorum fabricacionem, neque linum canabem, neque alia tormentâ bellica, neque alias res ex quibus confici possent, & ex quibus inimici possent commodum, & adjutorium suscipere in actu belli, pæna comminata amissionis bonorum mobilium, & immobilium, dimidia ad Cameram suam, & altera delatori, & accusatori, & exilii in Intu-

ALLEGATIO LXIII.

229

16 Insulam Divi Thomæ in perpetuum, & quòd in eandem poenam incurrent, tam naturales, quàm exteri, qui in locis Africanis reperirentur cum dictis armis, & rebus vetitis in dictis locis Africanis; & in §. 1. *ejusdem Ord.* disposuit, quod si aliquæ ex dictis personis captæ in transgressu ad vendendum dictas res prohibitas in terris Mauritanis, vel in illis comprehensæ essent cum aliqua ex dictis rebus, jussit quod ultra amissionem earum rerum, quæ apud ipsos inventæ essent, amitterent quoque omnia bona sua, & fierent servi capientium, ut secundum jus Canonicum, & commune erat dispositum; & in §. 2. prohibuit, quod nulla persona cujuscumque conditionis esset, tam naturalium, quàm exterorum deferat ad terras Maurorum inimicorum nostræ sanctæ Fidei Catholicæ, & illius, panem, vinum, oleum, salem, ceram, melle, sebum, nec alias merces, durante bello, secundum decreta Sanctorum Patrum, & qui contra fecisset, si esset exterus, ipso facto amitteret merces, quas detulisset, & alia bona, quæ in suo Regno, & dominiis habuisset, & navigium in quo merces vehebantur: & si mercator, vel dominus navigii esset suus subditus, vel naturalis, amitteret merces, & omnia bona sua applicata Coronæ Regiæ; & de ea lege mentionem fecit *Peres in d. L. ultim. fol. 320. & Navarr. in d. cap. ita quorundam in notabili 1. num. 8. ad fin.*

17 Hanc legem paucis mutatis circa exilium in Insula S. Thomæ ad partes Brasiliæ approbavit Catholicus Philippus II. *nova Ordinatio. lib. 5. titul. 109.* verumtamen istæ leges Lusitanæ in præfenti hypothese locum non habent, quia loquuntur in naturalibus, & exteris residentibus in ea corona, vel in dominiis ad eam pertinentibus, non in cæteris in aliis Regnis commorantibus; & docet *Gama dec. 385.* ubi agit de quadam præda facta per quosdam Gallos quibusdam Hispanis de Cadis, qui commercium habuerunt in dicto portu de Larache, & inde jam egressi iter per mare faciebant,

& capti fuerunt in ea parte, quæ dicitur Espartel, tempore, quo bellum vigeat inter Francigenas, & Hispanos, de quo agit etiam *Boer. d. dec. 178. n. 1.*

18 Ultra hæc est casus Bullæ Coenæ Domini, ut patet ex *Bulla Clementis VIII. cap. 7.* & ibi tradunt *Vivald. in Candelabro aureo à num. 159. Jacob. de Graf. lib. 4. decision. aurearum, cap. 18. numer. 100. Soares 5. tomo de censuris sputat. 21. à num. 51.* & in facto proponitur, quod præsens præda fuit capta per præfatum ducem Petrum Navarrum, & causa ventilatur apud præfectum urbis S. Joannis da Foz.

19 Et his relatis eos condemnabam in amissione mercium, & navigii ex *d. L. 10. titul. 2. lib. 8.* quia etiam comprehendit exteros, qui commercium habuerunt in dictis partibus Maurorum infidelium cum mercibus prohibitis, propter injuriam, quam faciunt incolis, & vassallis Regis, præcipuè iis, qui habitant in Provincia de Andalusia, vel Granatensi, quos Rex potest defendere, & tueri poenis comminatis contra facientibus. Rursum quoniam jubet eos puniri poenis juris communis, tam Regni, quàm Canonici, ex *d. cap. ita quorundam de Judæis, & docent Boer. d. dec. 178. & Stracha de mercatura, d. 4. part. à num. 12.* 20 & jura Canonica faciunt hoc crimen publicum, & concedunt omnibus Principibus, & Consulibus Civitatum delinquentes capere; & judicare, & ibi *glossa, verbo, privatione,* dicit quod potest Papa hoc facere ratione criminis commissi, & in eodem textu *Abbas num. 5.* inquit 21 quod Papa tres poenas imponit deferentibus arma, ferrum, & ligamina infidelibus inimicis, scilicet excommunicationem, privationem bonorum, & facit eos servos capientium, & *num. 2.* dicit *Abb.* quod ubi delictum concernit Christianos, & decorem fidei, exercitat Summus Pontifex suam jurisdictionem contra laicos, & ibi etiam notant *Anton. Anan. num. 2. & Felin. numer. 5.* & ex istis fundamentis Reos delinquentes condemnabam. 22

13 Nec probant casu fortuito portum Larache appulisse, nec præsumitur de jure, nisi probetur ab allegante, ex *Bart. L. si quis, numer. 5. ff. de edendo, Socin. conf. 252. num. 7.* cum aliis citatis per *Sebastian. de Medicis de casib. fortuitis, lib. 1. cap. 14.* nectalis casus eos excusabat, quia proponebatur merces prohibitas Mauris Larache distraxisse. Causa tamen remissa fuit ad Consilium Guerræ, & in eo decisum fuit, quod prædicta bona restituerentur.

ALLEGATIO LXIII.

An parentes possint convenire, ut bonorum, quæ afferunt, fiat maioratus pro primogenito nascituro in præjudicium aliorum, si qui supernalcantur, an sustineatur in tertia.

SUMMARIUM.

- 1 Casus propositio.
- 2 Quilibet ex bonis suis potest maioratum constituere.
- 3 Patres, & Matres sunt debitores in legitimis.
- 4 Descendit hæc obligatio de jure naturali.
- 5 Datur conditio ex lege pro petenda legitima.
- 6 Non datur hypothecaria.
- 7 Possunt filii consentire, quod suæ legitimæ annexentur maioratus.
- 8 Non consentientibus non valet, quando non supersunt alia bona, de quibus possint deducere legitimas.
- 9 Possunt fieri de licentia Regis, relictis aliis filiis competentibus alimentis.
- 10 Valet tamen in tertia.
- 11 Si mater percepit fructus maioratus ad filium pertinentes, de ejus bonis solvendi sunt.
- 12 Limitatur, remissivè.

Quædam nobilis Lusitana matrimonium contraxit cum quodam viro nobili ejusdem Regni, attulit in dotem duodecim millia ducatorum, & maritus ei promisit quatuor milla ducatorum nomine arrharum, & conveniunt, ut ex ea pecunia, tam dotali, quam nomine arrharum promissa, bona stabilia compararentur, quæ vinculo maioratus subjecta essent, & in eo primogenitus succederet, & quod ipsa dum viveret, possideret, & fructus ejus perciperet absque ulla molestatione faciendâ per filium, nec per alium successorem. Effectum habuit matrimonium, & ex eo nati sunt plures filii, nec alia bona habuit præfata foemina: decessit primò maritus superstitè uxore, & deinde ipsa decessit relictis filiis: quæsitum fuit an valeret talis maioratus constitutio.

In hac quæstione respondi, quod licet quilibet ex bonis suis possit maioratum constituere, nisi reperiat prohibitus, quia hoc edictum est prohibitorium, ex *L. si queramus ff. de testament. & aliis juribus, per quæ ita tenet Mieres de maiorat. 2. part. quæst. 1. numer. 2. & numer. 16. Molina Theolog. de justit. & jure, 3. tom. disput. 576. num. 11. & disp. 578. num. 3.* tamen non idem erit si filios habeat, nam patres, & matres sunt debitores aliis in suis legitimis, & filii dicuntur creditores respectu legitimarum, ex gloss. ultim. *Bart. & Padilha num. 32. in L. 3. C. de jur. & fact. ignor. Aretin. conf. 156. column. ult. Anton. Peregrin. de fideicommiss. artic. 36. n. 33. Michael Crassus in §. legitima, quæst. 14. num. 1.* & descendit hæc obligatio ex jure naturali. ex *L. cum ratio ff. de bon. damnatorum, Menchaq. de success. creat. §. 20. num. 320. Crassus in d. §. legitima, quæst. 2.* pro qua petenda datur conditio, ex *L. omnimodo, Cod. de inofficios. testamento*, quam communem esse appellat *Alexand. conf. 78. lib. 3. Anton. Chuchus in Authent. novissima, in rubr. bona an sint pro legitima hypothecata, n. 3. Anton. Gabriel lib. 6. commun. titul. de le-*

legitima conclus. 5. *Padilba d. L. 3. n. 37.*
Bologninus cons. 59. num. 2. & num. 4.
 6 & hanc esse tenendam; quia in jure cau-
 tum non reperitur dari talem hypothe-
 cam, dicit *Crassus in d. §. legitima, q. 14.*
ad finem.

7 Possunt tamen filii consentire, quod
 eorum legitimæ annexentur maioratui,
 ex *gloss. verbo, judicium, in L. si quando*
§. & generaliter, Cod. de inoffic. testam.
 ubi sequuntur *Bartol. Salicet. & Jason.*
Palat. in repetition. rubr. §. 47. numer. 2.
Molina de primogen. Hispanor. lib. 2. cap.
3. num. 7. Joseph. Ludov. dec. Lucensi 28.
num. 46. Molina Theolog. 3. tom. disput.
 8 579. num. 37. cum quo declara, & illis
 non consentientibus non valet talis con-
 stitutio maioratus, cum non superessent
 alia bona, ex quibus possent legitimas
 sibi debitas deducere, ex *Joan. Fabr. in*
L. ultim. Cod. de pactis. Corcetus deci-
ssion. Tholosæ 452. Tiraquel. de primogen.
quest. 6. à num. 16. Joann. Gutierrez de
jurament. confirm. 1. part. cap. 59. n. 4.
Valasc. consult. 130. num. 12. in 2. tomo,
 & ut fieret, erat necessaria licentia Regis,
 9 ex traditis per *Roder. Soares in L. quo-*
niam in prioribus, in declaratione ad le-
gem Regni, limit. 2. num. 17. Mieres de
maioratu 1. part. quest. 1. n. 16. Molina de
primogen. lib. 1. cap. 1. Molin. Theolog.
d. disput. 578. num. 5. competentibus ali-
 mentis filius relictis, & absque consensu
 filiorum, vel Regia licentia, non valent,
 nec in foro exteriori, nec in foro poli, ut
 docent iidem *Molin. alter d. cap. 1. n. 9.*
 & alter *disput. 578. n. 4.*

10 Valebit autem in tertia parte bono-
 rum, de qua potuit disponere, & in aliis
 bonis habebunt filii legitimam, & ita
 colligitur ex *Cardin. cap. 1. de filiis natis*
ex matrim. ad morganat. contract. & ibi
Afflicti. num. 6. & 9. Tiraquel. de primo-
gen. quest. 7. num. ult. ad finem, Valasc.
consult. 153. num. 12. & numer. 19. in 2.
tom. Molin. Theolog. d. disput. 576. n. 11.
Mieres de maiorat. 1. part. in initio n. 8.
 ubi docet, quod quando maioratus ex-
 cedit tertium, & quintum sustinebitur
 in eo tertio, & quinto, ex *L. Divus, ff.*

de usu, & habit. Azeved. ad L. 8. tit. 6.
lib. 5. novæ collect. num. 2. Roder. Alvar.
lib. 2. de conject. mente testator. cap. 2. §. 1.
num. 96. & facit pro hac parte L. 1. &
L. si totas, Codic. de revocand. donation.
Ful. Clar. in §. donatio, q. 22. n. 2.

Propositum fuit aliud dubium, nam **ii**
 mater percepit fructus alterius maiora-
 tus ad filium pertinentis, & iii divisio-
 ne petebat, quod solveretur sibi valor
 dictorum fructuum ex bonis maternis,
 & respondi justè petere, ex doctrina
Bart. in L. litis, §. pater, ff. de negot. gest.
 ubi sequuntur *Bald. Angel. & Paul.*
Palat. repetition. rubr. §. 42. numer. 9.
Afflicti. dec. 241. Pinel. L. 1. Cod. de bo-
nis matern. 2. part. num. 29. Gutierrez
1. part. de jurament. cap. 4. à num. 19.
 adde *Castilb. de usufruct. cap. 3. n. 107.*
Escovar de ratiocin. cap. 3. à num. 23. &
 post alios *Spinus de testament. gloss. 18.*
principal. num. 80. ubi in versic. quo fit,
 adhibet quandam declarationem latis
 æquam, & confirmatur ex adductis per
Gutierrez d. loco; num. 23. & extra eam **12**
 declarationem; licet filius in vita ma-
 tris fructus non petierit; actionem ha-
 bebat contra hæredes matris; ex addu-
 ctis per *Gutierrez d. cap. 4. numer. 18. &*
Azeved. in L. 9. num. 25. titul. 1. lib. 5.
novæ collect. contra Castellum in L. 48.
Taur. n. 11.

ALLEGATIO LXIV.

An maritus possit persequi injuriam fa-
 ctam uxori; & an uxor injuriam sibi
 factam persequens, debet habere li-
 centiam mariti; & an maritus possit
 remittere injuriam factam uxori.

SUMMARIUM.

- 1 Potest maritus persequi injuriam fa-
 ctam uxori suæ.
- Ex injuria facta uxori oriuntur tres a-
 ctiones, d. n. 2.
- 2 Fallit in filia emancipata.
- 3 In Regno Castelle, & Lusitano ex
 inju-

injuria facta uxori, solum ipsi, & marito competit actio.

4 *Reprobatur opinio Castelli, & n. 5.*

6 *Salvatur opinio Castelli in eo Regno, quando injuria fit filiae nuptae, ante susceptas velationes.*

7 *Defendi debent uxores à viris, non è contra viri ab uxoribus.*

Ibid. Limitatur, nisi injuria facta marito redundaret in injuriam uxoris, ut in exemplis positis.

Ibid. Vel quando maritus occisus est.

8 *Sublimitatur, nisi mulier secundo nubat.*

9 *Fuit practicum in casus contingentia.*

10 *Injuria dicitur verbalis, quae fit verbo, vel scriptura.*

11 *Differentia inter populares, & nobiles circa prosecutionem injuriarum verbalium.*

12 *Condemnatio facta in plus, quam Ordinatus permittat, annullatur in excessu.*

13 *Mulieres volentes accusare suas injurias debent habere licentiam mariti, vel judicis.*

14 *An possit maritus, cum sit caput uxoris, remittere injuriam illi factam.*

POtest maritus persequi injuriam factam uxori suae, ex *L. 1. §. per alias ff. de injuriis*, ibi: *Aut uxori; & in §. ult. ad finem*, ibi: *Aut uxore mea; & in §. patitur, inst. eodem*: ex qua injuria tres actiones oriuntur; prima ipsi uxori, secunda marito, tertia patri uxoris, ex *dict. §. ultim.* ibi: *Idem ait ex una injuria interdum tribus oriri injuriarum actionem, neque unius actionem, per aliam consumi, ut puta uxori meae, filiae familias injuria facta est, & mihi, & patri ejus, & ipsi injuriarum actio incipiet competere, L. 2. tit. 1. L. 9. tit. 9. part. 7.* Hoc tamen fallit in filia emancipata, quae non est in patris potestate, nam lex loquitur in filia familias nupta, quia de jure communi filia per matrimonium non exibat à patris potestate, ut ibi advertit *gloss. ultim. per L. si*

uxorem, Cod. de condit. insert. & sequuntur Bart. & Angel. in eodem §. fin. Cum autem in Regno Lusitano, & in Regno Castellae filia per matrimonium exeat à patris potestate, in hoc post velationem, in eo per solum matrimonium contractum per verba de praesenti ex *Ordinat. Lusitana, & Castellana*, de quibus egimus *allegat. 24.* si injuria fiat filiae nuptae, tantum ipsi, & marito, non autem patri, actio injuriarum competit cessante patria potestate, *Gregor. in d. L. 9. gloss. 3. & sequitur Azeved. in L. 8. tit. 1. num. 30. & 31. lib. 5. novae collect.* unde reprobandus est *Castel. in L. 47. Taur. verb. en todas, ad finem*, ubi tenet adhuc patri competere actionem ex injuria facta filiae suae nuptae, & hoc quia istud est jus contra tertium, quod non videtur sublatum per dictam legem, licet habeat pro se opin. *gloss. in dict. §. patitur, verbo, patris*, quam ipse non citavit, ubi tenet, quod etiam si filius non sit in potestate, tamen pater habebit actionem injuriae, ex injuria facta illi.

Sed verius est contrarium; quia filia per matrimonium exit à patris potestate quoad omnes effectus, ut deduxi in *d. allegat. 29.* & ideo pater non habebit actionem suo nomine ex injuria facta filiae nuptae, & non obstat *gloss. dict. verbo, patris*, quia non est vera per *L. sed si unus, §. ait praetor, versicul. idem est etsi emancipatus, ff. de injur.* & ita eam *gloss. in d. §. patitur*, reprobant ibi *Foann. Faber. & Angel. Nicassius num. 4. Foann. Ovin. num. 4.* dicens contra glossam esse veriorum, & communem sententiam: admittetur tamen opinio Castelli in Regno Castellae, quia quando injuria facta fuerit filiae nuptae ante velationes acceptas, cum sit adhuc in patris potestate, utique etiam pater habebit suo nomine actionem injuriae, ex injuria facta filiae, & habebit locum dispositio *d. L. 1. §. fin. ff. de injur. & dict. §. patitur*, & è converso si injuria fiat viro, nulla actio competit uxori, quia, ut inquit *I. C. in L. 2. ff. de injur.* uxor non agit ex injuria facta viro, quia defendi uxores

ALLEGATIO LXIV.

233

uxores à viris, non viros ab uxoribus æquum est; & idem probatur in *d. §. patitur, vers. contra autem*; & est ratio; quia vir est caput mulieris, non è contra, ex *cap. hæc imago 33. quæstion. 5. ubi gloss. & Archidiacon.* & ita docet *Alber. in d. L. 2.* Limitatur hæc doctrina, quando injuria facta marito redundaret in injuriam ipsius uxoris, ut quando quis maritum vocat coqu Callicè, vel co-geul in lingua Occitana, vel maritum meretricis, lenonem de uxore sua, nam & tunc etiam mulier aget pro injuria sua, quia ex omnibus, quæ dicta sunt ad infamiam, vel sugillationem alicujus, nascitur ei injuria, ex *L. lex Cornelia, §. fin. & in L. item apud Labeonem, §. ait prætor, versic. generaliter ff. de injur.* & docent *Faber num. 4. Angel. num. 2. in d. §. patitur, & ibi Ovinus num. 14.* vel quando maritus occisus est, & mulier accusat ejus occisores, ex *Alexand. in L. 1. §. ultim. ff. de injuriis, Bartol. L. 2. num. 2. ff. de accusat. Plaça de delict. lib. 1. cap. 40. numer. 18. Gomez num. 32. in 3. tomo cap. 1. Padilha in L. transigere, num. 57. Cod. de transact. Bertach. in ult. parte sui repertorii, verbo, uxor agit versic. 8.*

Quod debet limitari, nisi mulier secundò nubat, quia tunc non poterit accusare mortem mariti, quem offendit secundas nuptias contrahendo, ex text. in *Auth. de nuptiis, §. non est collat. 4. regul. ex eo lib. 6. Bologninus cons. 23. num. 7. ad fin. Vilbalpan. ad L. 27. tit. 1. part. 7. §. 40. num. 4. & §. 43. numer. 4.* & vidi judicatum in Senatu Portugallensi, in quo patrociniū accusato præstiti, nomine Gaspari Roseima incolæ oppidi de Penedono, accusato de morte cujusdam hominis, & opposuit contra uxorem occisi, quod secundò nupserat, & non erat admittenda ad accusationem, & ita judicatum fuit: sunt acta poenes Andream de Matos Actuarium Præsidis criminalis illius Senatus: adde *Farinac. 1. tom. q. 13. n. 16. & 17.*

Adde, quòd injuria non solum dicitur verbalis, quæ dicitur verbo tenus, sed ea, quæ scribendo fit, quia scrip-

tura loquitur, *L. non figura 37. ff. de action. & obligation. ibi: Quatenus non minus placuit valere quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significaretur; & in L. Arriani, Cod. de hæretic. & manich. Bertach. verbo scriptura, vers. scriptura semper loquitur & docent Roman. cons. 378. num. 1. Aufr. ad Capellam, dec. 127. numer. 9. Anar. Gayl. pract. observat. cap. 104. num. 1. in* it

eo tamen est differentia, quod populares prosequuntur suas injurias verbales coram iudice, qui eas determinare tenentur in Camera Consilii cum Decurionibus; & condemnare injuriantem usque ad metam sex mille regalium numerorum; & si in plus condemnant, in excessu annullatur condemnatio: & si nobiles prosequantur suas injurias coram iudice; ille per se solum judicare debet cum appellatione ad superiore[m], ex *Ordinat. lib. 1. tit. 65. §. 25. & 26. deducta ab antiq. lib. 1. tit. 44. §. 45. & 46.*

Si mulieres injuriatæ voluerint suas injurias persequi, & accusate in iudicio, debent hoc facere de licentia mariti, vel iudicis, ex *Palat. in L. 55. Tauri n. 14. & ibi Castellus, verbo, haziendo, versic. quod procedit, nec dum in civilibus, sed etiam in criminalibus,* it

& ibi ponit pericula, quibus mulieres conjugatæ litigando per se sine licentia maritorum, vel iudicis, se subjiciunt; potest autem maritus, cum sit caput mulieris, remittere injuriam illi factam. *Catald. de syndic. num. 128. Azeved. in L. 8. titul. 1. lib. 5. novæ collect. num. 32. Joseph. Lud. de injuriis, conclus. unic. versic. ampliatertio,* quæ omnia nota, sunt enim quotidiana, & utilia in practica.

ALLEGATIO LXV.

De viduis, pupillis, personis miserabilibus, quando possunt trahere suos adversarios ad Curiam, ubi multa tractantur,

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de Ord. Lusit. citata.
- 2 In Senatu civilium causarum erant iudices, qui vocabantur sobrejuizes.
- 3 In eorum locum successit iudex actionū novarum.
- 4 In senatu Portugal. creatus est iudex actionum novarum, & prætor civilium causarum.
- 5 Quando Senatus civilium causarum erat Ulissipone, viduæ, orphani, & miserabiles personæ habebant tres iudices.
- 6 Quod immutatum est post creationem Senatus Portug.
- 7 Ordin. it. Lusitana, & Castellana in eo privilegio sunt conformes juri communi.
- 8 In legibus Castellæ non limitatur ætas in orphanis ad hunc effectum trahendi suos debitores ad Curiam.
- Ibid. In Ordin. Lusitana taxatur ætas in masculis in 14. anno, & in fœminis anno 12.
- 9 Pupillus propriè dicitur, qui exit de patris potestate.
- 10 Impropriè dicitur pupillus, qui est in potestate patris.
- 11 Differentia inter L. unic. Cod. quando Imperator inter, quæ loquitur de pupillis; & leges Castell. & Lusitan. quæ loquuntur de orphanis.
- 12 Non competit hoc privilegium pupillis, seu orphanis maioribus 14. annorū respectu masculorum.
- Ibid. Non respectu fœminarum, & n. 20.
- 13 Qui in utero est, propriè non dicitur pupillus.
- 14 Potest ei dari tutor.
- 15 Ubi agitur de commodo ejus, qui in utero est, pro nato habetur, & n. 16.
- 17 Si non nascatur, pro non dato habetur talis tutor.
- 18 Talis tutor potest trahere ad Curiam eos; quibus nomine partus futuri litem movere vult, sive activè, sive passivè.
- 19 Non solum competit viduis propriè, sed etiam iis, qui maritos inutiles habent.
- 20 Item habet locum in mulieribus, quæ celibem vitam agunt.
- 21 Ordin. exprimit duas species, alteram in viduis orbatis maritis, alteram in mulieribus vitam celibem agentibus, & non loquitur de aliis, & ita practicum in casu posito.
- 22 Idem procedit in fœminis filiabus familias, ut possint trahere, licet sint in patris potestate.
- 23 Habet locum non solum in litibus motis per eos, sed, & in iis, quæ motæ fuerunt in tempore maritorum, & patrum.
- 24 Limitatur L. ubi cceptum, ff. de judiciis.
- Ibid. Ampliatur etiam quando succedunt illis quorum hæredes sunt.
- 25 Competit viduis, vel iis, quæ celibes sunt, si sint honestæ, & honestè vivant.
- 26 Minor ætas non præsumitur, nisi probetur.
- 27 Nec ea qualitas honestatis, nisi probetur, præsumitur.
- 28 Competit privilegium trahendi ad Curiam orphanis, & viduis divitibus.
- 29 Competit etiam maioribus, si causa communis sit.
- 30 Non procedit in vidua, quæ maritum occidit.
- 31 Nec in muliere inhonestè vivente.
- 32 Nec competit quando lis est super iuribus regalibus.
- 33 Passivè mota.
- Ibid. Quando activè, possunt eligere iudices municipii, vel bonorum Regiæ Coronæ.
- 34 Vidua habens jurisdictionem non utitur privilegio trahendi ad Curiam.
- 35 Idem privilegium datur personis miserabilibus.

- 36 Non dantur eis literæ citatoriæ, nisi faciant justificationem suæ paupertatis.
- 37 Pars citata potest negare eam qualitatem.
- 38 Non utantur eo privilegio contra similem.
- 39 Non utuntur in causis parvi valoris in quibus plus expenditur.
- 40 Non utuntur in causis spoliï novi, depositi, rerum consignatarum, mercedium famulorum.
- 41 Causa spoliï novi mota intra annum à die, quo factum est agitur summarie.
- 42 Potest spoliator conveniri in eo loco, ubi commisit spoliium.
- 43 Causa depositi, & rerum consignatarum habet cursum summarium, & accipiens compellitur illicò restituere.
- Ibid. Instrumentum depositi habet executionem, sicut res iudicata.
- 44 Depositarius non habet fori præscriptionem.
- 45 Hæc procedunt in deposito vero, non in confessato.
- 46 Causa mota super mercede famulorum, & operariorum, est summaria.
- 47 Hæc non procedunt, si Præses Curialis, vel iudex actionum novarum sit in eo loco ubi lis agitari debet.
- 48 An possit tale privilegium renuntiari, nec datur variatio.
- 49 Variatio in iudicio est erubescenda.
- 50 Non competit tale privilegium in causis criminalibus.
- 51 Quando accusatores, vel accusati perhorrescunt potentiam adversariorum, utuntur remedio de quo.
- 52 Viduæ, orphani, & personæ miserabiles conventi coram præsidibus possunt declinare ad iudices municipii.
- 53 Duo habent privilegia, alterum ut trahant, alterum ne extrahantur.
- Ibid. Infertur declaratio ad Ordin. Præsidum Provincialium.
- 54 Non derogat privilegio speciali, quod prædictæ personæ habent.
- 55 Si volunt declinare ad iudicem actionum novarum, vel ad Præsidentem Curialem, debent facere ante litem contestatam.
- 56 Exceptio declinatoriæ est dilatoria, & ponenda ante alias exceptiones.
- 57 Limitatur in orphano, si eligat coram Præside Curiali, vel iudice actionum novarum litigare, ratione de quæ.
- 58 Minor non habet restitutionem contra declinatoriam fori.
- 59 Viduæ, orphani, & personæ miserabiles habitantes in terris dominorum, qui habent cognitionem in prima instanzia, possunt trahere ad Curiam eorum vassallos.
- 60 Idem in terris Infantium, quatenus actores, quatenus rei possunt eligere, vel iudicem municipii, vel eorum auditorem.

IN Ordin. Lusitana antiqua lib. 3. tit. 4. §. 3. & in nova Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. ita disponitur; E o orfaõ varaõ menor de quatorze annos, & a femiea menor de doze annos, & a viuva honesta, & pessoas miseraveis, ainda que sejaõ attores, tem privilegio de escolher por seu Juiz os Corregedores da Corte, ou o Juiz das acçoens novas na Casa do Porto; sendo do seu districto, ou os Juizes ordinarios do lugar, a que directamente pertenceria o conhecimento da causa, qual elles mais quizerem; & esta mesma escolha terá a viuva, & orfaõ nos feitos que ficarem começados por morte de seu pay, ou marido, ora fosse author, ou reo; porém se o orfaõ, ou pessoa miseravel tiver contenda com outra de semelhante qualidade, o autor seguirá o foro do reo; o qual reo poderá escolher o Juiz ordinario, ou os Corregedores da Corte, ou os Juizes das acçoens novas da Casa do Porto, sendo do seu districto, salvo se a contenda for sobre força nova, guarda, & deposito, soldada, ou jornal: porque nestes casos poderá o athor, ainda que privilegiado não seja, demandar perante os Corregedores da Corte, ou perante o dito Juiz das acçoens novas, se o dito Corregedor, ou Juiz estiver no lugar onde a demanda se tratar, ou perante os Juizes ordinarios do dito lugar a que o conhecimento pertencer: & o que houver escolher, não poderá mais neste fei-

tomar outro: e sendo caca huma das ditas pessoas demandadas perante os Corregedores do Civel da Cidade de Lisboa, poderá declinar para os Juizes da dita Cidade, e será a elles remetida.

2 In ornatum, & explicationem hujus Ordinationis sciendum est, quod uterque Senatus, tam civilis, quam supplicationis erant in urbe Ulyssiponensi, & in Senatu civili erant olim quidam judices, qui cognominabantur sobre juizes, qui cognoscebant de causis viduarum, & orphanorum, & personarum miserabilium, & de aliis, prout continetur in *Ordin. antiqua lib. 1. titul. 32. §. 1. & sequentibus*: in cujus locum successit

3 judex actionum novarum in eodem Senatu: hunc Senatum civilem transmavit Rex Philippus I. & in eo creavit

4 judicem actionum novarum, & præto-rem civilium causarum, ut videre est ex *Ord. lib. 1. tit. 39. in princ. & §. 2.*

5 Secundò sciendum est, quod olim dum Senatus ille civilis in urbe Ulyssiponensi residebat, habebant orphani, viduæ, & personæ miserabiles tres judices, coram quibus poterant causas suas civiles tractare, nempe vel coram Prætoribus Curialibus, vel coram judicibus actionum novarum, vel coram judicibus municipiorum, & post transmutationem Senatus habent tantum duos judices; nam viduæ, orphani, & personæ miserabiles de districtu Senatus Supplicationis possunt trahere suos litigatores

6 Præsidibus Curialibus, qui de causis civilibus cognoscunt: viduæ verò, orphani, personæ miserabiles de districtu Senatus Portugallensis possunt trahere suos litigatores coram iudice actionum novarum, ut probat *Ordin. nova in d. tit. 5. §. 4.* quod si omissis judicibus maioribus velint litigare coram judicibus municipiorum, debent eligere judicem municipii reorum, & hoc significant verba *d. Ord.* ibi: *Ou os Juizes ordinarios do lugar a que directamente pertenceria o conhecimento da causa: juncta L. 2. de jurisdiction. omn. judic. & Ordin. lib. 3. titul. 10. & titul. 11. in novis, in princip. &*

ita decretum fuit in senatu, ut docet *Cabedo Aresto 87. in 1. part. suarum decisionum.*

His prælibatis, primò ex ea Ordinatione defumitur, quod concedit orphanis, viduis, & personis miserabilibus privilegium trahendi ad Curiam; quod idem de jure communi dispositum fuit in *L. 1. Cod. quando Imper. inter pupillum, & apud Castellanos in L. 41. titul. 13. part. 3. lib. 4. novæ collect. & in aliis legibus citatis per Covarr. præct. cap. 6. num. 7. & cap. 7. n. 1.*

Secundò deducitur, quod in *d. L. 41. & in d. L. 10.* fit mentio de orphanis, non designata ætate, atque ideo *Gregor. Lopez in eadem L. 41. gloss. 1.* tenet posse orphanos trahere suos adversarios ad Curiam, licet sint majoris ætatis quatuordecim annorum; at in *Ordin. Lusitana* terminatur ea ætas in masculis in anno 14. & in foeminis in ætate 12. annorum, & hac ætate finitur impubes ex *princip. quib. modis tutela finitur*, ibi: *Ideo nostra sanctione promulgata pubertatē in masculis post decimum quartum annum completum illi eò initium accipere disposuimus, antiquitatis normam in foeminis bene positam in suo ordine relinquentes, ut post duodecim annos completos, viri potentes esse credantur*; atque ita *Angel Nicasius, Mynsinger. & Joan. Ovin.* idem probatur in *L. fin. Cod. quando tutor, vel curator esse defierit. Ord. lib. 4. tit. 104. §. ult.*

Tertiò deducitur, quod in terminis juris pupillus proprie dicitur, qui exit de patris potestate, vel per emancipationem, vel per mortem patris, ut in *L. pupillus 139. ff. de verborum signific. Gregor. Lopez in L. 30. titul. 13. part. 5. gloss. 2. Præteus, verbo, pupillus, in suo Lexicon, Petrus Tholosan. lib. 12. syntagmat. juris universi, cap. 1. num. 4.* licet improprie etiam pupillus dicitur, qui est in patris potestate, & habet nomen filii familias, *L. fin. §. pupillus, ff. de iis qui sunt sui, vel alieni juris, L. pronuntiatio, §. 1. ff. de verborum significat. Rebuff. in d. L. pupillus, vers. secundo,*

Nicasius in d. princip. institut. quibus modis tutela finitur.

Quartò deducitur, quòd in *d. titulo, Cod. quando Imperator*, inter pupillum, & viduam, in rubro, & in nigro loquitur per verbum pupillus, at leges Castellæ, & Lusitanix loquuntur per verbum *orfaõs*, quod verificatur in eo, qui est orbatus patre; & ita accepit *Paul. in d. rubr. Gregor. in d. L. 41. gl. 1. Covarr. d. cap. 6. num. 2. Petrus Tholos. d. cap. 1. num. 4. Azeved. d. L. 10. num. 7. Cabed. dec. 99. numer. 12. in 1. part. ubi dicit ita accipi in terminis, dict. L. 3. per gloss. 1. in dict. L. 1. & per Paul. in dict. rubric.*

Quintò deducitur, quòd dum ea Ord. hoc privilegium concedit respectu masculorum usque ad ætatem 14. annorum, si contingat eos esse maiores ea ætate, non utentur dicto privilegio thahendi ad Curiam, nam ad hunc effectum Ordinatio loquitur de orphanis in ea ætate, ut alios excluderet, ex *regul. L. cum. prætor, ff. de judic. respectu autem foeminarum, licet Ordin. etiam in illis statuatur ætatem 12. annorum, non tamen eisdem negatur privilegium trahendi ad Curiam, quamvis sint maioris ætatis, ut infra deducam.*

Sextò deducitur, quòdis qui in utero est, propriè non dicitur pupillus, *L. non est 162. ff. de verbor. significat. ubi Cæpol. Alciat. Rebuff. Camil. Gal. lin. de verbor. signif. lib. 4. cap. 4. num. 10.* Cæterum potest ei dari tutor, ex *§. cum autem, instit. de tutel. ubi Ang. & Mynsing. & Pichar. num. 8. ubi citat L. 3. titul. 16. part. 3. Alciat. & Rebuff. uterque ad fin. in d. L. non est*; quia ubi agitur de commodo ejus, qui in utero est, pro nato habetur, *L. qui in utero ff. de statu hominum, L. quod dicitur, ff. de verborum significat. Cæpola in d. L. non est, ad fin. & talis datio tutoris pro non dato habetur, non nato partu, ex *L. cum pater, ff. de negot. gest. per quam ita tenent gloss. & Alciat. ad fin. in d. L. non est*, unde infero; quod talis tutor datus ei, qui in utero est, poterit trahere ad*

Curiam eos cum quibus nomine partus futuri litem habuerit, sive active, sive passive, cum hoc sit commodum partus uti tali privilegio, *d. L. unic. Cod. quando Imper. & d. Ord. quod nota.*

Circa viduas advertendum est, quod non solum competit viduis propriè, hoc est illis, quæ maritis, quos habuerunt, orbatae sunt, ut omnes fatentur; sed etiam iis, quæ maritos habent, sed inutiles, ut quia captivi sunt, vel exulati, aut damnati ad triremes, ex doctrina *gloss. in L. fin. Cod. ad legem Flavianam de plagiariis, Jason. in L. ultim. num. 3. ff. de offic. ejus, cui mandata est jurisdict. & ideo ut vidua uterur d. privilegio ex *Felin. cap. significantibus, num. 8. de offic. de leg. Rebuff. ad leges Gallix 3. tom tit. de sentent. provisional. lib. 1. art. 3. gloss. ult. colun. 2. Covarr. d. cap. 7. n. 2. vers. & in hoc; Azeved. d. L. 10. n. 10.**

Tertiò habet locum in mulieribus, quæ vitam cælibem agunt, ex *L. malum, §. viduam, ff. de verbor. significat. ubi gloss. verbo, viduam 34. distinct. & tenuit Azo in summa illius titul. Cod. quando Imperat. inter pupill. & Alber. num. 1. Guid. decis. 566. Palat. repetit. cap. per vestras, notabil. 2. num. 13. Covar. dec. 7. num. 2. & licet ipse ab hac opinione discedat, tamen communis traditio est approbata in *Ordin. d. titul. 4. §. 4. & in d. titul. 5. §. 5. ibi: E todo o que dito havemos á cerca das viuvas, tambem haverá lugar em as mulheres honestas, & que honestamente viverem, posto que não fossem casadas: fateor tamen, quod Ordin. trntum exprimit duas species, alteram in viduis orbatis maritis, alteram in mulieribus cælibem vitam agentibus, & non ponit alteram speciem de mulieribus habentibus maritos inutiles, & ideo non practicabitur ea species apud Lusitanos, & ego habui in facto, & Prætor Curialis judicavit pro tali muliere virum absentem, & inutilem habente, & quòd adversarius coram eo responderet; cæterum gravamen interposuit ad Senatam per petitionem, & obtinuit, revocataque fuit Prætoris pronuntiatio, quia licet pro**

pro vidua reputetur de jure, tamen propriè non est de viduis, de quibus Ordin. Lusitana loquitur, unde oportet recurrere ad privilegium miserabilis, si in ea conditione sunt, ut eis competat ex *Rebuff. 1. tom. ad leges Gallie, titul. de sentent. provisionalib. art. 3. gloss. ult. vers. item vidua.*

- 22 Quarto habet locum ea Ordin. & privilegium concessum viduis, & aliis mulieribus vitam cælibem degentibus, in fœminis filiabus familias, quia licèt sint sub patris potestate, tamen ratione sexus fœminei, eis competit posse trahere suos adversarios ad Curiam, ut tradit copiosè *Vincent. de Franch. decis. 100. in 1. part.* Quintò habet locum non solum in litibus, quas de novo, vel ipsi orphani, vel viduæ movent, sed, & in iis, quæ motæ fuerunt contra ipsarum maritos, vel contra ipsorum patres, vel ipsi contra alios, quæ tempore obitus pendentes manserunt, nam, & in his sive actores sint, sive rei, vel reæ, habent privilegium declinandi, & eligendi alium judicem ex nominatis in Ordin. & data competentia in districtu: unde infertur limitatio ad *L. ubi captum est, ff. de judic.* & non solum habet locum in processibus ventilatis cum maritis, & patribus, sed, & cum aliis, quorum hæredes relictæ sunt, ut docent elegantissimè *Valasc. consult. 126. in 2. part.* quod est magni faciendum, & sequendum.
- 24 Unde etiam noto, quòd tale privilegium competit mulieribus, quæ viduæ, vel cælibes fuerint cujuscumque ætatis, si tamen honestæ fuerint, & honestè vivunt, ut in *dict. Ordin.* & ideo qui volunt literas citatorias impetrare ad citandos adversarios ad Curiam, vel ad judicem actionum novarum, solent preces offerre, & justificare, vel quòd sunt orphani, vel viduæ honestæ, & honestè viventes, vel quòd sunt mulieres, quæ vitam cælibem ducunt, & nunquam maritos habuerunt, & quod sunt honestæ, & honestè vivunt, & visa ea justificatione Præsides Curiales, vel judices actionum novarum decretum interpo-

nunt de citando, & confirmatur hæc practica ex traditis per *Messiam de taxa panis conclus. 1. num. 44.* & per *Azeved. in L. 9. num. 2. titul. 3. lib. 4. novæ collect.*

Et confirmatur; quia ea Ordin. concedit hoc privilegium orphanis masculis minoribus 14. annorum, & fœminis minoribus 12. annorum, & viduis, & mulieribus cælibibus cum ea qualitate, si honestè vivant: porrò autem minor ætas non præsumitur, nisi probetur ab eo qui in ea se fundat, *L. si minorem, Cod. de restitution. in integrum, L. cum te, C. de probation. L. de ætate ff. de minorib. Duñ. reg. 258. Alciat. de præsumption. reg. 2. præsumpt. 14. Mascard. de probation. lib. 2. conclus. 666.* Rursus ea qualitas honestatis, & quod honestè vivunt, non præsumitur, nisi probetur ab illis, ex traditis per *Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 2. Roland. cons. 89. n. 9. Bursat. cons. 69. n. 4. lib. 1.*

Et tale privilegium competit etiam orphanis, & viduis divitibus, ut per *Bartholom. de Capua super ritibus Regni, fol. mihi 317. Covar. d. cap. 6. n. 2.* ubi citat *Azm. in d. summa, Cod. quando Imperator inter pupill. & Alber. ibi, num. 1. Menoch. de arbitr. casu 66. n. 3. Azeved. d. L. 10. numer. 9. Vincent. de Franch. d. dec. 100. num. 19. & Thesaur. dec. 177. num. 3.* & ita etiam competit maioribus, si causa communis sit inter eos, ex *L. 1. ff. de quibus rebus ad eundem judicem eatur, Bartol. & Paul. L. precipimus §. eodem observando, Codic. de appell. Thesaur. d. dec. 177. numer. 2. ad fin. Covarr. d. cap. 7. ad fin.* cum quo declara adde *Ordin. lib. 3. tit. 88. §. 45. in novis.*

Recipit tamen aliquas limitationes, & prima est in vidua, quæ maritum occidit, ex quo commodum non potest percipere, *regul. ex eo lib. 6.* & fit indigna privilegio viduitatis ex *Covar. d. cap. 6. num. 3. & Messia d. conclus. 1. numer. 10. ad finem, Azeved. ad d. L. 9. num. 11.* & confirmatur ex traditis per *Barbos. in L. si ab hostibus §. ultim. numer. 75. ff.*

31 *soluta matrimonii*. Secunda limitatio est in muliere inhonestè vivente, ex *Capua ubi supr. num. 2. Covarr. d. cap. 7. n. 1. & Azeved. d. num. 11.* Tertia limitatio sit, quando lis est super juribus regalibus, vel pertinentibus ad Regem, ex *Ordin. d. titul. 4. §. 4. in antiquis, & titul. 5. §. 5. ibi: O orphaõ, viuva, ou pessaõ misera- vel nam poderám escolher cada hum dos ditos Juixes nos casos que pertencerem a nós, ou a nossos direitos Reaes, nem poderáo nelles usar de tal privilegio, porque o conhecimento delles pertencem aos officiaes, & Desembargadores para isso deputados por nossas ordenaçoes Afflict. lib. 1. constit. rubr. 37. num. 33.* Hoc autem intelligo, quando orphani, viduæ, & miserabiles conveniuntur pro illis juribus, non autem quando ipsi volunt convenire adversarios super juribus regalibus, quia tunc poterunt, vel eligere iudices præpositos in municipiis ad cognoscendum de talibus juribus, vel iudicem bonorum Regiæ Coronæ, ex *Ordin. lib. 1. titul. 8. §. 7. ad finem, deducta à L. ultim. titul. 7. part. 1. Extravag. & ex traditis per Ursillis ad Afflict. decision. 257. n. 4.*

34 Quarta limitatio est, quando vidua habet jurisdictionem, quia non potest trahere ad Curiam, ex *Ordin. d. §. 4. in antiq. & d. §. 5. in novis, ubi habetur: Empero se as viuvas, que já foraõ casadas, ou mulheres honestas, que nunca foraõ casadas, tiverem jurisdicaõ, não gozaráo dos privilegios nesta Ordenaçãõ outorgados. Covarr. d. cap. 7. num. ultim. vers. Octavo.*

35 Circa personas miserabiles idem privilegium trahendi ad Curiam habet locum, *Marant. de ordin. judic. 4. part. distinct. 9. num. 194.* & quæ sint, relinquuntur arbitrio iudicis ultra contentas in *L. 1. Cod. quando Imperator, Covarr. d. cap. 7. num. 2. vers. Cæterum, Rebuff. de sentent. provisionalib. articul. 3. gl. ult. Cabed. dec. 54. numer. 9. in 1. part. Menoch. d. casu 66. Thesaur. dec. 77.* & non conceduntur literæ citatoriæ, nisi faciant

36 justificationem suæ paupertatis, quia ea

non præsumitur, nisi probetur, ex *L. ab ea parte, ff. de probation. ex doctrina gl. in L. si verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisfacere cogantur, Mascard. de probation. lib. 3. conclus. 1154. numer. 5. & docent Covarr. d. cap. 6. num. 3. versic. quòd si reus, Messia d. conclus. 1. de taxa panis, num. 44. & Azeved. in L. 1. n. 4. titul. 3. lib. 4. docentes, quod non obstante ea justificatione summaria, potest pars citata negare eam qualitatem, & allegare suam exceptionem, & probare non esse pauperem miserabilem, citatam, & hoc jure utimur, & practicatur in Senatu Portugallensi.*

Cæterum recipit limitationes, & primam, quòd si vidua, orphanus, vel persona miserabilis habeat causam cum alio simili privilegiato, non utentur privilegio trahendi ad Curiam, imò subiciuntur regulæ communi, quod actor sequitur forum rei, de qua in *L. 2. 2. Cod. de jurisdic. omnium judic. capit. cum sit generale, de foro competent. Ordin. lib. 3. titul. 10. in antiquis, & titul. 11. in princ. in novis, Capua super ritibus Regni, sol. 116. num. 1. Afflict. lib. 1. constit. rubr. 27. num. 1. Covar. d. cap. 7. num. 4. Cabed. d. dec. 54. numer. 12.* Secunda est, quod non debet praticari in causis parvi valoris, in quibus plus expenditur quam commodi percipietur, ex *L. mediterraneæ, Cod. de ann. & tribut. lib. 10. probat apud Lusitanos Ordin. lib. 3. in antiquis, titul. 5. §. 1. & in novis, tit. 6. §. 1. & in aliquibus Regnis statuta est quantitas, infra quam non datur illud privilegium trahendi ad Curiam, ut per *Azeved. in L. 10. num. 3. ex Covar. dict. cap. 7. num. 2. versic. ex hoc tamen, Peguera in practica civil. titul. de evocatione causarum ad Regiam audientiam, num. 3. nec ubi in declinatoria interverit fraus, Cabed. ubi supra n. 4.**

Tertia est, quod non habet locum in causis spoliis novi depositi, & rerum consignatarum, & super mercedibus famulorum, & operariorum, ex *Ordinat. ubi supra in eodem lib. 3. titul. 11. §. 1. in antiquis, & titul. 12. §. 1. in novis: nam causa*

41 causa spoliū novi, cuius restitutio peti-
tur intra annum ab eo die, quo est factum
spoliū, ex *L. 1. §. annus, §. unde vi*,
agitatur summarie, & sine strepitu, ex
Ordin. lib. 3. titul. 36. & in novis, lib. 3.
42 *titul. 48.* & potest spoliator conveniri
in eo loco, ubi commisit spoliū, ex *gl.*
in L. 2. Cod. de interdict. scholio 1. ad fin.
& probatur ex *L. unī. Cod. ubi de pos-*
sess. agi oporteat, Tiraquel. de retract. con-
sanguinit. §. 8. gloss. 3. num. 10. Menoch.
de recuperanda possess. remedio 15. num.
209. & probat *Ordinat. Lusitana, tam*
antiqua lib. 3. titul. 5. quā nova in tit. 6.
ad fin. princip. ibi: Isto naõ se emende-
rã no orfaõ, viuva, & pessoa miseravel;
& ibi: *Salvo se elles tiverem feito fora*
da Corte alguma forca, roubo, furto, inju-
ria, ou qualquer outro maleficio, porque
em cada hum destes poderãõ ser deman-
dados, & accusados nos lugares onde com-
metẽram os maleficios, posto que abi naõ
sejam achados, se aquelles a que os male-
ficios foraõ feitos, os quizerem abi antes
accusar, & demandar. Facit text. in cap.
1. de privileg. lib. 6.

43 Rursus in causa depositi, & confi-
gnationis, nam, & hæc habet privilegium
ut procedatur summarie, & accipiens
compellatur illico modis omnibus, &
quā celerrimè sine aliquo obstaculo
restituere, ut jubet *Imperator in L. si*
quis vel pecunias, Cod. depositi, & est
text. singularis secundum *Bartol. ibi*, ubi
notat ex eo, quod actio depositi est de
his, quæ requirunt summariam cog-
nitionem ab ordine judiciorum, non à
prohibitione, propter dictionem illico, &
verbum, quā celerrimè, & quod de
jure communi instrumentum depositi
habet executionem paratam sicut res
judicata, dicit enim text. *illico reddere*
omnibus modis compellatur; non ergo
compelletur illico, si deberet præcedere
condemnatio, antequam perveniretur
ad compellendum, & ibi sequuntur *An-*
gel. Soares in L. post rem judicatam,
ff. de re judicat. in notabili, 5. Fason. in
L. 1. notabil. 3. ff. de edendo, Segura in
L. si ex legata causa, charta 101. versic.

alius, & secundus casus ff. de verbor-
Petrus Mossius de contractibus, titul. de
deposito in capit. de deposito, quomodo an-
nulletur, à num. 2. Vincent. Carroc. de de-
posito 1. part. quæst. 3. titul. de remediis,
fol. mibi 9. versicul. à num. 32. & tit. de
casu, num. 25. fol. mibi 42. ubi num. 40.
dicit depositarium non habere fori præ-
scriptionem, ut in exemplo ibi posito:
quod tamen habet locum in vero depo-
sito, non in confessato, ex *Bald. conf.*
384. lib. 1. Soc. conf. 14. lib. 1. Plotus in
L. si quando numer. 431. Codic. unde vi,
Boer. dec. 295. Mossius ubi supra num. 4.
per eundem in eodem tractatu de deposito
in princ. num. 7. & per *Gregor. Lopez in*
L. 5. gloss. 5. tit. 3. part. 5.

Item, & in causa mota super merce-
de famulorum, & operariorum, nam
& celeritatem desiderant, juxta illud
Deuteron. cap. 24. Non negabis merce-
dem indigentis, & pauperis fratris tui,
sive advenæ, qui tecum moratur in terra,
& intra portas tuas est, sed eadem die
reddes ei pretium laboris sui ante solis oc-
casum, quia pauper est, & ex eo sustentat
animam suam, ne clamet contra te ad Do-
minum, & reputetur tibi in peccatum. Et
Tobie 4. ibi: Quicumque tibi aliquid
operatus fuerit, statim, & mercedem re-
stituere, & merces mercenarii tui apud te
omnino non remaneat; & illud Matthæi
20. Voca operarios, & redde illis merce-
dem; docent Bald. Authent. nisi brevio-
res, Cod. de sentent. ex brevilog. recitand.
Cardinal. Clement. final. quæst. 13. de
præbend. Marant. de ordin. judic. 4. p.
distinct. 9. num. 197. Asinin. in præct. §. 3.
cap. 31. num. 35. Bonacose de famulis, q.
222. Vincent. Carroc. de locato remed. 41.
exception. 1. num. 8. fol. mibi 270. in ma-
gnis, Ordinat. Lusitana lib. 3. tit. 19. §. 2.
& 3. in antiq. & tit. 30. §. 2. in novis.

Hæc tamen procedunt si Præses Cu-
rialis, vel iudex actionum novarum sint
in eo loco, ubi lis agitari debet. Rursus
quamvis tale privilegium non possit re-
nuntiari, ut docent *gloss. Bald. & Salic.*
ad finem, Fason. in L. pen. num. 14. Cod.
de pact. Rebuff. dict. gloss. ultim. versic.
pe

penult. Tamen ubi vidua, orphani, vel miserabiles elegerunt aliquem ex dictis iudicibus, non est eis facultas variandi ad alium, ex *Ordinat. ubi supra, Covarr. dict. cap. 7. num. ultim. vers. nono, Cabed. d. dec. 54. num. 7. & Thesaur. decis. 177. num. 6.* Quicquid contrarium teneant *Afflict. d. rubr. 37. num. 36. Sylva nuptialis lib. 6. num. 38. Azeved. d. L. 9. n. 5.* Nam variatio in iudicio est erubescenda, *L. eos ad finem, Cod. de modo mulctæ, Capua super ritibus Regni, fol. 117. num. 7. Ordin. lib. 3. tit. 6. §. pen.* licet meo tempore vidi multos iudices actionum novarum ad instantiam orphanorum, viduarum, & miserabilium personarum causas pendentes in municipibus ad se evocare, & Cancellarios Senatus charitas avocatorias per Cancellariam expedire, alios denegare observantes *Ordin. quæ post electionem unius ex dictis iudicibus alium eligere, & variare non permittitur, limitare tamen poteris in casu de quo Cabed. decis. 173. in 1. part*

50 Nec item in delictis tales personæ privilegiatæ habent prædictum privilegium de jure illius Regni Lusitani, quia sunt distincti iudices, & habent diversa regimina Præsides Curiales causarum criminalium, & civilium, ex *Ordin. antiqua lib. 1. tit. 5. & tit. 6. & in nova lib. 1. tit. 7. & 8.* & jurisdictio cognoscendi de causis viduarum, orphanorum, & miserabilium personarum data est Præsidi Curiali, & iudici actionum novarum in suis regiminibus, & non data est in regimine Præsidis Curialis causarum criminalium; & hoc jure utimur, quamvis de jure communi, & in causis criminalibus tale privilegium haberent ex *dict. L. unic. Codic. quando Imperator inter pupill. & viduam*, quia generalis est, & non distinguit inter causas civiles, & criminales, ex *Afflict. d. rubr. 37. n. 23.*

51 Quando tamen accusatores, vel acculati in causis criminalibus perhorrescunt potentiam adversarium, & non possunt sine difficultate causas expedire in municipibus, recurrunt ad gubernatorem Se-

natus, & remittit supplicationem Præsidi criminali, & facta justificatione causarum perhorrentiæ, deliberant de avocatione, & multas avocant, alias denegant ex *Ordin. dict. tit. 5. & 7. §. 5. & comprobatur ex L. præsides, Codic. de offic. rect. provinc. Peguera in pract. civili, rubr. 4. n. 19.*

Quamvis autem *Ordin. in §. 4. tit. 4. & tit. 5. lib. 3. ad finem*, admittat posse viduas, orphanos, & personas miserabiles conventos coram Præsidibus civilium causarum Civitatis Ulyssiponensis declinare ad iudices Civitatis; tamen idem erit si conveniantur coram Præsidibus Curialibus, vel coram Præsidibus Provincialibus, quos vocamus Corregedores das Comarcas, quia per *dictam L. unic. Codic. quando imperator inter pupill.* Habent orphani, viduæ, & personæ miserabiles duo privilegia, alterum trahendi ad Curiam, alterum ne extrahantur à suo municipio, & ita ibi docent *Bald. & Salicet. Afflict. d. rubr. 37. n. 14. Covarr. d. cap. 7. num. 2. ad fin. Azeved. d. L. 9. Taur. numer. 7.* probat apud Lusitan. *Ordin. lib. 3. tit. 11. in antiq. & tit. 12. §. 1. in nov.* unde inferitur limitatio ad *Ordin. lib. 1. tit. 58. §. 23.* ubi datur prædictis Præsidibus Provincialibus jurisdictio cognoscendi de causis per actionem novam intra duas leucas loci ubi fuerint dummodo non sint de iis locis, ubi adsunt iudices forenses, vulgò, Juizes defóra; nam non comprehenduntur in ea facultate causæ viduarum, orphanorum, & personarum miserabilium, qui retinent privilegium, ne extrahantur à iudicibus municipii, licet sint intra dictas duas leucas; quia lex illa generalis non derogat privilegio speciali, quod prædictæ personæ habent ex *d. L. unic. ex gloss. ad L. 3. Codic. de silentiar. lib. 11. & ita Cyn. in eadem L. unic. & Salic. num. 1. ad finem. Roman. in L. si verò, §. de viro, fallent. 23. ff. soluto matrimon. Alexand. cons. 123. n. 15. lib. 4. quos refert, & sequitur Rebuff. d. gloss. ultim. versic. decimo quinto, Thesaur. d. dec. 177. num. 9.* Casu autem quo

55 velint declinare jurisdictionem si extra municipium citentur, siue è converso, si in municipio citentur, & velint declinare, vel ad Præsidentem Curialem, vel ad judicem actionum novarum, debent eam declinatoriam proponere ante litem contestatam, quia est dilatoria, ut contra *Afflict. in dicta rubr. 37. numer. 2.* tenet *Covar. dict. cap. 7. numer. ultim. versicul. nono, Bald. decis. 67.* & quod sit dilatoria, & ponenda ante alias exceptiones dilatorias, deducit *Gonçal. Soares in sua practica, 1. part. 1. tomo in quinto tempore, numer. 13. & numer. 22.* & probatur ex *Ordinat. Lusitan. lib. 3. tit. 37. §. 1. in antiquis, & tit. 49. §. 1. in novis.*

57 Hoc tamen limitatem in orphano, quia si eligat litigare coram Præsidente Curiali, vel iudice actionum novarum, utique restituetur contra talem electionem, ut remittatur ad iudicem sui municipii, ex eo quia si condemnatur, tenetur decimam condemnationis solvere, ex *regul. 1. Cancellariae*, quam citat *Cabed. dec. 16. num. 1. in 1. part.* & advertit *Caldas in L. si curatorem, verbo, vel adversarii, numer. 11. Cod. de in integrum restitution.* & confirmatur

58 ex eo, quia minor non habet restitutionem contra declinatoriam fori, si eam omisit allegare in tempore debito, quia respicit apices juris, & non merita causæ, *Bald. L. peremptorias, col. 4. Cod. sentent. rescindi non posse, Balat. repetit. cap. per vestras, §. 26. numer. 9. Capic. dec. 13. numer. 7. Covarr. practica. cap. 26. num. 4. versic. Quinta, Sfortia Oddus de restit. question. 64. rticul. 6.* quæ ratio cessat, quia non minimum damnum est exponere se solvendæ decimæ periculo ex condemnatione, litigando usque ad sententiam definitivam coram dictis iudicibus, & ideo non est deneganda restitutio, ut remittatur ad iudicem municipii, de cuius sententiis non debetur decima, ex *regula Cancellariae 9.*

59 Ultimò, & pro complemento hu-

jus allegationis advertendum est, quod licet aliquibus baronibus concessum sit in oppidis, quorum jurisdictionem habent à Rege, posse cognoscere de causis in prima instantia, nihilominus viduæ, orphani, & personæ miserabiles possunt vassallos dictorum baronum trahere ad Curiam, & quod magis est, licet ipsæ personæ sint incolæ in dictis oppidis, ex traditis per *Vincent. de Franchis decis. 192. & Thesaur. dicta decis. 177. à num. 10.* ubi proposita quæstione in Senatu Pedamontano, & variatis votis, ita tamen decretum est. Est tamen apud Lusitanos *Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 7. in antiquis, & lib. 2. tit. 45. in nov. §. 46.* ubi ita habetur: *Enas terras dos Infantes se alguma viuva, ou cada huma das pessoas que podem escolher Juizes, morar nellas, e quizer escolher Juiz quando for demandada, não poderá escolher senão os Juizes ordinarios donde for morador, ou o Ouvidor do Infante, ou o Corregedor de nossa Corte.*

Hæc Ordin. non negat dictis personis ubi fuerint actores privilegium trahendi ad Curias, licet sint incolæ municipiorum ad Infantes pertinentium, de quo in *dict. L. unic.* Secudò, quatenus reis conventis concedit privilegium eligendi, vel iudicem municipii, vel Auditorem Infantis, vel Præsidentem Curialem: non poterunt eligere iudicem actionum novarum Senatus Portugallensis, quamvis sit de ipsius districtu, quia cum *Ordinat.* loquatur, quod possint eligere unum ex tribus iudicibus nominatis, alios eligere posse denegavit, *arg. L. cum prætor. ff. de jud. L. in fidei commissi, §. cum Pollid. ff. de usu, L. ex eo, ff. de testib. Aym. cons. 411. n. 4. & cons. 897. num. 36. Paris. cons. 33. n. 49. lib. 1. Menoch. cons. 95. num. 39. lib. 1.* quod idem non est in terris aliorum dominorum.

De Monasteriis, an possint trahere suos adversarios ad Curiam.

SUMMARIUM.

1. An idem privilegium concedatur Monasteriis.
- Ibid. Quod Monasteria Monialium possint, expedita res est.
2. Ampliatur licet divites sint.
3. Non erit idem in Monasteriis habentibus jurisdictionem, nec activè, nec passivè.
- Ibid. Trahi possunt ad curiam per adversarios.
4. Qui dicantur, ricos homens, & ricas donas, remissivè.
5. Et ita practicum fuit.
6. Utuntur eo privilegio Monasteria S. Augustini, S. Dominici, S. Francisci, Carmelitarum.
7. Unde incipit Ordo Canoniorum regularium.
8. Veniunt appellatione Clericorum.
- Ibid. Ex eodem Divo Augustino derivati sunt Augustinienses, seu Eremitæ.
9. Ordo Prædicatorum incepit à patriarcha Dominico, & Ordo Minorum à S. Francisco, & sunt confirmati per Papam Honorium III.
10. Ordo Carmelitarum est sub Ordine S. Basilii, & habuit originem in Oriente, in monte Carmelo.
12. Ordo Prædicatorum, & Minorum in arctissima paupertate Christo pauperi famulantur.
13. His quatuor Ordinibus datur privilegium trahendi ad Curiam.
14. Additur quintus Ordo Societatis Jesu.
15. Alia sunt Monasteria virorum, quibus illud privilegium conceditur per communicationem.
16. Idem est concessum Canonicis regularibus Congregationis S. Crucis Conimbricensis.

Superiori allegatione diximus personas miserabiles habere privilegium trahendi adversarios ad Curiam, vel eligendi judicem municipii, ad quem de jure pertinuerit causarum cognitio in prima instantia; & quæ sint miserabiles personæ relinquitur arbitrio judicis. Restat videre an idem privilegium concedatur Monasteriis, & quoad Monasteria monialium res expedita est, nemoque dubitat posse utuntur enim eo privilegio concessio viduis, & fœminis, quæ vitam cælibem honestè degunt, ut per Covarr, *practicar. cap. 7. n. 3. Cabed. dec. 54. num. 9. ad fin. & num. 10. & n. 14. & n. 13.* Ampliat, licet divites sint: hæc tamen limitarem, nisi ea Monasteria habeant jurisdictionem ex donationibus Regiis, prout habent multa in hoc Regno, nam sicut viduæ, & mulieres cælibes jurisdictionem habentes non utuntur eo privilegio, nec activè, nec passivè, ex *Ordin. lib. 3. titul. 4. §. 4. in antiquis, & ex Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 5. in nov.* sic nec ea Monasteria Monialium, quæ jurisdictionem habuerint, eo privilegio utuntur, nec activè, nec passivè, imò, & trahi possunt ad Curiam per adversarios, tanquam exempta, & jurisdictionem habentia, ex *Ordin. lib. 1. tit. 6. §. 3. & §. 4. in antiquis, & lib. 1. titul. 8. §. 3. & §. 4. in novis, ibi: Item tomará conbecimento de todos os feitos civeis per nova acção dos Prelados izentos, que neste Reyno não tem superior Ecclesiastico, que de seus feitos possa conbecer; & ibi: Daraõ cartas para serem citadas quaesquer pessoas que tiverem jurisdicção, ou lugares de Senhorio, quando os auctores os quizerem perante elles demandar, não sendo cousas que pertençaõ ao juizo dos nossos feitos da Coroa, ou Fazenda.*

Sicut possunt conveniri coram Præsidibus Curialibus, ita, & possunt conveniri coram giudice actionum novarum Senatus Portugallensis observato districtu ubi sunt, ex *Ordin. lib. 3. tit. 6.*

5 §. penult. e todos estes, & in *Ordinat. antiqua lib. 3. titul. 5. §. pen.* permittebatur posse trahi ad curiam, ricos homines, & ricas donas, qui quales sint, explicat *L. 10. titul. 25. part. 4.* & ibi *Greg. in gloss. 1.* quæ verba non sunt repetita in *nova Ordinat. d. titul. 6. §. pen.* Sed licet sint omissa, tamen satis includuntur in eo §. pen. dum includit personas habentes jurisdictionem temporalem, & alios barones, & magnates, & exemptos de quibus ibi, & ita vidi iudicari, & praticari contra Moniales Monasterii Ordinis Cisterciensis siti in oppido de Arouca, nam cum citatæ essent ad iudicium iudicis actionum novarum Senatus Portugallensis quia sunt de ejus districtu, pro causa civili, declinabant ad iudicium municipii, sed quia constitit habere jurisdictionem illius oppidi, negata fuit remissio, & responderunt coram dict. Iudice ad merita causæ.

6 Circa Monasteria autem virorum, idem admittitur in iis, qui profitentur Ordinem D. Augustini, Sancti Domini, Sancti Francisci, Carmelitarum; sciendum est igitur, quod Ordo Sancti Augustini in Canonicis in initium habuit à Marco Evangelista, ut aliqui referunt, & alii tenent, quod initium habuit à testamento veteri, nempe à Levitis, & eorum conditio nobilissima fuit, ut in *Deuter. 28.* & in *cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi, cap. fundamenta. §. decet, de election. lib. 6.* & *Paschalis Pontifex Maximus in Constitutionibus Canonorum regularium*, quæ extant Ravennæ, Venetiis, & aliis locis, id ipsam testatur, ut refert *Portius Imolen. conf. 164. num. 60. lib. 1.* Et quod incepit à veteri testamento, vel à Marco Evangelista docet *Cassan. in Cathalog. glor. mund. 4. part. considerat. 56. Emman. Roder tom. 1. regul. quæst. 3. articul. 1. & articul. 16.* & veniunt appellatione Clericorum, ut probatur in *cap. cum tibi, versic. consultationi tuæ, de verborum signification. cap. 1. cap. generaliter 16. quæst. 1. Divus Thom. 2. 2. quæst. 189. articul. 3. in responsione ad secundum ar-*

7

8

gumentum, *Port. d. conf. 164. num. 23. 88. 93.* & præcedunt Monachos ex eodem *Portio ibi, numer. 47.* & *laicus conf. 66.* & iudicatum fuit, & approbatum per Summum Pontificem Pium IV. ut habetur in *const. 19.* inter motus hujus Pontificis, *Navar. in cap. statuimus 19. q. 3.* & inter motus illius *const. 19.* quicquid in contrarium allegaverit *Decian. conf. 50. lib. 4. Emman. Roder. 1. tomo regul. quæst. 1. articul. 3.* quicquid malè contradicat *Cassan. Cathalog. glor. mundi, d. considerat. 56.* & ex eodem D. Augustino derivata fuit alia Congregatio Monachorum, qui vocantur Augustinenses, seu Eremitæ. Quibus datum est uti privilegiis mendicantium ex multis constitutionibus Pontificum, ut refert *Emman. Roder. 1. tom. regular. 55. articul. 1. vers. quod fratres Augustinenses*, imò sunt mendicantes ex *cap. quorundam, de elect. cap. unic. §. sanè derelict. domibus, lib. 6.* & ita ibi notat *Domin. num. 2.* & *Francus in §. confirmatos ejusdem cap. unic. numer. 2. Berous conf. 29. numer. 23. lib. 1. idem conf. 21. num. 13. lib. 2. idem docent gl. 1. Cardin: & Ancharr. in Clement. 1. de regularib. Alvar. Pelag. de planctu Eccles. 2. part. cap. 56. circa medium, Camil. Borr. conf. 25. n. 13.*

Rursus sciendum est, quod Ordo Prædicatorum incepit à Patriarcha Sancto Dominico, & confirmatus fuit per Summum Pontificem Honorium III. sub regula Beati Augustini, anno salutis 1208. ut referunt *S. Anton. 3. part. sue Historiæ, titul. 19. cap. 3.* & *Cassan. d. Cathalog. 4. part. considerat. 69.* sed quibusdam constitutionibus additis fecit Dominicus Ordinem, qui dictus fuit Ordo prædicatorum, de cujus excellentia amplissimè loquitur *S. Anton. in dict. 3. part. sue Historiæ, titul. 23.* & refert *Cassan. ubi supra, consider. 68.* Ordo autem Minorum incepit ab ipso Patre Seraphico Francisco, & fuit confirmatus per eundem Pontificem Honorium III. anno salutis 1124. ex eodem *Cassan. dict. consider. 69.* & de constitutionibus ejus agunt

agur
signi
signi
taru
titu
Roa
arti
doct
Ecle
Etsr
O
10 Ord
pari
Cass
70
mon
Roa
& d
4. p
do
me
in a
lib.
tor
Pa
san
lof
cap
qu
pro
Pr
12 qu
Mi
sto
di
Ca
m
13 qu
fu
ad
ca
A
qu
tu
14 H
R
15 q
d
q

agunt Pontifices in *cap. exiit de verborum signification. Clement. exiit de verbor. signification. Bart. in tractatu Minoritarum S. Anton. in suo libro Historie, titul. 74. per totum, & vide Emmanuel Roder. 1. tom. quest. regular. quest. 4. articul. 1. & horum Sanctorum Patrum doctrina fides illuminata est, & dicitur Ecclesia exaltata, ut docent gloss. & Doctsr. in d. §. sanè.*

10 Ordo etiam Carmelitarum est sub Ordine S. Basilii, ut dicit S. Anton. in 3. part. sue summe, titul. 6. cap. 1. §. 8. & Cassan. d. 4. part. sui Cathalogi, consider. 70 & habuit originem in Oriente, & à monte Carmelo, ut docet Emmanuel Roder. 1. tom. regul. quest. 1. artic. 5. & de ea agit Cassan. consider. 70 in dict. 4. part. sui Cathalogi. Quod autem Ordo Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum sint mendicantes, probatur in d. cap. 1. §. sane, de Religios. domibus lib. 6. & in specie Bertachin. in suo repertorio, 3. part. fol. 466. vers. mendicantes, Paul. Paris. cons. 22. num. 1. lib. 3. Cassan. d. 4. part. consider. 68. Petrus Tholosan. lib. 39. syntagmat. juris universi cap. 6. num. 17. Emmanuel Roder. dicta quest. 2. articul. 1. de minoribus: idem probatur in cap. nimis, in 2. de excessib. Prælator. ubi Summus Pontifex dicit, quod Ordo Fratrum Prædicatorum, & Minorum in arctissima paupertate Christo pauperi famulantur: item, & de Ordine Carmelitarum Lopus allegat. 46. Cassan. d. Considerat. 70. vers. ult. Emman. Roder. d. quest. 2. articul. 1. & his quatuor Ordinibus qui mendicantes sunt, conceditur privilegium trahendi ad Curiam adversarios, ex Covarr. dict. cap. 7. num. 3. & Cabed. dec. 54. num. 9. Additur quintus Ordo Societatis Jesu, qui etiam est mendicantibus & utitur privilegiis Mendicantium, ut docent Hieronym. Gabriel. cons. 28. & Emman. Roder. d. quest. 55. artic. 5.

14 Sunt, & alia Monasteria virorum, quibus est indultum uti privilegiis mendicantium, de quibus per Emman. dict. quest. 55. & idem est concessum Cano-

16 nicis regularibus Congregationis Sanctæ Crucis Conimbricensis ex privilegio concessio per Papam Julium II. anno salutis 1500. & cum hæc habeant per communicationem, secundum indulta Apostolica, debent gaudere privilegiis Mendicantium, & trahere adversarios ad Curiam, & ad iudicium actionum novarum Senatus Portugallensis, & ita usitatum est, & iudicatum multis sententiis, non obstantibus exceptionibus incompetentiæ ab adversariis allegatis, adeo quod cum Senator Regius Antam Caroto, doctissimus, & integerrimus Præses civilium causarum, & iudex actionum novarum denegaret concedere citatorias Monasteriis illius Congregationis sitis in Provincia Interamnen- si, conquesta sunt in Senatu, & provisionem obtinuerunt, ut inquit Peguera in d. rubr. 4. num. 5. ex Speculator. de instrum. edition. §. nunc aliqua, num. 62. vers. & scias personas miserabiles de jure dici pupillos, viduas, peregrinos, pauperes, Religiosos, Monasteria, Hospitalia, & ex privilegio evocantur causæ Religiosorum, & Monasteriorum prætext. Religionis, & notariæ paupertatis, quod obtinet tam in his, qui sunt Mendicantes, vel habent communicata privilegia Mendicantium, & indultis Apostolicis, & cum mendicitatis privilegia habeant, inter miserabiles personas reputantur, ut earum privilegiis gaudeant, ut possint adversarios trahere ad Curiam, vel ad iudicem actionum novarum Senatus Portugallensis. Quamvis autem hæc ita de jure videantur admessa nihilominus mutationem receperunt per quoddam decretum Curie Portugallens. cujus tenor talis est: *Affentou-se em Mesa grande perante o Doutor Antonio Cabral Chanceler desta Casa, e do Conselho de Sua Magestade, que porbem da Ordenação serve o cargo de Governador, que o privilegio dos Mendicantes, de que ategora gozaraõ os Mosteiros dos Frades do districto desta Casa, cesse, e se entenda somente ter lugar nas Religioens que naõ possuirem em com-*

num, como he S. Francisco, e a Casa professa de S. Roque de Lisboa, e outros, se os bouer semelhantes, por semostrarem inconvenientes que do contrario se seguem, e pelos quaes se conuence cessar nos mais o dito privilegio, e por assim estar assentado.

ALLEGATIO LXVII.

De chartis securitatis, vulgo cartas de seguro, quas assumunt delinquentes ut possint de criminibus objectis, pro quibus pronuntiati sunt ad capturam, in iudicio se defendere, & quando possint valere, & defensionibus, & tractantur alia multa.

SUMMARIUM.

- 1 Ex antiqua consuetud. Lusitan. solēt delinquentes assumere chartas securitatis ne pro criminibus capiantur, & liberi à carcere se ab illis defendant.
- 2 Sunt casus, in quibus eas concedunt Præsides Curiales, non Provinciales.
- 3 In casibus homicidii cōtra eos, qui literas securitatis obtinuerunt, debent fieri coram Præsidibus secularibus.
- Ibid. In homicidiis commissis in terris Indiae, vel Insularum, debent fieri coram iudicibus illarum partium.
- 4 Habenda est pro expressa ea ratio, in que Legislator potuit legem stabilire.
- 5 In casibus resistentiae, & offensae factis ministris, soli Præsides Curiales literas securitatis concedunt.
- 6 In casibus proditionis, heresis, alevosiae, falsae monetae, sodomiae abductionis a carcere, dicti Præsides literas securitatis concedunt, & coram ipsis fiunt accusationes.
- 7 Literas securitatis petitas per Tabelliones de erroribus in officiis commissis, concedunt iudices Cancellariae.
- 8 Qui sunt officiales, quibus Senatores Regni concedunt literas officiorum, remissivè.
- 9 Auditores dominorum non possunt li-

teras securitatis dare, nisi id sit concessum in donationibus.

- 10 Nullus in Regno Lusitano potest uti iurisdictione, nec alia tributa levare, nisi habeat per donationes confirmatas à Rege, per forales, per sententias.
- 11 Auditor. Archiepiscopi Primatis Bracharēsis concedere potest literas securitatis etiam in homicidiis, ex vi contractus; quod procedit tam in negativis, quàm confessativis.
- 12 Rursus potest de his casibus cognoscere in prima instantia.
- 13 Auditores Illustrimi Ducis Bargantiae ex usu concedunt literas securitatis negativas in casibus homicidii, & resistentiae.
- Ibid. Et de earum accusationibus cognoscit in prima instantia,
- 14 Literae securitatis in casibus vulnorum, & tumefactionis negativae, non dantur, nisi elapsis 30. diebus à die commissi criminis.
- Ibid. In casu homicidii dantur literae securitatis post tres menses à die mortis.
- Ibid. Literae confessativae cum defensione statim possunt concedi, nullo expectato tempore.
- 15 In casu homicidii uxoris dantur literae securitatis confessativae marito, quando fatetur occidisse eam ob adulterium factum.
- Ibid. Licet maritis uxores occidere in Lusitania propter adulteria.
- 16 Casus contingentia.
- 17 Sic etiam cōcedetur charta securitatis confessativa ei, qui occidit bannitū per sententiam.
- 18 Quid in muliere condemnata ad mortem propter adulterium?
- 19 Conceditur charta securitatis in casu de quo Cabed. Arest. 96. in 1. part.
- Ibid. Literae securitatis confessativae in casu homicidii expediuntur per Præsides Curiales, visa inquisitione in Senatu.
- 20 Dictae chartae securitatis possunt cōcedi negativae ante illud tempus ex dispensatione concessa per Senatores Palatii.

- 21 Omnes Chartæ in aliis casibus expediuntur per Præsides per se solos.
- 22 possunt Præsides concedere usque ad tres chartas, & quartam ex dispensatione.
- 23 An carcerati possint accipere literas securitatis pro alio crimine ab eo pro quo sunt in carcere, vide remissivè.
- 24 Decretum ad expediendam chartam securitatis durat triduo.
- 25 Qui impetrat chartam securitatis, tenetur partes offensas citare intra tempus præfixum in ea.
- 26 Postquam cæperit accusatio, literas securitatis accipiens tenetur personam liter residere in audientiis.
- 27 Quod si interrumpat, & frangat residentiam, elapsis 15. diebus potest in carcerem mitti, si pro eo crimine erat pronuntiatus ad carcerem.
- 28 Sola fractura chartæ, si aliter de crimine non constat, non obligat ad carcerem.
- 29 Si fracta prima charta sit deveniendum ad secundam, vel tertiam, debet facere mentionem de assumptis.
- 30 Agitur de Ord. citata.
- 31 Hæc Ord. est contra jus comune.
- 32 Non procedit in criminibus pronuntiatis per querelam.
- 33 Nec in inquisitionibus pronuntiatis per Auditores dominorum.
- 34 Non procedit in inquisitionibus pronuntiatis per iudices municipiorum, qui non sunt foranei.
- Ibid. Sive sint iudices foranei positi per Regem, sive per dominos.
- 35 Quando de casu fuit facta querela, & alteratur in inquisitionem formatam de mandato Regis, an valeat charta negativa, & n. 36.
- 37 Infertur annotatio ad Arrestum Cabedi 59. in 1. part. in quo sunt tres partes.
- 38 Reus potest uti pluribus defensionibus.
- 39 Si accipiat literas securitatis negativas, potest facere contrarietatem confessativam.
- 40 Qui à principio negavit, etiam post litem contestatam potest facere contrarietatem confessativam.
- 41 Valet charta securitatis confessativa, licet faciat contrarietatem negativam.
- Ibid. Hoc admissio, illusoria manet Ord. quod in jure non admittitur.
- 42 Non debet quis admitti una via, quando alia prohibetur.
- 43 Lex non debet esse imposita verbis sed rebus.
- 44 Non debet quis admitti ad contrarias defensiones.
- 45 Lex naturam imitatur, & nihil frustra constituit.
- 46 Contrarietas delinquentis est admitenda, si habet materiam admissibilem.
- 47 In Senatu contrarietates admittuntur vel reprobantur, dato secundo termino ad faciendas secundas.
- 48 Hæc conclusio solum procedit in contrarietatibus, quæ fiunt contra libellos, non in aliis factis contra exceptiones.
- 49 Nec in contrarietatibus factis coram aliis iudicibus extra Curiam.
- 50 Idem observatur in contrarietatibus, replicis, triplicis, in causis civilibus.
- 51 Clausula, salvo jure impertinentium, & quatenus de jure recipienda sunt, operatur notabilem effectum.
- 52 Admonitio ad Advocatos, ut faciant articulos pertinentes ad causam.
- 53 Non conceduntur chartæ securitatis negativæ, contrariæ delicto.
- 54 Factis probationibus, & adjunctis ex parte accusatoris, communicatur processus reo, illis clausulis, ad dicendum de jure pro sua parte, quando assumpsit chartam securitatis.
- 55 Quando sub fidejussione constitutus est, communicatur ei processus apertis probationibus, & informatione culpæ.
- 56 Quando pendente accusatione recedunt à iudicio illicentiati, proceditur contra eos, tanquam contra contumaces.
- 57 Qui volunt se excusare à residentia, impetrant provisionem à Senatoribus Palatii.

58 In primo tamen termino tenentur se presentare cum charta securitatis.

59 An qui cum litteris se presentant, teneantur ad cautionē de iudicatum solvendo, data paupertate, & fugæ, spe, & num. 60.

61 Potest habere locum in filiis familias, non obstante quòd patres habeant divites.

62 Charta securitatis liberat Reum à carcere ex causa pronuntiationis, non à cautione, quia non facit eum idoneum.

63 Ubi duæ causæ concurrunt, sufficit, quòd altera militet, ut habeatur intentum.

64 In Criminalibus potest etiam habere locum cautio, & non habet fidejussor beneficium excussionis.

Ibid. Admonitio ad iudices.

I EX antiqua consuetud. Regni Lusitani solent delinquentes assumere chartas securitatis, vulgo cartas de seguro, ne pro criminibus capiantur, & liberi à carcere, ab illis se defendant, sunt enim crimine, quæ in querelam, vel in denuntiationem deducta, facta summaria informatione, vel assumpta inquisitione obligant delinquentes ad carceres ex iudicis pronuntiatione: has literas securitatis concedunt Præsides causarum criminalium, tam curiales, quam Senatus Portugallensis, quilibet de delictis commissis in suo districtu, ex *Ordinat. lib. 1. tit. 7. §. 7. & tit. 38. in novis*, eas etiam concedunt Præsides provinciarum quilibet in sua provincia, ex *Ord. lib. 1. tit. 58. §. 40. in novis*.

2 Sunt tamen aliqui casus, in quibus Præsides Curiales concedunt illas securitatis literas private, non autem eas concedunt Præsides provinciales. Primus est casus in homicidiis hominum ex *Ordin. d. tit. 7. §. 10. ibi: Item darão cartas de seguro em caso de morte de homem, commetido nos lugares de seu districto, e outro algum julgador as não passará, e irão dirigidas para elles mesmos: e das mortes acontecidas na India,*

passarão cartas de seguro dirigidas para Juizes competentes, perante os quaes os ditos seguros se livraraõ, e aos moradores das Ilhas, e estantes em ellas, darão cartas de seguro em todos os casos commetidos nellas, posto que sejaõ de morte, e irão dirigidas para os Juizes das ditas Ilhas, onde os delictos foraõ commetidos; atque ita licet accusationes faciendæ contra accusatos in criminibus homicidii, qui literas securitatis de eo impetraverunt, debeant fieri coram dictis Præsilibus criminalibus, tamen in casibus homicidii commissis in terris Indiæ, vel Insularum, debent dirigi ad iudices illarum partium, ut evitentur oppressiones, & magni sumptus, qui fieri possunt, si cogantur partes litigare coram dictis præsilibus, veniendo à tam remotis partibus, mare transmigrando, cum probabili spe naufragii, vel incursionis piratarum, ad quòd Serenissimus Rex respexit in illa modificatione, licet ita non declaraverit, & habenda est pro expressa ea ratio, in qua potuit Legislator legem stabilire, licet eam non expresserit, ex *gloss. in L. quamvis, Cod. de fideicommiss. quam commendant plures citati per Tiraquel. in tractatu cessante causa limitation. 21. num. 3. & Padiha in eadem L. quamvis, numer. ult. Burgos de Paz in L. 1. Taur. n. 51.*

Secundus est in casibus resistentiæ, & offensæ factis ministris iustitiæ, & nullus iudex eas concedere potest, ex *d. Ordin. tit. 7. §. 11.* habet tamen hanc modificationem, quod si partes offensæ volunt accusare, sit accusatio coram iudicibus municipii, quòd si desiderant ab accusatione, remittitur causæ cognitio ad Præsides Curiales. Tertius casus, in quo Præsides Curiales concedunt literas securitatis, est in crimine proditiionis, hæresis, alevosæ, falsæ monetæ, sodomix abductionis carceratorum à carcere, quamvis ea crimina extra Curiam sint commissa, & horum criminum accusationes coram iisdem Præsilibus fieri debent, quod idem probatur in *dict. §. 40.*

Literas autem securitatis petitas à Tabellionibus super erroribus officiorum non concedunt Præsides Curiales, nec Provinciales, sed iudices Cancellariæ, quilibet in suo districtu, *Ordin. d. tit. 7. §. 13. & d. §. 40. titul. 58. & tit. 14. §. 1. ibi: Dará cartas de seguro aos Tabelliaens, e Escrivaens, e aos outros officiaes, de cujos officios temos ordenado que os Desembargadores do Paço passem as cartas, quando as ditas pessoas quizerem tomar de erros, ou falsidades, que se digaterem commetido em seus officios, ou nos casos que aos ditos officiaes tocarem, e outro Fulgador as não passará, posto que sejaõ Corregedores do Crime da Corte; qui autem sint illi officiales, quibus Senatores Regii Palatii concedunt literas officiorum, declarati sunt in suo regimine §. 56. usque ad §. 63. & in Extravag. 2. tit. 4. lib. 1. Extravag.*

Rursus Auditores dominorum non possunt eas literas securitatis concedere, ex *Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 6. in antiq. & lib. 2. titul. 45. §. 45. in nov. ibi: Os Ouvidores dos Infantes, e de outros senhores de terras, não daraõ cartas de seguro em caso algum; quod tamen accipiendum est, nisi habeant in donationibus jurisdictionem posse eas concedere, quia quatenus expressum est in donationibus, eatenus possunt uti, & non plus, ex *Ordin. d. titul. 45. §. 1. ibi: Os Duques, Mestres das Ordens, Marquezes, Condes, o Prior do Hospital de S. Joaõ, Prelados, Fidalgos, e outras pessoas, que de nós tem terras com jurisdicção, usarão della, como por suas doações por nós confirmadas expressamente lhes for outorgado; & in §. 2. docet Cabed. dec. 11. num. 5. & num. 7. & dec. 14. n. 4. in 2. part. addendo, quod in Regno nemo potest uti jurisdictione, neque alia tributa levare, nisi ea habeant per donationes confirmatas à Rege, per torales, & per sententias, ex *d. Ordin. §. 34. deducta ab antiq. dict. titul. 26. §. 51. Valasc. de emphyt. quest. 8. à num. 21. Molin. de justitia, & jure, 1. tom. disp. 75. Cabed. d. dec. 11. n. 5.***

Auditor tamen Archiepiscopi Primatis Bracharensis potest concedere literas securitatis etiam in casu mortis, ex vi contractus, quem cum Regibus celebraverunt Archeopiscopi illius Civitatis, & ita declaravit Serenissimus Rex Emmanuel, ut habetur in *L. 1. titul. 3. part. 3. Extravagant. ibi: Declarou El-Rey Dom Manoel, que santa gloria baja, que o Ouvidor do Arcebispo de Braga por contrato, que com os Arcebispos de Braga fizeraõ aos Reys passados, podia dar cartas de seguro em caso de morte, e conhecer de acçoens novas, por lio não tolher Ordenação alguma, nem costume da Corte, por hum alvara de 23. de Fulho de 1512. In quo noto duo specialia: primum, quod talis Auditor potest eas chartas securitatis concedere etiam in casu homicidii, tam negativas, quam confessativas, quia illa lex non distinguit, & sine distinctione est intelligenda, *L. de pretio, ff. de publician. in rem. act. L. non distinguemus, ff. de arbitr.* Secundum, quod etiam de his accusationibus in prima instantia cognosceret, qui in causis criminalibus illius Civitatis nulla cognitio pertinet ad Regem, nisi per appellationem, aut gravamen, secundum contractum factum inter Catholicos Reges, & Archiepiscopos approbatum per Sedem Apostolicam, & sic observatur.*

Item Auditor Illustrissimi Ducis Bargantiæ ex usu concedit literas securitatis negativas in casu homicidii, & resistentiæ, sive offensæ ministris justitiæ factæ, & de earum accusationibus etiam cognoscit in prima instantia; quod in Senatu examinatum fuit; nam habet provisiones Regias, ut observentur usus, & possessiones, in quibus fuerit, & quod suæ donationes non regulantur per Ordinationem, quæ loquitur, em que maneira os Senhores das terras usarão da jurisdicção que por El-Rey lhes for dada, de qua *lib. 2. titul. 45. in nov. & tit. 26. in antiq. & ego vidi eas provisiones, & sententias latas en ejus favorem.*

In casu vulnerum, & tumefactionis, lite-

14 literæ securitatis negativæ non conceduntur, nisi elapsis 30. diebus à die commissi criminis, & in casu mortis, negativæ conceduntur elapsis tribus mensibus à die mortis, confessativæ autem tam in casu vulnerum, quàm tumefactionis, vel mortis, statim conceduntur ex *Ordin. lib. 5. titul. 130. in princip.* debet autem supplica, per quam petitur charta securitatis confessativa, continere, se ea vulnera, plagas, aut homicidium fecisse in suam necessariam defensionem, exprimereque causam defensionis necessariæ ex *L. ut vim, ff. de justitia, & jure, L. sed, & si quemcumque, L. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 489. n. 15.* & vidi judicatum contra quendam Bracharenssem.

15 Sic etiam conceditur charta securitatis confessativa in causa homicidii uxoris, quam maritus occidit propter adulterium commissum, nam de jure illius Regni licet maritis occidere uxores adulterium committentes, & ipsos adulteros, non solum quoniam eos inveniunt in actu adulterii, sed etiam, & ex intervallo, & separatim, si sperant probare posse adulterium, ex *Ordin. lib. 5. tit. 16. in antiquis, & titul. 38. in nov.* & accidit casus in persona Antonii Gasparis oppidi de Bem-viver, qui occidit Belchiorum Nogueira militem Maltensem propter adulterium in uxorem suam commissum, nam ut eum occideret, invitavit eum in domum suam, ut esset pater spiritualis cujusdam filii sui recenter nati in fonte sacri baptismatis; ille autem nullum malum sibi futurum arbitratus, accepit libenter compaternitatem, cum autem esset in domo prædicti Gasparis, ipsemet Antonius Gaspar securi eum vulneravit in capite, & occidit: consanguinei occisi eum accusaverunt, & non obstante quod homicidium eo modo proditoris & alevosæ commisisset, & esset in casu condemnationis, juxta tradita per *Angel. ad Bart. in L. ultim. Codic. delatoribus. lib. 10. & Menoch. de arbitr. lib. 1. quest. 90. num. 94.* tamen fuit ab-

solutus per senatum, quia probavit adulterium ex generalitate *d. Ord.*

Sic etiam concedetur charta securitatis confessativa ei, qui banitum occidit, nam postquam est banitus per sententiam, potest à quolibet de populo, tanquam hostis Reipublicæ interfici, ex *Ordin. lib. 5. titul. 44. §. 8. in antiquis, & lib. 5. tit. 126. §. 3. in novis*, ibi: *E bannidos por bem que nos casos onde os ausentes forem condenados a morte natural, e bannidos, qualquer do povo os possa matar sem pena, sabendo que são aquelles os proprios bannidos, que por os Juizes da mór alçada são condemnados á morte, e não outros;* & de materia *Carrer. in pract. criminal. fol. 265. vers. sexto, Menoch. de præsumption. lib. 5. præsumpt. 55. num. 37. Azeved. in L. 1. titul. 10. lib. 4. novæ collect. in casu mulieris condemnatæ ad mortem propter adulterium, docet Cabed. Aresto 93. in 1. part. suarum decision.*

Item conceditur charta securitatis confessativa in casu, de quo per eundem *Cabedum Aresto 96. in eadem parte*, & concedetur in omnibus casibus, ubi lex impunè permittit aliquid, quod aliàs est delictum, impunè facere, aliqua justa de causa: ea tamen est differentia, quia chartæ securitatis confessativa expediuntur per præsidem in Senatu visa inquisitione, & informatione culpæ in causa homicidii, quando primæ petuntur, ex *Ordin. d. titul. 130. §. 1. in novis, & lib. 5. titul. 49. §. 2. in antiq.* secundæ autem, & tertiæ conceduntur per solum Præsidem absque interventu Senatus, ex *Cabed. dec. 57. in 1. p.* Negativæ non possunt impetrari, nisi in casu homicidii elapsis tribus mensibus, vel negativæ in causa vulnerum, vel tumefactionis, nisi elapsis 30. diebus, nisi aliter dispensetur, possunt enim in eo dispensare Palatii Regii Senatores, ut literæ securitatis concedantur ante elapsam tempus trium mensium in causa homicidii, & in vulneribus, & plagis ante 30. dies, ex *suo regimine. §. 97. & 98.* item, & omnes aliæ chartæ securitatis negativæ in omni-

nibus aliis casibus expenduntur per præfides, per se solos, ex *d. Ordin. tit. 49. & titul. 130. in princip.* quod etiam faciunt Præfides Provinciales, & auditores dominorum, qui facultatem habent in donationibus ad concedendas literas securitatis in casibus, in quibus soli Præfides Curiales eas concedunt, ut supra retuli. Rursus Præfides Provinciales non possunt literas securitatis concedere in iis locis, ubi præsens fuerit Præses Curialis, ex *Ordin. lib. 1. d. titul. 58. §. 40. ad fin.* idem observatur in Senatu Portugallensi per decretum illius contra Præfides illius Provinciæ, quibus adempta fuit facultas concedendi chartas securitatis de casibus in ea urbe commissis, & quod solus Præses criminalis Curiae eas concedat, & sic jam observatur, licet scribæ proclamaverint ad Regem.

22 Possunt Præfides, tam Curiales, quam Provinciales concedere usque ad tres chartas, quartam autem non concedunt absque provisione Regia, ex *eadem Ordin. §. 2.* & eam provisionem concedunt Senatores Regii Palatii ex *illorum regimine §. 80.*

23 An autem, qui sunt incarcerati possint literas securitatis impetrare pro alio crimine diverso ab eo, pro quo sunt in carcere, vide *Cabed. dec. 65. in 1. part.*

24 Rursus, & decretum Præfidis, in quo jubet expediri chartam securitatis, durat triduum, quo elapso, nisi literæ sint expeditæ per Cancellariam, vel nisi constet stetisse per scribam, qui chartam scribere debuit, non potuisse eam intra illud triduum conficere, ex *d. Ordin. antiq. dict. titul. 49. §. 4. & d. titul. 130. §. 4. in novis.* Qui autem impetrat chartam securitatis, tenetur partes offensas citare ad accusationem intra tempus præfixum in literis, vel in alio tempore quod Præfides prorogant data distantia loci, vel alia de causa.

26 Postquam autem cœperit accusatio, & ipse literas securitatis accepit, tenetur residere personaliter in audientibus, ex *Ordinat. lib. 3. titul. 7. in antiq. §. 2. & titul. 7. §. 2. in novis, ibi: Porèm*

*isto não haverá lugar no que tomar carta de seguro, ou alvará de fiança, e no prezo sobre sua homenagem para andar pela Cidade, ou Villa; porque em cada hum destes casos, posto que o crime seja leve, sempre serão obrigados a aparecer pessoalmente em juizo; quod si interrumpat, & frangat residentiam elapsis quindecim diebus, frangit vires chartæ securitatis, & potest in carcerem mitti, si pro eo crimine, de quo literas securitatis assumpsit, erat pronuntiatus ad carcerem: ita probatur ex *Ordinat. lib. 5. titul. 124. §. 20. in novis, Cabed. dec. 67. in 1. part.* nam si de crimine non constat, sed de sola fractura chartæ securitatis, ex *cap. non residentie in audientibus, eum non obligat ad carcerem Ordin. d. titul. 124. §. 21. deducta ab antiqua lib. 5. titul. 1. §. 3. & Caminha in suo Formulario libellorum, fol. 37. vers.**

27 Quod si fracta prima charta deveniendum sit ad secundam, vel tertiam debet narrare, & mentionem facere de assumptis, aliter subreptitia, & nulla esse ex *Ordin. d. titul. 49. §. 2. & d. tit. 130. §. 3. in quo videtur sequi doctrinam Bald. in L. 3. num. 4. & Paul. ad finem, Codic. de Episcop. audient. Jason. in L. nec damnosa, column. 2. Cod. de precibus Imperator. offerend. Palat. in repetit. Capituli, §. 9. n. 25.*

28 Est apud Lusitanos *Ordinat. in eodem titul. 130. §. ultim. in novis, ubi ita habetur: Quando alguma pessoa se livrar por carta de seguro negativa, se do caso houver devaça e nella estiver pronunciado por desembargo da Relação, ou de cada hum dos Corregedores da Corte, ou da Casa do Porto, ou de qualquer Desembargador de cada huma das ditas Casas, ou por despacho dos Corregedores da Cidade de Lisboa, ou de outra Comarca, ou Ouvidores das terras dos Mosteiros de Christo, Santiago, e S. Bento de Aviz, ou Juiz de fóra, que seja preza a tal pessoa, que tomou carta de seguro negativa, o julgador que do caso conhecer, cumprirá o dito despacho conforme a clausula da carta, que diz, que não seja prezo até se achar*

- achar contra elle tanto, porque o deua ser, sem embargo da dita carta negativa que tomou. *Cardosus in praxi iudicum, & advocator. verbo, epistola, num. 5.* Idem dispositum fuit in *Extravagant. 3. tit. 3. part. 3. Extravagant.* Hæc Ordinatio est contra jus commune, quo attento salvi conductus observabantur, licet non fuissent concedendi, ne quis decipiatur iudicis autoritate, ex *L. 1. Codic. de his, qui ven. etat. impetraver. Bartol. in L. is, qui reus, num. 12. ff. de public. iudic. Menoch. de arbitr. lib. quæst. 81. n. 12. Vincent. de Franck. dec. 258. n. 1. Surd. dec. 307.*
- 31 Unde inferendum est, quod ea Ord. non procedit in criminibus pronuntiatis per querelam, sed tantum inquisitionibus pronuntiatis de quibus loquitur, & non debet extendi, cum sit correctoria juris communis. Secundò, quod procedit in inquisitionibus pronuntiatis per aliquem ex iudicibus in ea nominatis, *Cardos. d. numer. 5.* non debet extendi ad inquisitiones pronuntiatas per dominorum auditores, de quibus non loquitur, ex *L. cum prætor, ff. de iud.* Unde infertur annotatio ad *decis. Cabed. 52. num. 1. in 1. part.* quatenus dicit decreville Senatam eam extravagantem loquentem in Præsidibus Provinciarum, etiam procecere in auditoribus dominorum literatis, nam contrarium est tenendum, quia in ea non fuit sermo de talibus auditoribus, & hodie cessat ex *Ordinat. nova d. §. ultimo,* quæ facit mentionem de auditoribus trium Ordinum Militarium Christi, Sancti Jacobi, Sancti Benedicti de Aviz, & ideo non includuntur auditores literati dominorum, *argument. L. unic. §. fin autem ad deficientis, Cod. de caducis tollendis.* Nec est iudicandum exemplis, sed legibus, *L. nemo, Cod. de sentent. & interlocut. omn. iud.* & ita observatur in Senatu Portug.
- 32 Tertiò, quod ea Ord. loquitur de iudicibus foraneis, & ideo idem non erit in inquisitionibus pronuntiatis per iudices municipiorum, & hoc jure utimur:

procedet tamen in inquisitionibus pronuntiatus per iudices foraneos, sive positi sint à Rege, à dominis, sunt enim aliqui domini, qui iudices foraneos habent, ut sunt Illustrissimi Duces Bargarantiæ, & Averiensis in aliquibus oppidis suis ex donationibus Regiis, quia *d. Ordin. in d. §. ultim.* loquitur de iudicibus foraneis sine ulla restrictione, & ideo omnes comprehendit, & ita iudicatum fuit in quodam gravamine Emmanuelis de Araujo, oppidi de Montalegre, quod pertinet ad Ducem Bargarantiæ, & postea idem iudicatum fuit in alio gravamine ex oppido Averienti, quod est de jurisdictione Ducis illius. Hæc tamen mutationem receperunt per quoddam decretum Senat. Portugallens. cuius tenor sic se habet: *E assim mais se assentou, que a Orden. lib. 5. titul. 130. §. ultim. se entenda somente nas pessoas, e Fulgadores nella nomeados, e naõ tenha lugar nos Ouvidores dos senhores, nẽ em seus Juizes de fora, sem embargo do que diz Forge de Cabedo distinct 52. in princ. com declaraçãõ, que se os senhores das terras mostrarem doaçõens porque se conceda usar da mesma jurisdicçãõ, e por naõ vir mais em duvida, se fez este assento em 23. de Junho de 1609.* E ao fazer deste assento servia de Governador o Doutor Antonio Cabral, Chanceller.

Rursus limitabis eam Ordinatio in casu ubi à principio culpa fuit formata per viam querelæ, nam si postea alteretur, & de ea assumatur inquisitio ex mandato Regis, valebit tamen charta securitatis negativa, licet inquisitio pronuntietur per aliquem ex iudicibus declaratis in *d. lege,* & docet *Cabed. d. dec. 52. n. 3.* attendenda enim est origo, & principium causæ ex *L. si procuratorem in princip. ff. mandat. ibi: Uniuscujusque contractus initium esse spectandum, & causam: & in L. qui id quod, ff. de donation. causa mort. item,* & quia licet Rex ex causa jubeat inquiri de eo crimine, forsan ad maiorem probationem, & punitionem delinquentis, non tamen censetur velle præjudicare chartæ securitatis, quam de lin-

linquens assumpsit, ex regul. L. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public.

Hinc etiam infertur annotatio ad Arestum Cabedi in 1. part. suarum decisionum, ubi dicit, & refert quod in processu Emmanuelis, & Oduardi Mendez fuit determinatum, quod si quis impetret literas securitatis confessativas, potest in sua contrarietate negare delictum, & manebit in vigore dictæ chartæ, & contrariare negando, & posse ei admitti talem contrarietatem, si aliàs contineat materiam admissibilem, & quæ probata releuet, anno 1589. & visos fuisse multos processus antiquos, in quibus ita fuit determinatum. Hoc Arestum continet tres partes: primam, in qua deciditur posse, qui literas securitatis confessativas impetravit, facere contrarietatem negativam delicti, de quo accusatur, & probatur jure; quia reus potest pluribus defensionibus uti, ex L. nemo prohibetur, L. is qui, ff. de regulis juris, regul. nullus pluribus lib. 6. Cardoso in praxi judic. & advocat. verbo, defensio num. 8. idem est si accipiat literas securitatis negativas, posse facere contrarietatem confessativam, fatendo delictum, & allegando, quod fecerit illud in suam necessariam defensionem, vel jure fecisse lege permittente; imò, & in eo, qui à principio negavit, etiam post litem contestatam admittitur ad faciendum contrarietatem confessativam, ex Ordinac. lib. 6. titul. 1. in princip. versicul. & acabadas, in antiquis, & lib. 5. dict. titul. 124. §. 8. ibi: E em todo feito crime de morte, ou de feridas, ou outro semelbante crime, o reo póde vir em todo o tempo, assim antes de abertas, & publicadas, como depois com sua defeza se nella confessar que matou, ou ferio, ou fez o maleficio per que he accusado, & que o fez em defensaõ de seu corpo; a qual lhe será recebida, posto que no feito o tivesse negado, & feito artigos de contrariedade; quod idem de jure communi admittitur ex Ful. Clar. in pract. criminal. §. homicidium, num. 35. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 42. num. 4. Mascard. de probat. lib. 2. con-

clus. 867. num. 2. Goncal. Soares in sua praxi, 5. part. tom. 1. cap. 3. §. 6. n. 80. Joan. Gutierr. in Authent. sacramenta puberum, à num. 65. Codic. si adversus vendit. Azeved. in L. 2. titul. 7. à n. 57. lib. 4. novæ collect.

Secundâ pars dicti Arestu, quod valeat charta securitatis confessativa delinquenti, licet faciat articulos contrarietatis negativos, in quò subsistendum est: nam admissa hac practica, illusoria manet Ordin. dum non admittit chartas securitatis negativas in casibus inquisitionum pronuntiarum ad capturam delinquentis per aliquem ex iudicibus in ea nominatis, nam facile est chartas securitatis assumere confessativas, si in contrarietate sit licitum negare, manente charta in suo robore, quod quidem est in legem committere, & fraudem ei facere contra regul. L. contra legem. 28. ff. de legibus, ibi: In fraudem verò legis, qui salvis verbis legis sententiam ejus circumvenit; & ibi gloss. Alber. Bald. & Ful. multis exemplis illustrant; idem probatur in regul. certum 88. lib. 6. ibi: Certum est, quod is committit in legem, qui verba legis complectitur, contra legis nititur voluntatem; ubi gloss. Dynus, & Pechæus. Rursus obstat alia regula, quod non debet quis admitti alia via, quando alia prohibetur illud facere, ex L. oratio, ff. de sponsalibus, regul. cum quid, 84. lib. 6. ubi glossa aliquibus exemplis exornat, & post eam Dyn. & Pechæus. Tertio obstat alia regula, quod admissa ea practica, esset lex Regia in d. §. fin. imposita verbis, & non rebus, quod esse non debet, ut docet Imperator in L. 2. ad finem, Cod. communia de leg. ibi: Nos enim non verbis, sed ipsis rebus leges imponimus, cap. ultim. & ibi gloss. de offic. deleg. cap. commissa, §. porro, & ibi gloss. verb. faciendum, de elect. lib. 6.

Nec obstat posse reum pluribus defensionibus uti, sive diversæ sint, sive contrariæ, ut dicit gloss. in d. L. nemo, ff. de exception. & in d. regul. nullus pluribus, nam contrarium tenent ibi Bart.

Alber. Cuman. Socin. & Zasius num. 5. Dynus, & Pechæus in d. regul. nullus pluribus, num. 6. ubi dicit, quòd cum contraria probari nequeant, reus ad contrarias exceptiones allegandas admitti non debet, quia sine mendacio, & malitia proponi non possunt, & inanis, & frustratoria esset ejus rei allegatio, quam, si negativa fuerit, probari non licet, lex verò, quia naturam imitatur, nihil frustra constituit; & idem sequitur Covar. lib. 1. resolut. cap. 2. num. 2. 2. per L. 2. vers. sed si alius, ff. quando appellandum sit, & ita in Senatu Portugallensi practicabatur, quod si quis faciebat contrarietatem confessativam accepta charta securitates negativa, vel è contra, si faciebat contrarietatem negativam, accepta charta securitatis confessativa, admittebatur contrarietas, ipse tamen reus, quia non faciebat contrarietatem conformem suæ chartæ securitatis, mittebatur in carcerem, & hæc practica intermissa fuit, & jam observatur quod Cabedus in eo Aresto decisum testatur, sed profecto mihi melius videtur quod antea practicabatur in Senatu Portugallensi, & ita excluduntur fraudes, quæ aliter fiunt contra legem Regiam in dicto §. ultim. idem docet Cardos. post hæc à nobis visus, in praxi judicum, & advocatorum, verbo, epistola, num. 7.

46 Tertia pars dicti Aresti est, quod contrarietas delinquentis est admittenda, si habet materiam admissibilem, idest, quæ probata concludat, & relevet, nam admitti non debet, quod probatum non relevat, ex L. ad probationem 21. ad fin. Cod. de probat. ibi: *Si quidem hujusmodi liciet probetur, factum intentioni nullum præbet adminiculum*, & ita glossa ibi finalis dicit, quod debet id quis probare, quo probato adjuvetur; idem glossa in cap. cum contingat, verbo, nihilominus de offic. delegat. optimè Oldrad. cons. 316. Aymon. cons. 901. num. 1. lib. 5. Azeved. L. 4. titul. 6. lib. 4. Barbos. in L. si alienam, num. 5. ff. soluto matrim. & ideo in 47 Senatu, quando in eo fiunt accusationes, contrarietates admittuntur, vel re-

probantur, dato secundo termino ad faciendam aliam secundam contrarietatem, quando prima in totum fuit reprobata ex *Ordin. lib. 5. d. titul. 124. in princip. ibi: Eas contrariedades, ou defezas defeitos crimes que se houverem de despachar nas Casas da Supplicação, & do Porto, se receberám em Relação por desembargo, sendo taes, que provadas relevariaõ aos reus; & sendo as ditas contrariedades offercidas perante quasquer outros Fulgadores nos feitos que couberem em suas alçadas, pronunciaráõ nellas per desembargo na forma acima dita, & se o reo não vier com a contrariedade no termo que lhe for assinado, o lancará della, & dará lugar á prova, sem lhe para isso assinar mais termos; & offercendo a no dito termo, selhe não for recebida, por não ser em forma para se receber, se da materia della parecer ao Fulgador que pôde ser emendada, á mandar á emendar até á primeira audiencia, & não lhe serdõ mais termos assinados, & não mandando emendar, se a parte a quizer emendar, o poderá fazer huma só vez até a primeira audiencia: hæc lex desumpta fuit ab Extravagant. 11. tit. 1. part. 3. Extravagant.*

In qua nota primò, quod tantum procedit in contrarietatibus, quæ fiunt contra libellos, in quibus accusationes fiunt, non in exceptionibus receptis, quia contrarietates factæ contra exceptiones admittuntur per si, & in quantum per iudices, absque communicatione in Senatu; idem fit in replicis, & triplicis, & idem observatur in contrarietatibus, quæ offeruntur coram aliis iudicibus extra Curiam, ex d. *Ordin. tit. 124. in princip. ibi: Os quaes artigos de contrariedade, & defeza, replica, & triplica sem se lerem se receberáõ em audiencia, em quanto de direito forem de receber; quod idem observatur in contrarietatibus, replicis, & triplicis in causis civilibus, ex L. 7. §. 2. titul. 1. part. 3. Extravagant. & ex nova *Ordin. lib. 3. titul. 20. §. 5. quæ clausula salvo jure impertinentium, & quatenus de jure recipienda sunt,**

sunt, operatur notabilem effectum, ut articuli impertinentes non censeantur admissi, pariter quod nec censeantur admissæ probationes factæ super articulis impertinentibus, ex *Bartol. in L. si quis libertatem, num. 10. ff. de petit. hereditat. Joann. Andr. & Imol. in d. cap. cum contingat, Marant. de ordin. judic. 6. p. actu 4. numer. ult. Andr. Gayl. practicar. observ. lib. 1. cap. 81. numer. 10. Azeved. L. 1. num. 41. titul. 7. lib. 4. novæ collect.* atque ideo admoniti esse debent advocati, & causarum patroni, qui in foro versantur, ut tantum faciant articulos pertinentes, & qui probati relevent in meritis causarum, quas agunt, vel defendunt, nam ex articulis impertinentibus partes, & clientuli fatigantur, & sumptibus inanibus consumuntur, & iudicibus non parvum fastidium pariunt, video enim sæpissimè venire ad Senatum multos procellus plenos articulis, & probationibus impertinentibus, quod procedit ex incuria, & negligentia advocatorum, qui in conficiendis articulis non discernunt, qui sint pertinentes, & ad relevamen facientes secundum materiam de qua agitur: oportet autem scire principia juris, & quæ sint necessaria ad obtinendum, vel in actione proposita, vel in defensione formanda.

53 Non conceduntur chartæ securitatis negativæ cum defensione contraria delicto, ex *Ordinat. d. titul. 124. §. 5. ibi: Não se passarão cartas de seguro com defezas, que são contrariedades contra o estylo da Corte, assim como se hum se segurasse por se dizer que furtára certa cousa, & elle a negasse, & dissesse, que provaria que a comprou de tal pessoa, porque he mais negativa, que com defeza, pois em effeito se nega o delicto, & nas cartas de seguro se ha de negar em todo o maleficio, ou confessar com defeza, & deducta est ab Extravagant. 1. §. 12. tit. 17. p. 1. Extravagant.* Quando autem post factas probationes communicantur partibus, 54 adjunctis illis, & informatione culpæ factæ per viam quærelæ, vel per viam inquisitionis, hoc est per devaça ad alle-

gandum de jure, communicantur procellus reis, clausis probationibus accusatorum, & informatione culpæ, & solum vident probationes, quas in suam defensionem fecerunt, ne fortè visa culpa auferant, & executionem condemnationis faciendæ illudant, ex *Ordin. d. titul. 124. §. 5. ibi: E depois que as inquiriçoens forem abertas, & publicadas, o Fulgador não receba mais artigos, nem prova alguma das partes, & mandarão dar vista ao accusador, & ao reo, se for prezado, para allegarem de seu direito, & sendo o reo seguro, ser lbeba dada a vista do feito com as inquiriçoens, & razoens do accusador, cerradas, & selladas.* Idem disposuerat *Ordin. antiqua lib. 5. titul. 1. ad fin. principii,* & secus observatur in eo, qui sub fidejussione se defendit, quia communicatur ei totus procellus apertis probationibus actoris, & informatione culpæ, & ita docet *Cabed. Aresto 84. in 1. part. & facit, quia qui est in fidejussione, est ad instat carcerati, ex L. nec non §. 1. ff. ex quibus causis maior gloss. final. in L. in eadem, ff. eodem tit. Ordinat. antiq. lib. 3. titul. 8. §. penult. Cabed. dec. 67. n. 1. in 1. p.*

56 Quod si pendente accusatione, recedant à iudicio illicentiati, proceditur contra eos usque ad sententiam, tanquam contra contumaces à revelia sine alia citatione, ex *Ordin. in eodem tit 24. §. 10. ibi: Quando algum se livrar por carta de seguro, ou alvará de fiança, se depois de se apresentar na audiencia se ausentar, ou sendo prezado fugir da cadeia, o Fulgador irá pollo feito em diante á sua revelia, sem mais ser citado por edictos, nem por outra maneira até final sentença inclusivè.* Idem probatur ex *Ordin. dict. titul. 1. §. 4. in antiquis, & de jure Boer. dec. 215. n. 22. Aviles ad leges prætor, cap. 18. gloss. carcel. num. 51. Anton. Gabriel de citation. conclus. 1. numer. 410. Burgos de Paz cons. 12. num. 4. & n. 7. Azeved. in L. 3. tit. 10. lib. 4. novæ collect. à n. 22.*

57 Qui autem volunt se excusare à re-

dendo in iis casibus, in quibus tenentur residere, impetrant provisionem, quam concedunt Senatores Regii Palatii, ut habetur in *suo regimine* §. 77. Cæterum in primo termino debent comparere personaliter præsentando se cum sua charta securationis, ut illo beneficio defendendi se per procuratorem gaudere possint, ut iudicatum testatur *Cabed. Arresto* 17. in 1. part.

59 Ultimò, & pro complemento solent aliquando delinquentes se præsentare cum charta securationis negativa, vel confessativa in iis casibus, in quibus valet. Cæterum accusatores opponunt eos esse pauperes, & non habere bona unde solvant condemnationem, & posse aufugere, & illudere iudicium, & instant, ut carcerentur donec satisfiant de iudicio fisci, & iudicatum solvendo; scio aliquos iudices detulisse huic petitioni, alios denegasse ex eo, quia cum habeant chartam securitatis, non possunt carcerari. Cæterum adverto, quod in illis terminis duplex causa concurrat, ex quibus delinquens obligatur ad carcerem altera pronuntiatione delicti, altera ratione paupertatis, quia non habet bona unde solvat condemnationem, & periculum est ne fugiat; nam debitor, qui non habet unde solvat, nec est tutus, hoc est arreigado, quia non possidet bona immobilia, constituto de debito, & quod potest fugere, tenetur satisfacere, vel subire carcerem ex doctrina *Bart. Auth. nisi debitor, Codic. de solut. Angel. in L. nemo carcerem, Cod. de exactorib. tribut. lib. 10. Cacialup. de debitore suspecto* q. 9. *Afflic. dec.* 170. *Soares de los emplazamientos*, §. 1. *Ordinat. Lusitan. lib. 3. titul. 31. in novis*, in §. 2. & 3. *deducta ab antiqua lib. 3. titul. 20. §. 2. & §. 3.*

61 Quod potest habere locum in filiis familiaribus, non obstante, quod patres sint divites, & habeant bona, quia non liberant filium à satisfactione, ex *Bartol. L. sciendum num. 12. ff. qui satisfacere cogantur*, communiter recepto ex *Fason. ibi n. 24. Orosius num. 4. Soares de los emplazamientos* §. 1. numer. 30. *Joann. Gu-*

tierras in §. sui, num. 116. institut. de heredum qualitat. & different. Riminald. in princip. num. 455. instit. quibus alienare non licet

Charta autem securitatis liberat reum à carcere ex prima causa, non autem à secunda, quia non facit eum idoneum ad solvendam condemnationem, nec tollit suspicionem fugæ, & ubi concurrunt duæ causæ diversæ, sufficit quod altera militet, ut habeatur intentum §. *affirmitatis institut. de nupt. gloss. si is, §. mulier, ff. de condition. indebit. Roman. L. 1. num. 6. ad finem, ff. soluto matrim.* & in criminalibus etiam habere potest cautio locum, & non habet fidejussor beneficium excussionis, *Bald. & Alex. num. 7. in L. 2. §. si quis ex his, ff. qui satisfacere cogantur, Afflic. lib. 2. constit. rubric. 10. num. 5. Anton. Gabriel. de fidejussoribus, conclus. 1. num. 95.* & ex eo, quia hæc non observantur, vidi multas partes illusas, quia rei, qui securitatis literas acceperunt, & in iudicio residebant, penderent accusatione, aufugerunt, & non invenerunt accusatores bona, ex quibus satisfactionem condemnationis obtinerent, ideo in hoc iudices prudentiores esse debent ut evitent eas illusiones reorum, attento quod interest delicta puniri, & partibus satisfieri de suis injuriis, ex *L. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. L. si a reo 71. §. id quod vulgo, ff. de fidejussoribus.*

ALLEGATIO LXVIII.

An possit quis facere testamentum ad pias causas sine testibus, & animam suam instituere, & dandus sit curator bonis.

SUMMARIUM.

- 1 Proponitur facti species circa duo testamentum ad pias causas.
- Ibid. Uxor manet in possessione bonorum per mortem mariti de jure Regni Lusitani.
- 2 An in his terminis dandus sit curator bonis defuncti.

Dum

- 3 Dum potest dari locus successioni ex testamento, non habet locum successio ab intestato.
- 4 Ostenditur, quod dandus sit curator bonis.
- 5 Anima defuncti est immortalis, & incorporea.
- 6 Duobus modis additur hereditas.
- 7 Illi actus non cadunt in animam institutam.
- 8 Est invisibilis.
- 9 Anima ponitur inter personas miserabiles.
- 10 Hereditas jacens non addita representat personam defuncti.
- 11 Hereditati, quæ de facili non speratur addiri, dandus est curator.
- 12 Non potest iudicium consistere cum hereditate jacente.
- 13 Processus facti cum hereditate, non dato curatore, sunt nulli secundum Ang.
- 14 Limitatur ubi casus celeritatem dederat.
- 15 Contra hereditatem jacentem potest procedi, sicut contra pupillum, secundum Romam.
- 16 In Regno autem Lusitano non sunt in usu decreta.
- 17 Interest Reipub. suprema hominum iudicia exitum habere.
- 18 Testamenta ad pias causas valent cum duobus testibus.
- 19 Hæc doctrina etiam admittitur interris Imperii.
- 20 Sufficit testamenta ad pias causas esse subscripta manu testatoris.
- 21 Testamentamenta ad pias causas non adstringuntur legibus secularibus.
- 22 Testamenta ad pias causas respiciunt spiritualia.
- 23 Uxor manens in possessione bonorum non potest addere hereditatem, quia hoc competit heredibus.
- 24 Judicatum fuit, quod curator daretur bonis defuncti.
- 25 De casa incendii orti, cui obviatum est.

ANtonius quidam fecit duo testamta ad pias causas, faciendo animam suam heredem per suum obitum: iudex municipii testes interrogavit, qui presentes fuerunt, & auctoritatem suam interposuit, & in publicum reduci iussit, & in bonorum defuncti possessione mansit ejus uxor ex beneficio *Ordin. antiq. lib. 4. titul. 7. §. 1. & novæ, titul. 95. in princip. Cabed. Aresto 29. in 2. p. suarum decision.* Quidam hæres ab intestato illius bona sibi adjudicari petit, quia eum ab intestato decessisse contendebat, quia non jure testatus fuerat, & libellum porrexit contra uxorem, quæ in privilegio viduitatis declinavit ad iudicium actionum novarum Senatus Portugal. erat enim de ipsius districtu.

Actum fuit an esset in ea causa dandus curator bonis defuncti, qui eam defenderet, agebatur enim de defendendo testamta, in quibus animam suam defunctus heredem fecit, & in consequentiam pauperes, inter quos bona veniebant distribuenda, & uxor non erat legitima contradictor, neque ad defendendum testamtum, neque ad dimittenda bona consanguineo agenti ab intestato, quia dum potest dari locus successioni ex testamento, non habet locum successio ab intestato, ex *L. quandiu 39. ff. de acquir. hered. L. antequam, Codic. commun. de successiõib. Rojas de success. cap. 1. n. 5. Burg. de Paz, conf. 7. num. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 76. num. 93. Camil. Borr. conf. 33. n. 35.*

Hoc supposito, & quod dari deberet curator bonis, suadebam primò ex eo, quia testator animam suam heredem fecit, & ita fuit testatus ad pias causas; nam valida est institutio, qua quis animam suam heredem facit, quia eum sensum habet, ut ejus bona in operibus piis consumantur, ut docet *Molin. Theolog. 1. tom. de justit. & jur. disputat. 134. versic. illud juxta hætenus dicta, & generaliter relicta, pro anima censentur ad pias causas relicta, Authent. ut cum de appellat. cognoscitur, si unum, de prædictis, collat. 8. ibi: Et ipsorum quoque*

animæ ex hac piissima causa subleventur, Gloss. Bartol. Bald. ad fin. Imol. num. 3. Paul. in L. si quis Titio, ff. de leg. 2. & ibi Peralt. num. 8. & Sarmiento num. 5. Tiraq. de privileg. piæ causæ in præfatione, vers. item relictum, Spinus de testam. gloss. 31. num. 40. Cabed. dec. 129. in 1. p. num. 12.

- 5 Secundò; quia anima defuncti est immortalis, & incorporea, & non potest per se addere hæreditatem; nam duobus modis acquiritur hæreditas, sive
- 6 additur animo, dicendo se addere, vel factò, faciendo actus, qui non possunt fieri citra jus, & nomen hæredis, ex *L. por hærede, L. gerit, ff. de acquir. hæredit. §. ultim. instit. de hæredum qualitat. & diff. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 40. Andr. Gayl. lib. 2. practicar. observ. cap. 129. num. 5.* quod non cadit in animam, quæ non potest eos actus explicare, postquam à corpore per mortem naturalem
- 8 separata est, quia, & inquit Bernard. de adventu Domini, sermon. 6. (Protinus anima discedente, lingua filebit, oculi nihil videbunt, obdurescent aures, corpus omne rigebit, facies expallescet, in brevi quoque totum cadaver putidum simul, & putridum fiet, & decor omnis in saniem convertetur) & est invisibilis ex Gregor. in suis dialog. lib. 4. cap. 15.
- 9 & dicit Bald. eleganter in cap. ultim. ad fin. de feriis, quod anima ponitur inter personas miserabiles, cum postquam soluta est corpore, se tueri non valet, & hanc Baldi doctrinam esse reconditam, nec vidisse per Doct. alicubi relatam testatur Peralta ubi supra: faciunt quæ in simili dicit Valasc. de nominatione emphyteusi facta pro anima emphyteuta consult. 193. lib. 2. & Cald. in 4. p. de emph. cap. 10. n. 20.

- 10 Tertiò; quia hæreditas jacens, dum non est addita per hæredem, representat personam defuncti, ex *L. hæres, & hæreditas ff. de usucapion. L. hæreditas in multis, ff. de acquirend. rerum domin. L. 1. §. Scevola, ff. si quis testamento liber esse jussus, Joann. Guttierr. lib. 2. pract. cap. 49. numer. 2.* & hæreditati nondum

additæ nec de facili speratur addiri, dandus est curator, *L. 1. ff. de curatore bonis dando, ubi Bartol. Alberic. & Angel. idem Angel. cons. 103. ad finem, & cons. 163. num. 3. vers. quandoque hæreditas non additur, Matissilan. singul. 4. vers. & ideo, Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 150. versicul. Quartus casus, Andreas Gayl. practicarum observat. lib. 2. cap. 130. num. 2.* Nec iudicium potest consistere cum hæreditate jacente, quia in iudicio tres requiruntur personæ: actor, reus, iudex, *cap. forus, de verborum signification. & in hæreditate jacente deficit persona, quia res hæreditariæ, antequam hæreditas addeatur, sunt in nullius bonis, L. 1. §. quod autem, ff. de rerum division. & probatur ex text. in L. si servus hæreditarius, ff. de stipulat. servor.*

Idem probatur in *L. 4. §. toties, ff. de damn. infect. per locum ab speciali, & in eo Angel. num. 3.* dicit, quod per eum text. & similes alios, plures processus destruxit factos contra hæreditatem jacentem, nullo curatore hæreditati dato, quoniam omnes citationes de hæreditate factæ sunt ipso jure irritæ, & inanes, ut ibi, & in *d. L. si servus hæreditarius, & non mirum, quia cum hæreditate jacente nullum fundari potest iudicium, remedium ergo ut detur curator hæreditatis, & litigetur cum eo, nisi res celeritatem desideret, quia tunc cum hæreditate jacente procedit iudicium, ut in casu illius §. toties per locum ab speciali tene menti, dicit Angelus, quia adhuc habebit honorem; & sequitur ibi Paul. num. 3. & Imol. in §. prætor, n. 12. Roman. num. 8.* autem dicit, quod contra hæreditatem jacentem potest procedi, sicut contra pupillum, quia in hac materia æquiparantur ex *L. is cui §. cessatum, ff. ut in possess. legator.* quam dicit non esse alibi; *Alexand. autem in dict. §. prætor, numer. 24.* dicit, quousque ad primum decretum potest procedi contra hæreditatem jacentem, nullo dato curatore; in secundo autem decreto non posse procedi sine curatore; & idem tenet *Cuman. ibi, num. 6.* In Re-

16 gno autem Lusitano non proceditur per decreta, quia sunt sublata, nec sunt in usu, & ideo cum adversarius prætenderet sibi hæreditatem defuncti ab intestato judicari, & à nomine esse additam, utique dandus erat curator illi, cum quo lis ageretur, & ut defuncto testamento bona erogarentur in opera pia secundum voluntatem testatoris, & inter sit Reipublicæ suprema hominum judicia exitum habere in *L. vel negare*, ff. *quemadmod. testament. aperiantur*, *Gama dec. 153. n. 2.*

17 In eadem lite agebatur de valore testamenti, in quo dicebam, quod testamenta ad pias causas facta valent saltem cum duobus testibus, *cap. relatum*, in *1. de testament. cap. cum esses*, eodem titul. *Speculat. de instrument. edit. §. cõpendiose*, column. 6. *vers. item per jus Canonicum Roman. Auth. similiter*, speciali 74. *Cod. de L. Falc. Bartol. in L. 1. n. 75. Cod. de sacrosanct. Eccles. & est communis secundum Alexand. ad L. si certis annis*, num. 5. *vers. & tale*, *Codic. de pac.* & hæc doctrina etiam admittitur in terris Imperii, tam in foro sæculari, quàm in foro Ecclesiastico, ut communiter observatur, teste *Joann. Andr. & Imol. num. 12. ad finem*, in *dict. cap. cum esses*, *Burgos de Paz in L. 3. Taur. num. 762. Michael Crassus*, §. *testamentum* q. 18. n. 4.

20 Secundò, quia sufficiebat ea testamenta esse subscripta manu testatoris, & quamvis sit controversum inter Doctores, an sufficiat, hæc tamen pars affirmativa, quod sufficiat, est communis secundum *Imol. & Aretin. in L. si is qui testamentum*, ff. *de testament. eandem dicit communem*, *Corn. Authent. quod sine*, *Cod. de testament. idem Alexand. in L. hac consultissima*, §. *ex imperfecto*, *Cod. de testament. Bald. dicta Authent. quod sine*, *Corn. cons. 306. column. 4. vers. & licet sint testes lib. 3. Tiraquel. de privileg. piæ causæ, privileg. 4. Covarr. d. cap. relatum*, num. 12. *Azeved. L. 1. n. 31. titul. 4. lib. 5. Valasc. consult. 67. lib. 1. ubi numer. 8. ita dicit vidisse iudicatum*

per gravissimos viros; eandem opinionem sequuntur, *Molin. Theolog. 1. tomo de justit. & jure, disp. 135. fol. mibi 728. vers. quin cum eodem*, & novissime *Cabed. dec. 129. n. 22. in 1. p.*

21 Tertiò, quia testamenta ad pias causas adstringuntur legibus sæcularibus, sed regulantur secundum juris Canonici dispositionem, *cap. Ecclesie Sanctæ Mariæ, de constitut. Bart. d. L. 5. col. 4. Cod. de sacrosanct. Eccles. Bald. L. generalis*, column. ultim. *Codic. eodem titul. idem Bald. in L. consulta diu alia in fin. Codic. de testament. Jason. Authent. novissima*, num. 20. *Codic. de inoffic. testam. Decius cons. 504. column. 1. Felin. dict. cap. Ecclesie*, num. 88. Adde, quod testamenta ad pias causas conspiciunt spiritualia, *cap. ultim. de rebus Eccles. non alienand. Bart. d. L. 1. column. pen. Alex. ad Bartol. in L. illud*, *Cod. eodem titul. de sacrosanctis Eccles. idem Alexand. cons. 209. column. 2. lib. 2. Burgos d. L. 3. Taur. n. 763.*

23 Quarto; quia licet uxor esset in possessione bonorum, quæ à marito relicta sunt ex beneficio legis Regni, & à manu sua deberent hæredes partitionem accipere, non tamen evicit eam posse hæreditatem addire, quia hoc tantum competit hæredibus, qui succedunt jure hæditario, & Ordinario non erat extendenda extra suos terminos, *L. si servum*, §. *prætor ait, vers. non dixit*, ff. *de acquir. hæredit. in hac specie iudicatum fuit in Senatu*, quod curator daretur bonis defuncti in dimidia, quæ ad hæredes potuerant pertinere, facta partitione cum uxore, & quod auferrentur ab ejus possessione, & ponerentur in sequestro penes aliquem hominem idoneum. Circa valorem autem testamentorum non fuit data decisio, quia partes cessarunt à lite tempore quo faciebam hanc allegationem 23. Octobris 1606. de nocte ortum fuit grande incendium in via, quæ vocatur Ferraria nova hujus Civitatis Portugallensis, cui occurrerunt magna hominum copia, & mulierum deferentium urnas aquæ ex fonte, qui est ante domos meas,

& adhibita summa diligentia, & favente divino auxilio extinctum, fuit, relictis aliquibus ædibus ex illa via semiustis, & in ejus extinctione non parvum supplementum præstiterunt Monachi Monasterii Sancti Dominici, exeuntes ab eo, & verbo, & opere adjuvantes: sic etiam occurrerunt Præsides Curia, & Præsides Provincialis hujus Civitatis Emmanuel de Sequeira Novaes accedendo ad partes necessaria mira diligentia, jubendo fieri, ea, quæ necessario videbantur.

ALLEGATIO LXIX.

Quando Metropolitanus fuit recusatus à suo suffraganeo, & ei fuit iudicatus suspectus appellationes ad eum pertinentes an debeant interponi ad eum, ut assumantur arbitri, an debeant interponi ad Sedem Apostolicam.

SUMMARIUM.

- 1 Casus contingentia.
- 2 An quando ordinarius est suspectus debet committere causam alii personæ, quæ non sit partibus suspecta.
- 3 An quando appellatur a sententia illius delegati ad quem sit appellandum.
- 4 Ad delegantem est appellandum secundum Abb.
- 5 Suspicio tollit jurisdictionem à recusato.
- 6 An medius recusatus possit causam remittere ad superiorem de recusatoris assensu.
- 7 In auditoribus dominorum aliud observatur de jure Lusitano.
- 8 De jure civili non datur appellatio ad superiorem omisso medio.
- 9 De jure Canonico admittitur appellatio ad sanctissimum, omisso medio.
- 10 Judex recusatus in prima instantia potest cogere partes ad assumendos arbitros, & ita utimur in Lusitania.

Quidam Archiepiscopus, & ejus Senatores recusati sunt à quodam suffraganeo, & assumptis arbitris in forma juris, recusatio admittitur fuit, eamque probavit Episcopus recusans, & iudicatum fuit recusatos esse suspectos in causis pertinentibus ad recusantem, vel ad suam jurisdictionem. Quidam Abbas subditus suffraganei fecit ei offensam, de qua assumpsit summariam informationem, & ad carcerem pronuntiavit: ille appellavit ad Metropolitim, ubi de ea appellatione cognitio non fuit accepta, sed jussum fuit, ut Episcopus citaretur ad assumendos arbitros, qui de meritis appellationis cognoscerent: quæsitum fuit an teneretur assumere arbitros in Metropoli.

In hac quæstione Bernard. in cap. si quis contra Clericum, de foro competent. tenet, quod quando ordinarius est suspectus, debet committere causæ cognitionem alii personæ, quæ non sit suspecta alicui ex partibus, ex cap. placuit 2. quæst. 6. cap. pervenit 11. quæstion. cap. cum speciali, de appellat. Quærit item Bernard. quod si contingat appellari à sententia illius delegati, ad quem appellabitur, & respondit posse dici quod ad Papam, cum ad Ordinarium recusatum non videatur appellandum, nec ad Metropolitanum omisso medio, quia talis appellatio non tenet, cap. dilecti, de appellatione. Nihilominus concludit posse appellari ad Episcopum non obstante accusatione, non ut ipse cognoscat, sed ut alii personæ non suspectæ committat, argumento d. cap. placuit.

Abbas autem in eodem cap. si quis contra Clericum à numer. 26. tractando hanc materiam, tandem post varias opiniones ab ipso relatas concludit, quod hanc opinionem, quod ad delegantem sit appellandum, arbitratur absolute fore veram, & respondet sigillatim ad objecta pro contraria parte. Cæterum contra gloss. Bernardi aliud tenent Hostiens. Joann. Andr. Anton. num. 10. Imol. n. 4. Aretin. & Felin. num. 3. in d. cap. si quis

contra

contra Clericum, *Speculat. de appellat. §. nunc tractemus, num. 5.* & fuit opinio *gloss. in cap. si is, cui, verbo, durante, de offic. delegat. lib. 6. ubi Domin. num. 5. & Franc. column. penult.* præcipue, quando super reculatione jam erat lata sententia, per quam suspectus fuit iudicatus, quia inhabilis redditus est ad committendum, & fuit opinio Ultramontanorum, ut refert *Abb. in d. capit. si quis contra Clericum, num. 26. versic. alii, ut Ultramontani*, quam licet ipse reprobet, eam tamen tenent *Anton. Imol. Aretin. Felin. Domin. & Franc. locis citatis.*

Urget; quia suspicio tollit omnem jurisdictionem recusati, *gloss. in d. capit. cum speciali. Roman. cons. 220. numer. 3. Lopus allegation. 1. numer. 3. Alexand. cons. 89. column 2. vers. præmissis, lib. 1. Paris. cons. 106. num. 4. lib. 1.* Atque proinde cum ex medio suspicionis iudicata sit inhabile medium Curia Metropolitanæ in ea causa tangente personam Episcopi, perinde est, ac si non sit, debet omisso medio sic inhabili appellatio devolvi ad Papam, seu ad ejus Legatum, qui in Regno præsidet, ut tenent *Abb. num. 15. & Franc. num. 20. in cap. dilecto de appellation. Alciat. respons. 132. num. 29. lib. 5. Marant. de ordin. judic. 6. part. tit. de appell. numer. 375. Mynsinger. dec. 67. centuria 1.*

Tenant aliqui Doctores, quod medius reculatus potest remittere causam ad superiorem de recusatoris consensu, ut cognoscat de causa principali, ex *d. capit. speciali*, ibi: *At ipsa probata legitimitate recusatoris assensu personæ idoneæ, committat negotium recusatus, vel ad superiorem transmittat, ut in eo ipse procedat secundum quod fuerit procedendum;* ubi *gloss. fin. Imol. n. 10. Perusin. n. 11. Præposit. num. 17. Decius num. 18. Aret. col. 4. reprobato Abb. ibi, num. 14.* dicente posse fieri commissionem sine consensu recusatoris, & tenet *Gonçal. Soar. in sua præct. 1. part. secundi tomi, cap. 6. n. 15. & Roder. de attentatis 2. part. cap. 6. vers. Quinto limita.*

In auditoribus tamen dominorum, qui habent cognitionem appellationum, aliud observatur de jure Regni Lusitani, nam licet sint recusati, non devolvitur appellationis cognitio ad Curias Regias, imò arbiter assumitur, qui cognoscat, ex *Ordin. lib. 3. titul. 43. §. 1. in antiq. & lib. 3. titul. 14. §. 1. in novis*, ibi: *Ou Ouvidor dos Mestrados, ou de senbor de terras; & ibi: Remeta a hum homem bom a mais aprazimento das partes que ser possa, que conbeça dando appellaçãõ, & agravo.* Et facit in confirmationes quia de jure civili non est admissibilis appellatio ad superiorem, omisso medio, ex *L. 1. §. si quis in appellatione, L. Imperatores, ff. de appellat. Speculat. de appellation. §. nunc tractemus, Marant. de ordin. judic. titul. de appell. num. 368. Mirand. de ordin. judic. quest. 30. artic. 10. conclus. 1. Azeved. in L. 1. titul. 18. num. 20. lib. 4. novæ collect. Beninten. dec. 96.* quanvis in Regno Castellæ possit appellari ad Regem omisso medio, ex *L. 18. titul. 23. part. 3. Covarr. præct. cap. 4. num. 9. Villalob. in antinom. juris civilis, & Regii, litera A, num. 62.* De jure autem canonico permittitur appellatio ad Sanctissimum omisso medio, *cap. ad Romanam 2. quest. 6 cap. si duobus, cap. sollicitudinem de appellat.* ubi notat *Vuames. num. 1. & Marant. de appellat. num. 369. Navarr. cons. 3. n. 1. lib. 2. de appellat.*

Quod causa agitetur in prima instantia, licet iudex sit recusatus ad cognoscendum de meritis causæ, tamen potest compellere partes ad assumendos arbitros, qui de ea cognoscant, & ad hunc effectum retinet jurisdictionem, cum possit facere omnia præparatoria, ex *Avend. de legib. prætor. 2. p. c. 23. n. 15.* & hoc jure utimur in Regno, ex *Ordin. lib. 3. tit. 22. §. 3. vers. & se a demanda, & §. 4. in antiq. & tit. 21. §. 19. Bald. cap. suspicionis, n. 1. de offic. delegat.* In quaestione proposita non fuit data decisio, quia Abbas in gratiam venit cum Episcopo, & facti sunt amici, & cessarunt à lite.

ALLEGATIO LXX.

An in casibus visitationis, & correctionis possit Episcopus recusari, & quatenus valeat recusatio in illis casibus.

SUMMARIUM.

- 1 Casus positio.
- 2 Judex recusatus potest appellare à sententiæ suspicionum, si prætendat interesse probabile.
- 3 Ad Episcopum pertinet visitare suam Diocesim in spiritualibus, & temporalibus.
- 4 In causa visitationis, correctionis, habilitatis, & inhabilitatis, non appellatur ante sententiam definitivam.
- Ibid. Nisi gravamen sit irreparabile.
- 5 Quæ possint facere Episcopi visitando.
- 6 Reprobatur Gonçal. Mendez Cabed. loco citato.
- 7 Refertur declaratio ad Concil. per Illustrissimos Cardinales.
- 8 Dictio, ac, est conjunctiva.
- 9 Copula, & ponitur inter diversa.
- 10 In visitatione, & correctione prohibetur appellatio, quæ suspendat, & n. 11.
- 12 Visitatio, & correctio in spirituali, & jure publico consistunt.
- 13 Quid sit corrigere.
- 14 Duplex est correctio.
- 15 A correctione facta cum Clericis, non datur appellatio, nisi modus excedatur.
- 16 Recusatio, & appellatio à pari procedunt, & recusatio habetur instar appellationis.
- Ibid. Nec appellatione, nec recusatione pendente quicquam attentari debet.
- 17 Ubi appellatio non suspendit, nec recusatio locum habet.
- 18 Confirmatur theorica Joan. de Hevia in Curia Philippica.

Doctor Nicolaus de Soure The-
saurarius Ecclesiæ Portugallensis,
& ejus coadjutor, & futurus successor
Augustinus Figueira recusaverunt Illu-
strissimum Episcopum D. Fr. Gonça-
lum de Moraes in suis causis, & ne eos
posset visitare in obligationibus suæ di-
gnitatis, quia non pertinebat ad corre-
ctionem morum, & ad effectum, ut eis
judicem sine suspitione nominaret, qui
cum eis visitationem faceret, & de
suis causis cognosceret. Arbitri ac-
cepti in cognitione dictæ suspensionis
judicaverunt Episcopum suspectum es-
se dictis Thesaurariis, & quod cum eis
non posset facere visitationem circa obli-
gationes dignitatis, quia non perti-
nebat ad morum correctionem, & quod
illis nominaret judicem, qui cum eis fa-
ciat visitationem in omnibus, quæ sunt
extra morum correctionem, & si Epif-
copus inveniret contra eos culpam ali-
quam circa materiam morum, propter
quam mereantur puniri poenis ordina-
riis juris, non posset contra eos proce-
dere, & etiam circa cognitionem culpæ,
& punitionem ejus, illis judicem nomi-
net: ab hac tamen sententia Episcopus
appellavit ad sanctam Sedem Apostoli-
cam, & ad ipsius Nuntium Collectorem,
qui commissione fecit suo auditori ad co-
gnosendum de meritis hujus appellationis.

Auditor autem sententiam arbitro-
rum revocavit, & Episcopum ad visitan-
dum simpliciter judicavit non esse sus-
pectum: ab hac sententia Thesaurarii
appellaverunt ad Papam, & impetrave-
runt certos judices in Diocesi Conim-
bricensi ad cognoscendum in tertia in-
stantia. Quando judex recusatus præten-
dit aliquod interesse considerabile, potest
appellare à sententia, qua judicatur sus-
pectus, ut eleganter tuetur Mandell. de
Albano consil. 92. n. 4. & seq. lib. 1. & eum
sequitur Robert. de attentat. 2. p. cap. 6. n.
54. Quibus suppositis in confirmatio-
nem sententiæ auditoris, & in refor-
mationem sententiæ arbitratorum adduxi-
mus sequentia fundamenta.

In

3 In primis ad Episcopos pertinet visitationem facere in suis Dioccesibus in spiritualibus, & temporalibus juxta illud *Ezech. cap. 34. Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas, cap. decernimus, cap. Episcopus 10. quest. 1. capit. oportet 31. distinct. cap. si Episcopus de offic. ordin. lib. 6. Armil. aurea, verbo, visitare, Matthæus Soares in sua practica de Visitadores, cap. 1. lib. 2. titul. 22. part. 1. Concil. Trid. sess. 24. in decreto de reform. cap. 3.*

4 Secundò disponitur in *Concil. Trid. sess. 13. in decreto de reform. cap. 1. ad fin. in hæc verba: In causis visitationis, & correctionis, seu habilitatis, & inhabilitatis, necnon in criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario generali ante definitivam sententiam ab interlocutoria, vel aliocumque gravamine non appelletur, nec Episcopus, seu Vicarius appellationi hujusmodi, tanquam frivole deferre teneatur: sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis judicio emanata, necnon enim stylo, & consuetudine etiam immemorabili contraria non obstante, ad ulteriora valeat procedere: nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit: quibus sacrorum, & antiquorum Canonum statuta illibata persistant; & hujus decreti meminerunt Navarr. conf. 2. lib. 2. de appellat. Gonçal. Soar. 6. part. tam. 1. in proem. num. 28. Ludovic. de Mirand. de ordin. judic. quest. 3. articul. 9. concl. 2. Uvamesius in cap. super eo, n. 6. & cap. ut debitus n. 20. de appell.*

5 Rursus, & in eodem Concilio sess. 24. in decreto de reform. cap. 10. sic habetur: *Episcopi, ut aptius, quem regunt populum, possint in officio continere in omnibus iis, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus, & potestatem habeant, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, juxta Canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diocesis suæ utilitate necessaria vide-*

buntur. Nec in his ubi de visitatione, aut morum correctione agitur exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio seu querela etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata decreta, aut judicata fuerint, quoque modo impediatur, aut suspendatur. Dum Concilium in hoc decreto tollit appellationem, intelligitur de suspensiva, non de devolutiva, ut docent verba clarissima text. ibi: Impediatur, aut suspendatur; quæ referuntur ad tollendam appellationem, quoad effectum suspensivum; quicquid dicat aliter explicando Gonçal. Mendez de Cabed. lib. 1. diversor. argument. cap. 19. à num. 8. restringens dispositionem illius decreti.

Additur, quod Illustrissimi Cardinales præpositi ad declarationem sacri Concilii Trident. declararunt; interrogati, an Episcopus in his, quæ ad visitationem pertinent, suspectus allegari possit; quod si Episcopus continuerit se intra fines visitationis, ut scilicet visitet tantum ad correctionem, utique non posse allegari suspectum; & ad intellectum hujus declarationis reperitur, quod in d. cap. 10. disponitur; quod non impediatur Episcopum visitare in omnibus iis quæ pertinent ad visitationem, aut morum correctionem.

8 Secundò repetitur, quod Concilium loquitur per illam dictionem, ac positam inter visitationem, ac morum correctionem, quæ dicitio, ac, inter alias significationes, quas recipit, est illa, quod ponitur pro conjuncta, seu copulativa, ex *L. si quis reum, ff. de custodia reor. Calepin. verb. ac, Præteus in suo Lexicon juris, verb. ac, Didacus Ximines in Lexicon Ecclesiastico eodem verb. ac.* Rursus loquitur Concilium per aliam dictionem, aut, positam inter illa verba, ubi de visitatione, aut morum correctione, & licet resolvatur in conjunctivam, ut vult Gonçal. Mendez de Cabed. d. cap. 19. num. 9. nihilominus non possunt ea verba accipi pro eodem, quia natura copulæ est poni inter diversa, gloss. rubr. ff. de juris, & facti

Eti ignorant. & in rubr. ff. de lib. & postb. Prateus in suo Lexicon, verb. & Ximenes in suo Lexicon eodem verbo, Ruin. conf. 133. n. 3. lib. 1.

- 10 Cum igitur Concilium permittat Episcopo ea facere, quæ pertinent ad visitationem, ac morum correctionem, non obstante exemptione, appellatione, inhibitione, ac querela: declaratio facta per Cardinales Illustrissimos, dum declarant, quod non possit Episcopus allegari suspectus, quando se continet intra fines visitationis, scilicet, ut visitet tantum ad correctionem, non debet restringi ad visitationem morum, nam latius patent verba, tam decreti, quam declarationis; nam decretum loquitur in visitatione, ac morum correctione, & declaratio Cardinalium loquitur per verbum, visitet tantum ad correctionem, nulla adjuncta restrictione, ut de correctione morum debeat solummodo intelligi; unde colligitur tertium fundamentum, quod appellatio prohibetur in visitatione, & correctione morum, saltem ea, quæ impediatur, & suspendat executionem eorum, quæ visitator mandavit, decrevit, iudicavit, nam ex eodem decreto colliguntur effectus visitationis in ordinando, moderando, puniendo, & exequendo, juxta Canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diocesis utilitate necessaria videbuntur; nam visitatio, & correctio in spiritualitate, & jure publico consistunt, ex *Joann. Andr. ad cap. fin. de censib. lib. 6. Abb. cap. cum ex officio, column. 3. de prescript. Berous conf. 25. n. 17. lib. 1.*
- 11 Quartò; quia in ea declaratione locuti sunt per verbum, ad correctionem, quod importat corrigere, reponere, emendare, ex traditis per *Calepin. verbo, correctio, Brisson. lib. 3. de verborum significat. verbo, corrigere*, ubi plura citat, Correctio autem duplex est, altera quæ dicitur actus justitiæ vindicativæ, quæ est coercitio à malo per inflictionem justæ poenæ, & hæc non pertinet, nisi ad superiores respectu inferiorum, quorum
- 12
- 13
- 14

habent curam ex officio, & hæc dicitur correctio judicialis, sive potestativa; altera est actus dilectionis, quæ est per amicabilem instructionem, boni exhortationem, & mali reprehensionem, & hæc respicit curam zeli, & ad hanc tenetur quilibet, respectu cujuslibet debet habere dilectionem, ex *Pichard. in 4. distinct. 19. articul. 2. quæst. 1. lib. 4. Joan. Altenstaig. verbo, correctio, in suo Lexicon Theologico; & à correctione facta etiam cum Clericis non datur appellatio, nisi modus excedatur, cap. licet, cap. irrefragabili, de offic. ordinar. Miranda de ord. jud. quæst. 30. articul. 5. secunda conclus. Vvamesius cap. ad nostram, num. 2. & 4. de appellat.*

Quintò; quod appellatio, & recusatio à pari procedunt, & recusatio habet instar appellationis. *Alber. in L. unica, Cod. ne quis in sua causa judex sit, Boer. dec. 269. num. 3. Morla in 1. part. sui emporii, titul. 2. quæst. 11. numer. 4.* unde sicut appellatione pendente nihil novi debet attentari, *L. 1. ff. nil novari appellat. pendent cap. non solum de appellat. lib. 6.* ita nec recusatione pendente, ex *gloss. cap. quoties in primo 2. quæst. 6. Villalob. inter communes, litera R. n. 10. Bursat. conf. 21. num. 21. lib. 1.* sic è converso, ubi appellatio non suspendit, nec recusatio locum habebit, ex *cap. super eo, in 2. de appellat.* ubi notant *Abb. num. 6. Anton. num. 2. Imol. numer. 4.* & in hanc rationem fortè attenderunt Illustrissimi Cardinales nam cum Concilium in eo decreto jubeat, quod appellatio, inhibitio, querela non suspendant effectum visitationis, ac morum correctionem, declararunt, quod nec Episcopus possit allegari suspectus, si se contineat intra fines visitationis, ut scilicet visitet tantum ad correctionem.

Et ex his confirmatur theoricè posita per *Joann. de Hevia in Curia Philippo 1. part. §. 7. num. 10.* in qua ita loquitur: *El Obispo en casos de visitacion de sus subditos puede proceder, ordenar, castigar, y executar sin embargo de apellacion, inhibition, ni querela alguna por remitirse*

tirse a su prudencia, como Delegado de la Sede Apostolica, ansi lo ordena el sacrosancto Concilio Tridentino sess. 24. de reformation. cap. 10. de que se sigue que lo mismo puede hazer sin embargo de recusacion, y ansi en esto no puede ser recusado, porque vale el argumento de la appellacion, a la recusacion, y por el contrario respecto de equipararse en el derecho, por ser de un mismo efecto, como en el está definido. Citando Abb. ad cap. super eo de offic. deleg. Decin. cap. postremo, in princ. col. 1. de appell. Boer. dec. 259. n. 3. quamvis in aliis effectibus, differant appellatio, & recusatio, quos adducit Francus in d. cap. super eo, à numer. 17. de appell. post Abb. ibi numer. 9. Anton. num. 11. Imol. num. 8. circa allegat. Curia Philip. erratum est in alleg. Abb. in cap. super, de offic. delegat. cum sit, in d. cap. super in 2. num. 10. de appellat. & in decis. Boer. citata in numer. 259. cum sit 296.

(Libet hic inserere tenorem cujusdam epistolæ, quam Papa Paulus V. transmisit ad Episcopum Portugall. Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Fraternitatis tuæ nomine nobis nuper expositum fuit, quod visitationes, quæ in tua diœcesi in vim decretorum Concil. Tridentin. & aliàs legitimè fiunt, sæpius impediuntur, eò quia visitati Prælatum, seu alium legitimè visitantem suspectum allegant in magnum divini cultus præsertim, & fabricæ Ecclesiarum præjudicium. Quamobrem nos hujusmodi abusum tollere volentes, supplicationibus tuo nomine super hoc humiliter pro rectis inclinati de consilio venerabilium fratrum nostrorum sacr. Romanæ Ecclesiæ Cardinal. sacri Concil. Tridentin. interpretum Apostolica autoritate, tenore præsentium declaramus Episcopum, vel alium, cui id legitimè competit, visitantem, non posse uti suspectu recusari non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub an-

nulo Piscatoris, die 29. Octob. 1610. Pontificatus nostri anno sexto. S. Cobellucius. Venerabili Fratri Gondicalvo Episcopo Portugallensi.)

ALLEGATIO LXXI.

An Judex recusatus teneatur super suspicionibus turpibus, vel criminis continentibus sibi objectis depositionem suam exhibere.

SUMMARIUM.

- 1 Judex recusatus tenetur super recusatione depositionem dare intra 3. dies, aliàs suspectus judicari debet.
- 2 Lex generaliter, & sine distinctione disponens sic debet intelligi.
- 3 Positio, ut pars teneatur respondere, non debet esse criminalis, vel turpis.
- 4 De jure tenetur judex recusatus deponere super suspicionibus.
- 5 Nisi recusetur ob crimen.
- 6 Nec quando suspensiones continent turpitudinem.
- 7 Nec ubi contineat dolum.
- 8 Quis debet judicem loco recusati dare.

IN Ordinat. Lusitan. lib. 3. titul. 21. §. 11. refertur in hæc verba: *E quando a suspeiçãõ se der ao recusado para depor, naõ a terá mais que tres dias, e naõ dando dentro nelles seu depoimento, queremos que se baja a suspeiçãõ por confessada, e se dê outro Juiz em lugar do recusado;* quæ deducta fuit à quadam extravagante, quæ vocatur das suspeiçoens, §. 6. vers. & quando: supposita hac Ord. quæsitum fuit an idem erit, licet positiones suspicionum sint criminosa & videtur quod sic nam generaliter loquitur, & sine distinctione, & uti talis generaliter, & sine distinctione intelligi debet ex vulgata L. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præst. L. non distinguemus, ff. de arbitr. L. de pretio, ff. de public. in rem action. ubi gloss. plures concordantes allegat.

3 Sed contrarium est tenendum, primò ex eo, quia positio, ut pars, quæ deponere debeat, teneatur ad eam suam præstare depositionem, non debet esse criminalis, quia si criminalis sit, & crimen contineat, vel turpis sit, non tenetur ad eam deponere, quod probatur ex alia *Ordinat. lib. 3. titul. 53. §. 11. in novis, & in antiquis, titul. 40. §. 12. ibi: A sexta causa que he necessaria para o litigante ser obrigado depor aos artigos, he, que sejaõ os artigos criminosos, porque no feito crime não he a parte obrigada a depor aos artigos que contra elle forem dados, porque sendo constrangidos para a elles depor, sempre negaria o crime de que fosse accusado, e seria causa de cahir em perjuro por escusar a pena, que por tal maleficio mereceria se o confessasse; e bem assim não será obrigado depor aos artigos por que fosse demandado por pena pecuniaria, ou sendo taes que incorreria nella se os confessasse.* *Ægid. Bellam. dec. 274. & refertur inter practicabilia Rot. Roman. n. 140.*

4 Secundò, quod etiam de jure iudex recusatus potest compelli respondere super articulis suspicionum, ut tenet glossa celebris in *cap. 1. de except. verb. si ve confessi, vers. & est argumentum*: quam sequitur *Anton. ibi, numer. 11. ad fin. & Rebuff. ad leges Gall. titul. de recusat. articul. 1. gloss. 3. numer. 5. Aufrer. de recusat. quæst. 9. Cavalcan. dec. 28. numer. 109.* & tamen limitatur, nisi recusaretur

5 ob crimen, quia tunc non tenetur se ipsū prodere, ut per *Abb. in d. cap. 1. numer. 13. Rebuff. alios referens ubi proximè, & hanc theoreticam ponit Morla in 1. part. sui emporii, titul. 2. numer. ultim. Aufrer. d. quæst. 9. ad fin. & iudicatum testatur in Senatu Pedemontano, Anton. The-saur. dec. 6. ubi refert opiniones pro, & contra, & eandem sequitur author Curie Philip. 1. part. §. 7. numer. 25. ubi citat *L. 7. titul. 10. lib. 2. nov. collect. ubi habetur: Mandamos que el de nuestro Consejo, y Oydor, o Alcalde, que fuere recusado, si la parte pediere, q̄ jure sobre la recusation, si las causas fueren dadas**

por bastantes, sea obligado a jurar, y declarar, y responder a las perguntas no criminosas.

6 Secundò amplia, si positiones suspicionis contineant turpitudinem, quia non tenetur recusatus illis respondere, *gl. in L. qui jurasse, §. si pater, verbo, acquisiti, & ibi Bartol. ff. de jur. jurand. idem gloss. in L. si à te, ff. de exception. rei judicat. Bartol. in L. Marcellus, §. final. numer. 3. ff. de action. rerum. amotarum, & in L. 2. ff. quod observari, n. 32. Cod. de jurejur. propter calumn. dand. & est communis opinio ex *Padilha in L. 2. numer. 59. Cod. de rescind. vend. Joan. Gratian. regul. 39. numer. 11. Aufrer. ad Capell. Tholos. quæst. 371. Azeved. L. 1. numer. 1. tit. 7. lib. 4. novæ collect. Ter- 7 tio amplia, ubi etiam in positionibus ageretur de dolo, quia non tenetur deponere, sicut nec criminosa, *Bart. L. 1. column. 2. vers. scias tamen, Cod. de pœna judic. qui male judic. Capic. dec. 60. n. 2. Peres ad L. 2. titul. 4. lib. 3. Ordinam. fol. 927. vers. pues confieso, & ita hanc declarationem debet recipere dicta Ordin. cum per aliam declaretur ex *L. non est novum, ff. de legib. Cabed. dec. 211. n. 2. in 1. part.****

8 Quis autem debeat iudicem loco recusati dare, dicendum est, quod si recusatur aliquis ex ministris curiarum, in quos cadit recusatio, & ipse iudicatur suspectus, vel se suspectum fatetur post recusationem admissam, ad Cancellarium pertinet alii commissionem facere loco suspecti; si autem fiat recusatio coram Rectore, vel Governatore Senatorio, qui in mensa extat ad decisionem causæ, vel quando ipse suspectum se fatetur ante suspicionem admissam, Rector, vel Governator facit commissionem, ex *Ordin. lib. 1. titul. 4. §. 4. in novis, deducta ab Extravagant. 1. §. 4. titul. 2. p. 2. Extravagant. si autem sint alii iudices inferiores, assumuntur arbitri loco ipsorum ad cognitionem, & decisionem causæ; si vero datus sit iudex per Regium rescriptum, datur alius ex commissione impetrata à Senatoribus Palatinis ex sua Re-*

Regimine, §. 96. loco autem dos Védores da fazenda quando recusantur, & suspecti esse recusantibus judicantur per Cancellarium maiorem, solus Rex facit commissionem, ex *Ordin. lib. 1. tit. 2. §. 7. vers. salvo nas suspeiçoens*, & de hac materia latius agam *alleg. 96.*

ALLEGATIO LXXII.

Agitur de *Ordin. lib. 3. titul. 45. in antiquis, & titul. 59. in novis*, in qua multa utilia tractantur.

SUMMARIUM.

- 1 Certi sunt casus, in quibus jure communi requirebatur probatio per scripturam.
- Ibid. In Regno Lusitano qualiter sit provisum.
- 2 Procedit in contractibus etiam factis in locis ubi est castrametatus contra hostes.
- 3 In conficiendis contractibus inspiciuntur leges, & consuetudines locorum ubi fiunt.
- 4 Procedit licet solutio debiti alibi facienda distinetur.
- 5 Item possunt fieri opud acta iudicii.
- 6 Tales conventiones apud acta facta de mandato iudicis, valent sine testibus.
- 7 Si scribantur apud acta, absente iudice, non habent eandem vim.
- 8 Quod operatur calor iudicii.
- 9 Nisi notarius faciat de mandato iudicis.
- 10 Idem coram arbitro.
- 11 Quando contractus in minoribus quantitatibus fiunt per scripturam publicam, solutio sine ea probari non potest.
- 12 In casibus requirentibus scripturam publicam, non sufficiunt testes.
- 13 Ampliatur per *Ord. citatam*.
- 14 Non procedet apud Lusitanos doctrina Alciati citata.
- 15 Non sufficit probare per quinque testes.
- 16 Non admittetur agens, ut sibi fiat

scriptura volens probare contractum per testes.

- 17 Valet lex, & statutum, quod in contractibus excedentibus talem summam requiratur scriptura.
- 18 Non procedit ubi Rex dispensat.
- 19 Senatores Palatii dispensant usque ad summam millium numorum regalium, & in ampliori summa per Regem.
- 19 Qualis sit ea probatio, quae iubetur fieri de jure in dispensatione.
- Ibid. Potest fieri per duos testes.
- 20 Casus *L. testium, Cod. de testib.* est singularis in suo casu.
- 21 An testes producti ante dispensationem valeant, ea impetrata.
- 22 Est favorabilis interpretatio per quam reducimur ad jus commune.
- 23 Ponitur in dispensatione, quod non producet, nisi tantum testes nominatos in supplica.
- Ibid. Quod qualiter intelligatur.
- 24 Actus non operatur ultra intentionem agentium.
- 25 Frustra precibus impetratur, quod de jure communi conceditur.
- 26 Pars contraria agitur de alia clausula, quod pars contraria poterit se juvare ex sua responsione, & ideo poterit producere testes.
- Ibid. Impetrans non poterit alios testes producere ultra nominatos, & adversarius quoscumque intra numerum.
- 27 Excusatur scriptura, quando pars vult relinquere in iuramentum adversarii.
- 28 Agitur *Valasc. loco citato*.
- 29 Furans in animam, parte deferente, non potest accusari de perjurio.
- 30 Reprobatur resolutio *Seraphini citata*.
- 31 Apud Lusitanos non permittitur apponi in contractibus iuramentum inter laicos.
- 32 Non admittetur denuntiatio Evangelica.
- 33 Deferente herede iuramentum, si pars nolit jurare, condemnabitur in contumaciam.
- 34 Nemo admittitur ad jurandum, nisi

- qui verè, & certè scit.
- 35 Quando jurat se informatum, non denegatur juramentum.
- 36 Quid faciet iudex, quando pars exhibet privatam scripturam solutionis, & num. 37.
- 38 Advertentia ad Ord. citata.
- 39 Non requiritur scriptura inter personas, de quibus in Ord. citata.
- 40 Fuit inductum specialiter inter eas.
- 41 Non solum procedet inter eos, sed & inter affines eorum, durante affinitate.
- 42 Quid in distractu facto ante, vel post matrimonium.
- 43 Ampliatur dicta Ordin. ad eos, qui cum illis personis contraxerunt matrimonium.
- 44 Per matrimonium sunt duo in carne una, & efficiuntur unum corpus.
- 45 Maritus, & uxor sunt correlativa.
- 46 Ampliatur, ut tales contractus facti durante matrimonio possint probari eodem modo, agendo de illis post illud separatim.
- 47 Quoniam contrahunt per scripturam ex conventionem, distractus non probabitur, nisi per scripturam publicam.
- 48 Idem privilegium datur eorum heredibus.
- 49 Limitatur inter mercatores, qui societatem contraxerunt per scripturam publicam super dubiis dependentibus.
- 50 Limitatur quando societas est talis summe, in qua oporteat fieri scripturam.
- 51 Quando contractus principalis est celebratus per scripturam publicam, interesse potest probari per testes.
- 52 Ubi facta est scriptura de contractu, & ommissa est qualitas, quae intervenit in eo, potest probari per testes.
- 53 Ubi adest confessio, non requiritur scriptura publica.
- 54 Non est minor probatio per scripturam publicam, quam per confessionem.
- 55 Declaratur, ut procedat in confessione judiciali.
- 56 Idem si fiat confessio in precibus Principi oblatis.
- 57 Ubi probatur contractus per testes, potest distractus probari per testes.
- 58 Consensus domini in alienatione emphyteusis potest probari per testes.
- 59 Solutio census potest probari per testes, si sit intra quantitatem à lege permissam.
- 60 Solutio pensionum per tres annos coherentes facta arguit solutiones retro factas esse.
- 61 In emphyteuta privati sufficiunt tres anni, in emphyteuta Ecclesie sufficiunt duo anni.
- 62 An requiratur, quod fiat probatio per apochas, vel per testes.
- 63 Hæc præsumptio est juris, & non de jure, & admittit probationem in contrarium.
- 64 Est exorbitans à juris communis regulis.
- 65 Prima opinio, quod possit probari per testes.
- Ibid. Refertur secunda in contrarium, & hæc tenenda.
- 66 Solutio census debiti fisco non probatur, nisi per scripturam.
- 67 Non admittuntur testes in probatione talis census.
- 68 Inspiciendum est, quod legibus, & non quod exemplis judicandum est.
- 69 Quando fit scriptura de maiori summa, & ea in notam redigitur, dicitur publica.
- 70 Non procedit in literis cambii.
- 71 Non procedit in personas Ecclesiasticas.
- 72 Declaratur doctrina Valaschi citata.
- 73 Idem erit inter heredes Clericorum.
- 74 Non procedit in scripturis personarum de quibus in Ord. citata.
- 75 Quod procedit ex speciali prerogativa de qua ibi.
- 76 Non extenditur ad alias personas diversas.
- 77 Non procedet ea prerogativa in fidalgis dictis de Cota de armas.
- 78 Doctores, ut fruantur hac prerogativa, debent esse facti per examen in studio universali.
- 79 Ubi perficit qualitas dispositionis, cessat dispositio.

- 80 Debent scripta esse facta, & subscripta per manum earum personarum.
- 81 Nec sufficit alterum, quia copulativè, utrumque requiritur.
- 82 Excipiuntur aliqui, quorum sufficit fieri scripturas per eorum scribas, subscriptas per eos.
- 83 Hæc scripta tantum facient fidem contra eos.
- 84 Casus omissus remanet in dispositione juris.
- 85 Objicitur d. Ordin. citata, & resolvitur n. 86.
- 87 Qui vult consequens, debet velle antecedens.
- 88 In commodato non requiritur scriptura de rebus commodatis.
- 89 In probatione rerum, quæ dantur per commodationem, non requiritur scriptura publica.
- 90 In emptione, & venditione mercium facta per Proxenas non requiritur probatio per scripturam.
- 91 Dubio orto inter partes de quantitate pretii, vel alterius qualitatis, statuitur Solus Proxena juramento.
- 92 In eo casu relaxat Ordinatio necessitatem faciendi probationem per scripturam.
- 93 Secundò admittit Proxenas in testes, cum de jure non admittatur, nisi utraque parte consentiente.
- 94 Quis dicatur Proxena.
- 95 Tertiò, quod super declaratione pretii, vel qualitatis statuitur juramento Proxena.
- 96 Partes possunt facere, quod stetur dicto unius, non potest tamen induci per constitutionem, & n. 97.
- 98 Deponens de facto proprio facit probationem.
- 99 Proxena est officialis publicus deputatus cum juramento.
- Ibid. Creditur officiali in his, quæ pertinent ad officium.
- 100 Valet statutum, ut soli mediatori credatur.
- 101 Idem erit, si Proxena non esset officialis publicus, sed electus à partibus.
- 102 Contra declarationem Proxena juratam poterunt partes contrarium probare.
- 103 Ubi cumque de fertur juramentum per statutum, potest contrarium probari.
- 104 In probatione rerum, quæ traduntur præconibus, vel adelis, non requiritur scriptura.
- 105 Non requiritur scriptura in contractibus matrimonii, & n. 106.
- 107 Reprobatur opinio Menochii citata.
- 108 Probationum copia non est coangustanda.
- 109 Plures modi sunt probandi matrimonium.
- 110 Probatio dotis quoad quantitatem excedentem summam taxatam à lege debet fieri per scripturam.
- 111 An si Rex dispenset, possint mediatores esse testes.
- 112 Non procedit in quasi contractibus.
- 113 Nec procedit in conditionibus minoris summæ à lege taxata, & numer. 114.
- 115 Contractus locationis, & conductio nis consensu perficitur.
- 116 Ampliatur, licet post celebratum contractum dicant, quod fiat scriptura.
- 117 Limita, nisi ita convenient partes, & quod aliter non possit probari.
- 118 Contra, quia non valet pactum, ut non nisi per scripturam probatio fieri possit.
- 119 Licet contractus locationis possit probari per testes in minori summa, tamen si altera pars velit, ut fiat scriptura, erit facienda.
- 120 Ordinatur tantum procedit in prima locatione ad unum tantum annum ad plures annos.
- 121 Pluralis locutio, in duobus ad minus verificatur.
- 122 Contractus factus ad plures annos, quam lex permittat, valet intra eos, qui permitti sunt.
- Ibid. Tamen quoad probationem reputatur unus, & non poterit probari, nisi per scripturam.
- 123 Nec procedit ubi agitur de simulatione contractus.

- 124 Declaratur, quando simulatio est illicita.
- 125 Declaratur, quod non procedet in simulatione licita.
- 126 Adhærendum est regulæ ubi non invenitur lemitata.
- 127 In articulis ubi agitur de simulatione, exprimenda est species simulationis.
- 128 Simulationis præsumptiones, remissivè.
- 129 Agitur de Ord. citata, & n. 130.
- 131 In terminis Ord. tota quantitas est individua.
- 132 Potest lex facere aliquam dispositionem inseparabilem.
- 133 Utile per inutile vitiatur, quædo lex ita disponit.
- 134 Creditor potest petere partem debiti, non amittendo jus petendi aliam.
- 135 Nisi dicat ex resta, ex relinquatione.
- 136 Opponente debitore, non potest creditor facere eam divisionem.
- 137 Quando hæredes, vel agunt, vel conveniuntur pro debitis hæreditariis ex contractu requirente scripturam, erit necessaria, & n. 138.
- 139 In modo proponendo erit cautè agendum.
- 140 Examinatur doctrina Valasci citata.
- 141 Procedit ubi scriptura requiritur probatione, non in casibus, in quibus requiritur pro substantia.
- Ibid. In emphyteusi Ecclesiastica requiritur scriptura pro substantia.
- Ibid. Non possunt partes facere contractum, ubi deficit substantia.
- 142 Ubi deficiunt substantialia, actus corrui.
- 143 Declaratur procedere respectu tertiorum, non respectu eorum, qui successerunt contrahentibus.

Certi sunt casus, in quibus de iure communi requirebatur probatio per scripturam, de quibus per gloss. cap. 1. de censibus lib. 6. Aegidium in tract. ad reprobationem testium à numer. 47. in Regno autem Lusitaniæ cavebatur per

Ordin. lib. 3. titul. 45. in princip. in antiquis, quod contractus cujuscumque naturæ, & conditionis facti super quantitate excedente summam 30. milium numerorum in mobilibus, & sexcentorum numerorum in bonis stabilibus non probarentur, nisi per publicam scripturam confectam à Tabellione publico: in nova autem Ordin. lib. 3. titul. 59. addita est, & taxata quantitas in mobilibus summa 60. millium regalium inclusivè, & quatuor millium in bonis stabilibus: & in istis casibus requiritur scriptura pro probatione, non pro substantia, ex L. contrahitur, ff. de pignoribus, Valasc. de emphyt. quest. 7. à n. 3. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 22. n. 177.

Hanc regulam extendere ad contractus factos non solum in locis illius Regni, sed etiam in iis locis, ubi Rex accesserit, & fuerit castrametatus contra hostes, vel in aliqua classe facta per Regem, vel per aliquem capitaneum suum de ejus mandato, quamvis sint extra Regnum, & dominia illius, & circa contractus factos per Lusitanos in aliis partibus extra Regnum existentibus jubentur observari dispositiones juris cõmunis, ordinationes, & consuetudines earum partium, ubi instrumenta, & contractus celebrantur, ut probatur in utraque Ordin. §. 1. nam in conficiendis contractibus inspiciuntur leges, & consuetudines locorum, in quibus fiunt, ex L. si fundus, ubi Bart. ff. de eviction. L. si non speciali Cod. de testam. L. 2. Cod. de emancipat. liberorum, Bart. n. 14. & Jason. n. 22. & sequentibus in L. 1. Cod. de summa Trinitat. alex. cons. 37. lib. 2. num. 7. idem Jason. cons. 133. num. 16. lib. 4. Osasc. dec. 114, num. ult. Valasc. de emphyt. q. 7. n. 24.

Secundo ampliatur, quod etiam procedat, licet solutio debiti alibi facienda destinetur, nam licet contractus censeatur factus in eo loco, in quem destinatur solutio, ex L. 3. ff. de bon. auth. judic. possidend. L. contraxisse, ff. de action. & obligation. Hoc tamen procedit in iis, quæ respiciunt solutionem, sive exe-

executionem ejus, & litis ordinationem, ex traditis per Soares in *L. post rem judicat. fol. 709. num. 22. in parvis, & Palat. repert. rub. in præfat. num. 13.* tamen quoad hunc effectum debet inspicere locus, ubi conficitur instrumentum, ex *Angel. in §. præterea n. 32. vers. ponamus ergo instit. de action. Abb. cap. final. n. 30. de foro compet. Valasc. d. n. 24.*

Tertia ampliatio sit, quod hujusmodi convenientes etiam poterunt fieri apud acta iudicii facta per scribam, & subscriptæ per ipsas partes, nam habent vim publici instrumenti, ex *Salic. in L. contractus, column. 1. Cod. de fide instrumentorum*, dicens hoc perpetuo menti tenendum, & probat apud Lusitanos *Ordin. lib. 1. tam antiqua titul. 20. §. 19. quam nova, titul. 24. §. 20.* ibi: *Convenças que se fizarem em juizo, & iudicatum refert Valasc. in Senatu d. quæst. 7. n. 17.* adde *Marant. de ordin. iudic. 6. part. titul. quomodo iudicium formetur per inquisitionem, num. 99. Hippol. in rubr. de probation. n. 65. Aviles ad leg. prætor. cap. 10. gloss. execucion, num. 13. Gama dec. 300. n. 5. Azeved. in L. 1. n. 22. titul. 21. lib. 4.* in quo tamen nota, quod hujusmodi conventiones valebunt etiam sine testibus, quando iudex mandat eas scribi, ex *Imol. & Alexand. in L. acta, ff. de re judicat. gloss. & Bald. in L. illud, Cod. de sacrosanct. Eccles. Seraphin. de privilegiis juramenti privileg. 37. n. 9.* & sic in dicta *Ordin.* non requiruntur testes, sed tantum, quod partes subscribant eadem die, qua fiunt.

Quod si Notarius eas subscribat apud acta absente iudice, non habebunt eandem vim, quia non dicuntur iudiciales, ex *Bart. L. cum scimus, Cod. de agricol. & censib. lib. 11. Marant. de ord. iudic. 6. part. titul. de confession. num. 30. Lucas de pena L. 2. Cod. de jure fisci lib. 10. Afflict. lib. 1. instit. rubr. 60. num. 14. Seraphin. ubi supra, Aviles ad leges prætor. d. cap. 10. gloss. execucion, numer. 22. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 344. n. 7.*

Quod operatur calor iudicii, ex *L. cum ostendimus, §. ultim. ff. de fidejussoribus*

tutor. Hippol. rubr. de probat. numer. 83. Valasc. d. num. 17. ad fin. qui calor cessat quando scriba eas convenientes scribit absente iudice, nec enim datur iudicium ubi deficit iudex, *cap. forus, de verborum signification. gloss. cap. 1. q. 4. Maranta de ordin. iudic. 1. part. n. 4. Gonçal. Soares in sua practica in 1. annotation. num. 11. Ordin. lib. 3. titul. 20. in princip.*

Sublimitatur, nisi notarius faciat apud acta illas conventiones de mandato iudicis, cum etiam dicantur iudiciales, ex *Afflict. dec. 235. numer. 5. idem Afflict. lib. 2. constit. rubr. 5. numer. 16. Aviles ubi supra, idem foret, si fiant penes acta coram arbitro, qui processit juris ordine servato, quia etiam dicuntur iudiciales, cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, L. 1. ubi *Bart. ff. de arbitr. & docent Immol. in cap. presentata de testib. Maranta de confess. n. 31. ad fin. Mascard. concl. 344. n. 9.**

Quartò ampliatur, quando partes faciunt contractus suos per scripturam in quantitatibus minoribus, in quibus aliàs poterant sine scriptura celebrari, nam solutio, vel distractio eorum non poterit probari, nisi per aliam æquivalentem scripturam, ex *regul. nihil tam naturale, ff. de regulis, & in regul. 1. in antiquis, Alex. cons. 209. num. 33. lib. 2. Felin. in cap. cum accessissent, num. 5. de constitut. Azeved. in L. 1. titul. 4. lib. 5. novæ collect. n. 17.*

Quintò ampla, quod adeo in illis contractibus maioris summæ requiritur probatio per scripturam publicam, quod non valeant testes aliter recepti, etiam si pars non opponat, ex *eadem Ordin. in utroque titul. ad finem princip. & in L. 7. titul. 1. §. 15. part. 3. Extravagant. & in Ordin. nova lib. 3. titul. 1. §. 25. & fuit opinio Aegid. in tractatu ad reprobationem testium, num. 43. Valasc. d. q. 7. n. 20. Gama dec. 332.*

Sextò ampliatur per *Ordin. in utroque titul. 45. in antiquis, §. 3. & tit. 59. §. 4. in novis, ibi: E defendemos, e mandamos a todos os nossos Desembargadores*

res, Corregedores, Ouvidores, Juizes, e justiças de nossos Reynos, e Senhorios, que não recebaõ pessoa alguma a demandar em juizo a outro algum, nem mandar citar por carta, nem Porteiro, nem por outra maneira, por razão de algum contrato, ou casos sobreditos, em que se requiera prova por escritura, salvo amostrando lbe primeiro escritura autética, ou instrumento publico, por que possa provar tenção, e posto que as partes alleguem que tem alguma escritura privada, assignada pela parte contraria com cinco testemunhas, ou mais, não bastará a dita escritura com quaesquer testemunhas que nella estiverem.

14 Unde infertur primò, quod non admittetur apud nos doctrina aliàs æquissima *Alciat. in L. pactum, quod bona fide, Cod. de pact. num. 32.* ubi dicebat, quod in casibus, in quibus non nisi scriptura potest probatio fieri, si de veritate constat aliter judici, posse eum, id quod sibi compertum est, sequi, ne quisquam, cum aliena jactura locupletetur, dum tamen id Principe consulto faciat, vel iudex sit, qui secundum solam æquitatem procedere possit, quod maximè coram Senatoribus, vel in foro Canonico servandum est: nam Senatores nostri tenentur leges Regni observare, ex *Ordin. lib. 1. titul. 5. §. 4.* deducta ab *antiqua lib. 5. titul. 58. in princ.* & expressè eis, & omnibus aliis iudicibus prohibitum est, ne alias probationes, quam per scripturam, recipiant; *Valasc. d. quæst. 7. numer. 20.* & ita cessat illa doctrina *Alciati.*

15 Secundò non admittetur opinio eorum, qui tenebant sufficere probationem fieri per quinque testes, quos per eam *Ordinat. reprobavit Valasc. d. quæst. 7. num. 21.*

16 Tertiò, quod non admittetur pars agens contra alium, ut sibi de contractu faciat scripturam, volens eum probare per testes, quia per indirectum defraudabitur *Ordin. vetens in illis contractibus maioris summæ fieri probationem aliter, quàm per publicam scripturam, ut per Valasc. d. quæst. 7. num. 30.*

licèt *Petr. Surd. decis. 43. num. 4. & sequent.* aliud iudicatum refert in *Senatu Mantuano, Azeved. in L. 2. n. 13. tit. 21. lib. 4. & L. 6. n. 15. tit. 6. lib. 5.*

Quartò, quod valida est ea lex, quæ in contractibus excedentibus eas summas requirit probationem per instrumentum, nam, & valet statutum, ut sunt in multis partibus Italiae, ut per *Felin. num. 12. in cap. 2. de probation. Hippol. rubr. de probat. num. 32. & Surd. d. dec. 43. num. 13. Gutierr. de juram. confirm. 1. part. cap. 66. num. 2.* quanto magis in lege facta per Reges Catholicos, qui non recognoscunt superiorem, & est lex favorabilis, & utilis, quia per eam excluduntur probationes per testes, per quorum mortem, vel absentiam possunt perire, vel aliter in oblivionem venire, cum memoria hominum facile labatur *L. peregre 44. in princip. ff. de acquirend. possess. L. hac consultissima, §. at cum humana, Cod. qui testam. facere poss. Mascard. de probat. lib. 1. quæst. 6. num. 10. & lib. 3. conclus. 1122.* & melius per scripturas conservatur, ex eodem *Mascard. d. quæst. 6.* & excusantur falsitates, quæ plerumque fiunt ex probationibus, quæ fiunt per testes, ut experientia quotidie docet.

Limitatur tamen in multis casibus ea dispositio dictæ *Ordinat.* & primò, ubi Rex dispensat, ut possit fieri probatio per testes, nam ea licentia impetrata posse fieri insinuavit *Alciat. in d. L. pactum, quod bona fide, num. 32.* ibi; *Id consulto Principe faciat: docet Valasc. dict. quæst. 7. num. 13. ad fin. & num. 22. vers. nam respondeo.* Hæc autem licentia conceditur per referendarios Reges Palatii, usque ad summam 200. millium numerum regalium, & in ampliori summa conceditur per Regem, ex suo *Regimine §. 76.* deducto à *L. 4. §. 10. titul. 4. part. 1. Extravag. declarando per Valasc. consult. 25. num. 8. lib. 1.* non tamen solet expediri, nisi audita parte, contra quam petitur ea licentia.

Est tamen advertendum primò, quod in ea licentia ponitur clausula, quod poterit

ALLEGATIO LXXIII.

273

terit probationem facere ea probatione, quæ de jure communi requiritur, & ideo inquirendum est quæ sit ista probatio, & quot testes sint ad minus necessarii: aliqui tenent necessarios esse quinque testes, per *L. testium, Cod. de testib. & L. 32. titul. 16. part. 3.* & docet Saltcet. in *L. 2. culumn. 11. Cod. de jure emphyt.* refert *Fason. L. 1. numer. 65. Cod. eodem titulo, Avend. de las exceptiones n. 52.* Cæterum verius est posse fieri probationem per duos testes ad minus, juxta *L. ubi numerus, ff. de testibus, & d. cap. in omni, eodem titulo, & tenent Alber. d. L. testium, Gregor. Lopes in d. L. 32. gloss. 2. Parlador. lib. 2. de reb. quotid. cap. fin. 5. part. §. 11. numer. 32. Gonçal. Soares in sua practica. 4. part. 1. tom. cap. 3. n. 40. ad finem, Avend. in L. 14. Taur. gloss. 3. numer. 29.* & ita practicatur ex *Gama dec. 372.* & ibi probat additio moderna ad eum. Nec obstat *d. L. testium, quia est singul.* in eo casu, in quo scriptura fuit ex conventionem, & non de legis necessitate, & in his, ubi de probando agitur, requiruntur quinque testes in casu illius, ex *Bald. ibi, numer. 2. & in L. fin. numer. 2. Cod. arbitr. tutel. Fason in L. 2. numer. 134. Cod. de jure emphyt. Afflict. dec. 105. ad fin. Gregor. d. L. 32. verbo, Carta de Escrivano, Avend. d. gl. 4. n. 26. & 29. Parlad. d. n. 32. & Gam. d. dec. 372.*

Rursus aliquando contingit, quod pars produxerit testes, antequam licentiam impetraret, quia pars non opposuit ex adverso, an illa licentia possit trahi ad testes jam productos, an necesse sit eos repetere, utile erit scire: & puto sufficere primam productionem, si sint de testibus nominatis in supplica, nam, qui impetret licentiam ad actum faciendum, eadem sufficit, ut actus sustineatur, si reperitur factus, ex *L. si quis filio 6. §. irritum, versic. qua ratione, ff. de injust. rupt. ubi Bart. Immol. & Paul. idem Paul. & Socin. in L. si jam facta, ff. de condition. & demonstrat. Alexand. Fas. & Decius numer. 11. in L. & militibus, Cod. de milit. testam. Fason. L. quominus a numer. 127. ff. de fluminib. latè*

Gomes L. 42. Taur. num. 2. Mieres de maioratu 2. part. quæst. num. 15. & est favorabilis interpretatio, per quam reducimur ad jus commune, de quo in *dict. cap. in omni, juncta L. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, Sfortia Odus conf. 100. numer. 85. lib. 1.*

Solet apponi alia clausula, quod non producet impetrans, nisi tantum testes nominatos in supplica, nam solent nominari, & requiritur de stylo, quo supposito non producet, nisi eos tantum, quod intelligo in illis terminis, in quibus non poterat facere probationem, nisi per scripturam publicam: quod si faciat aliquot articulos de alijs circumstantiis, quæ possint probari per testes, non habebit locum illa clausula, & pars poterit super eos testes producere jure communi, quia intentum ejus fuit impetrare illam licentiam ad probandum per testes illum articulum, vel articulos, quos non poterat sine scriptura probare, non autem eam petivit in alijs articulis, qui jure communi, & Regio possunt probari per testes: tum quia actus non operatur ultra intentionem agentis, *L. non omnis, ff. si certum petatur, ubi Bart. & alii, Peralta rubr. ff. de hæredibus instituend. numer. 90. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 1. n. 3.* tum quia frustra precibus postulabat, quod de jure communi conceditur *L. 1. Cod. de thesaur. lib. 10.* alias erit impugnare judicium suam, & in diminutionem sui juris, si aliter interpretetur contraregul. *L. 3. ff. de militar. testament. L. hac saluberrima, Codic. de propositis agentium in rebus, ibi: Non ad augmentum anteriorum privilegiorum, sed diminutionem convertere. Afflict. decis. 2. numer. 2. Rebuff. in praxi, titul. quid sit beneficium, n. 7.*

Additur in ea alia clausula, quod pars contraria poterit se juvare ex sua responsione; unde sequitur, quod etiam producere poterit testes pro sua parte, quod idem erit, etsi pars nullam responsionem dederit, nihilominus eandem prærogativam habebit, quia rescriptum Principis uni concessum extenditur ad

adversarium; ex *Valasc. consult. 25. n. 8.* per regul. *L. fin. Cod. de fructibus, & tit. expens.* & in eo est pars adversa melioris conditionis, nam impetrans non potest, ut dixi, producere, nisi testes nominatos in sua supplica, at adversarius quoscumque intra numerum præfixum ab *Ordin. lib. 3. titul. 41. §. 1. in antiq. & titul. 55. §. 2. in novis*, producere poterit; & est ratio differentiarum; quia adversarius in responsione, quam reddit, non solet nominare testes, per quos debebat probare deducta in responsione.

- 27 Tertia fit limitatio, quando pars, quæ non potest probare nisi per scripturam, vult in iuramentum adversarii relinquere, nam tenetur subire iuramentum delatum, & excusatur deferens ab onere faciendi aliam probationem per scripturam publicam, quod si nolit iuramentum subire, refertur producenti, ex *L. manifestæ ff. de iurejurando*, & probatur in utraque *Ordin. in antiq. §. 4. & in nova §. 5.* idem probatur in *Ordin. antiqua lib. 4. titul. 36. §. 2. & in novis lib. 4. titul. 19. §. 2.* & docet *Valasc. dict. quæst. 24. num. 26.* ubi malè allegat *Bal. num. 12. & Salic. num. 15. in Auth. sed novo jure, Cod. si certam petatur*, quia tenent contrarium, ut refert *Carocius de iuramento, quæst. 33. principali, vers. decimus tertius*, quod qui tenetur probare per scripturam, non sufficiebat deferre iuramentum, & sequitur *Fason. in L. manifestæ num. 7. vers. 12. & in L. repetitione, numer. 67. ff. de iurejurad.* cuius contrarium est verius, ex *Purpurato in d. L. manifestæ num. 43. Thesaur. dec. 256.* & probatur argumento *L. cum de indebito, §. in omnibus, ff. de condict. indeb.* ibi: *In omnibus autem iussionibus (quas præposuimus) licentia concedenda est ei, cui onus probationis incumbit adversario suo de rei veritate iusjurandum inferre.* & ibi *Fulgos. num. 11.* & habet tale iuramentum tantam auctoritatem, ut non possit iurans accusari de perjuryo ex *L. 2. Codic. de rebus credit.* & probat *Valasc. d. n. n. 26. vers. adde verò auctoritate, Ordin. lib. 3. titul. 85. §. 3. vers.*
- 28
- 29

e por aqui determinamos, à qua deducta est Ordin. lib. 3. tit. 52. §. 3.

Non admittetur in nostra Lusitania resolutio quædam adducta per *Scraphin. de privilegiis juram. privileg. 34.* ubi inquit, an stante statuto, quod contractus ultra certam quantitatem non possit probari nisi per instrumentum publicum, tamen si fecisti contractum veluti venditionis, & tu iurasti mihi solvere intra certum terminum, & super hoc adhibuimus testes, nullum tamen fieri fecimus instrumentum. Certè si tu non solvis mihi, quamvis ergo contractum probare non possim, refragante statuto per illos testes, qui fuerunt adhibiti, tamen potero per eisdem probare, quod tu in tali die promisisti mihi mediante iuramento tale quid solvere, & iudex debet te compellere ad observantiam iuramenti, & allegat ita tenere *Abb. num. 26. & Immol. quæst. 7. principali, in cap. cum contingat, de iurejur. Felin. cap. sicut consuetudo column. 6. num. 23. vers. sexto intelligi, de probation. & Hippol. siugul. 126.* ubi admonet, quod nunquam obliviscaris, & alios, & probat suis fundamentis, nam apud Lusitanos defenditur apponere in contractibus iuramentum, & annullat eos, in quibus apponitur, & imponit pœnas contrahentibus, qui jurant contractus, & adhibent iuramentum, ex *Ordin. antiq. lib. 4. titul. 3. & ex Ordin. nova lib. 4. titul. 73. Pinel. in L. 2. Cod. de rescind. vendit. 3. part. cap. 1. num. 11. Valasc. consult. 99. 1. part. Barb. in L. 1. ff. solut. matrim. in 2. part. num. 73. vers. ex quibus pendet verus intellectus.*

Rursus, quia per indirectum defraudaretur *Ordin.* prohibens eos contractus ultra summam declaratam posse probari per testes, & annullat talem probationem per testes, sicut etiam non admittitur denuntiatio Evangelica ex *Valasc. d. quæst. 24. num. 22.* Habet tamen hæc tertia limitatio quandam declarationem, quia si pars, cui defertur iuramentum, est hæres alterius, & ratione facti cum defuncto suo antecessore, non

non tenetur jurare, quia habet probabilem ignorantiam, ex *L. qui in alterius locum, ff. de regul. jur. L. fin. ff. pro su, L. si mulier, ff. ad Velian. regul. cum quis lib. 6.* & ideo recusare potest juramentum *L. videamus. ff. de in litem jurand. L. Marcellus, §. 1. ff. de action. rerum amotar. ibi: Cum iniquum sit alium de alieno facto jurare; & docent Bald. Cod. de reb. cred. in L. in L. in bonæ fidei, n. 10. Marant. de ordin. judic. 6. part. tit. de juram. & quando deferatur, n. 5. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 956. n. 63. declara tamen cum Aymon. conf. 203. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 189. n. 8. Mascard. eodem lib. 2. conclus. 957. n. 15. & seqq.* Si autem fuerit hæres, qui deferat alteri parti juramentum super contractu, quem fecit cum suo antecessore, & illa nollit jurare, condemnabitur in contumaciam, nec poterit deferre deferenti, quia habet ignorantiam in facto defuncti, & ita probatur ex utraque *Ordin. in antiq. §. 5. & §. 6. & in nova §. 6. & §. 7.* nam nemo admittitur ad jurandum, nisi qui verè, & certè scit, *gloss. fin. in L. 3. Cod. de rebus credit. Tiraq. de retractu lib. 1. §. 2. gloss. 2. num. 5.* Si autem juret se esse informatum de veritate, non denegabitur ei juramentum, *gloss. verbo, Sacramento, L. fin. Cod. de jure domin. impetrand. quam sic intelligit Bald. cap. 1. numer. 2. si de feud. fuerit controvers. Fason. d. L. admonendi, n. 260.*

36 Quarta limitatio est, quando quis non potest probare solutionem, nisi per scripturam publicam, si tamen habeat scripturam privatam solutionis factæ suo creditori, licet non sit de iis personis, quorum scripta habent eandem fidem, ac publicum instrumentum, potest judex ex officio interrogare actorem per juramentum, an illa scriptura sit sua, & jurando suam esse, debet reus absolvi, & si neget condemnabitur, relicto jure reo ad querelandum solummodo de perjurio, & ita probatur in *d. Ordin. in antiq. §. 9. & in nova §. 10. Valas. dicta quest. 24. numer. 20. vers. veruntamen,*

Caldas 3. part. de potestate eligendi, cap. 7. num. 19. facit L. de perjuro, ff. de crimin. stellion. Boss. de delictis; titul. de perjuris, Tyb. Decian. 2. tomo crimin. lib. 6. cap. 12. num. 21. & cautè ea Ordin. procedit in eo casu particulari, quando judex ex officio detulit juramentum, in quo jurans perjurium commisit, non autem quoniam partem deferente, ex alia Ordin. & d. L. 2. Cod. de rebus cred. Tyber. 1. tomo crim. lib. 2. cap. 19. n. 10.

38 Quinta limitatio est conventionibus factis inter personas numeratas in *Ordin. antiqua §. 10. & in nova §. 11. ibi: E esta ley quanto à prova das escrituras publicas se não entenda, nem baja lugar nos côtratos, convenças, e outras quaesquer firmidoens, ou pagas, e quitaçoens feitas entre pay, e fitbo natural, e não adoptivo, nem entre fitbo, e mãy, ou feitas entre sogro, e sogra, e genro, ou nora, depois do matrimonio ser feito por palavras de presente, durando o dito matrimonio, posto que as demandas taes contratos assim feitos depois do casamento feito por palavras de presente, se fação depois do matrimonio ser separado. Nem entre ermãos, quer sejaõ conjunctos de pay, e mãy, quer de qualquer delles samente, nem entre primos com irmãos, nem entre sobrinbos, e tios irmãos do pay, ou da mãy, porque entre estas pessoas, queremos que se receba prova por testemunhas, posto que a demanda seja sobre bens de raiz de valia de quatro mil reis, ou sobre mayor quantia que sessenta mil reis. Porèm se entre estas pessoas for contratado por escritura publica, não se poderaõ provar os distractos, pagas, ou quitaçoens entre elles mesmos feitas, senaõ por outra escritura publica, porque pois podendo contratar sem escritura, a quizeraõ fazer, queremos que isso mesmo, o distracto, paga, ou quitaçoõ seja por escritura publica.*

39 In hac Ord. multa sunt notanda, & 40 primò, ea specialitas, quam lex vult inter eas personas observari, ut possent suos contractus probare per probationes juris communis, nec tenerentur de illis

illis scripturam publicam facere. Secundo, quod non tantum inter eos, qui sunt sanguine conjuncti, sed etiam inter affines, dum durat affinitas, quæ incepit post matrimonium contractum per verba de præsentibus; unde inferitur quod ante affinitatem contractum tenentur facere de contractibus suis scripturam publicam ex necessitate illius *Ordinat. in princip.* & sic subinfertur, quod si distractus fiat ante matrimonium celebratum per verba de præsentibus, erit necessaria scriptura publica ex eadem necessitate *Ordination.* quod si distractus fuerit factus post matrimonium de præsentibus contractum, excusabuntur à facienda scriptura de tali distractu, & poterunt eum probare per probationes juris communis, cum factus sit in tempore, quo per *Ordinationem* possunt facere suos contractus, distractus sine scriptura, & ita probatur ex doctrina *Bald. num. 2. & Salic. in opposit. 6. in L. testium, Cod. de testib. Osac. dec. 53. num. 11. Pedamont. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 981. num. 11. Gama dec. 264. num. 5. & Cabed. Aresto 40. in 1. part. suarum decisionum.*

Tertio notandum est, quod non solum ea *Ordin.* procedit respectu consanguineorum intra gradus enumeratos, sed etiam respectu eorum, qui cum illis contraxerunt matrimonium, quia per matrimonium sunt duo in carne una, & efficiuntur unum corpus, *cap. sunt, qui dicunt. 27. quest. 2. cap. debitum de bigam. L. 3. titul. 29. partit. 2. ibi: Assim como marido, y muger, ca muger son dos personas, fazense como una, quanto en ayuntamiento natural.* Et una, & eadem res non debet diverso jure censeretur, *L. 1. §. 1. ff. si quis testamento liber esse jussus, ff. de rerum permut. cap. cum in tua, de decim. cum aliis citatis per Messiam. de taxa panis, conclus. 2. n. 63.* Rursus, quia ex quo maritus, & uxor sunt correlativa, *L. fin. Codic. de indicta viduitat. tollend. L. 1. titul. 14. part. 2.* quod uni eorum permittitur, & alteri censetur permissum, *Bart. L. 1. ad fin. ff. quod*

metus caus. Jason conf. 112. lib. 1. idem. Bart. in L. liberorum, & notatur, ff. de iis qui notant. infam. L. non tantum ff. de re jud. ex quo notat Cuman. quod privilegium singulariter, & dispensative concessum uni, extenditur ad alium ratione correlationis, Missia ubi supra n. 62. Barbosa in L. quia tale, num. 23. ff. de servit. legat. ubi facultas concessa mulieri, quæ personales est, & non extenditur, §. sed cum factum institut. de inutilibus stipulation. & tamen etiam præstatur marito. Video tamen, quod in hoc articulo variè judicatur in Senatu.

Quarto notandum, quod tales contractus facti durante affinitate possunt probari eadem probatione juris communis, licet de eorum probatione agendum sit post separatum matrimonium, attenditur enim tempus habile, in quo contractus celebrantur, *Tiraquel. 1. retract. §. 1. gloss. 10. numer. 45. Berous conf. 41. num. 23. lib. 1. idem conf. 103. num. 14. lib. 2.* Quinto notandum est, quod si tales consanguinei, vel affines contrahant per scripturam ex conventionione sua, quam alias poterant excusare, tunc distractus non possunt probari, nisi per aliam scripturam, ex *regul. jur. Ordin. d. titul. in antiq. §. 2. & in nova §. 3.* Sexto notandum est, quod hæredes earum personarum, quæ possunt probare per testes suos contractus, & conventiones, etiam eodem modo poterunt probare, quod probatur eadem *Ordin. in antiqua §. 11. & in nova §. 12.* quia hæres reputatur eadem persona cum suo antecessore, *L. hæres, & hereditas, ff. de usucap. Authent. de jurejurando à moriente præstit. & hæredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat ex L. hæredem ff. de regulis juris, ubi multa Decius.*

Sexta principalis limitatio est inter mercatores, qui societatem contraxerunt per scripturam publicam, super conductionibus, mercibus, & aliis contractibus, cætera dubia inde dependentia possunt probari per testes, ut probat *Ordin.*

Ordin. in antiqua §. 12. & nova §. 13. Valasc. consult. 176. num. 7. lib. 2. ex qua nota duo, quod oportet ipsum principalem contractum societatis probari per scripturam; quod ego intelligo si sit societas ejusdem summæ, in qua oporteat fieri scriptura, ex princip. illius, quæ omnis generis contractus comprehendit. Secundò, quod dubia inde provenientia possunt probari per testes; & facit, quia quando principalis contractus celebratus est in scriptura, interesse illius potest liquidari per testes, glossa verbo, conjunctim, Bart. num. 4. Jason. num. 9. in L. certi conditio, §. quoniam ff. si certum petatur, Felin. d. cap. 2. de probat. num. 16. Valasc. d. quest. 7. num. 34. Aymon. de antiq. temp. 1. part. n. 24. & 25. Cephal. cons. 26. numer. 27. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 48. num. 6. Sic etiam ubi facta est scriptura publica de contractu, & omissa fuit aliqua qualitas, quæ intervenit in contractu, potest ea probari per testes, & dicitur probatio mixta, ex L. quoties, §. 1. ff. de hereditibus inst. secundum intellectum Ang. ibi, num. 3. & Imol. num. 9. receptum ex Aretin. col. 2. & Socin. numer. 5. in L. Gallus, §. idem, ff. de liberis, & posthu. probatur in cap. Joannes, de fide instrum. docent Felin. num. 16. & Dec. num. 55. cap. 2. de prob. vers. Octavo, Gama dec. 32. n. 4. Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1142. n. 16.

Septima limitatio est in confessione, nam ea supplet defectum scripturæ, ex L. cum te, Cod. de transact. ibi: *Cum se transegisse cum herede quodam tui totoris profitearis, si id post legitimam ætatem fecisti, frustra desideras, ut à placitis recedatur, licet enim nullum instrumentum intercesserit, tamen si de fide contractus confessione tua constet, scriptura, quæ solet probationem rei gestæ continere, necessaria non est; & ibi notat Bald. quod idem operatur confessio, quod publicum instrumentum factum de contractibus, & quod non est minor probatio per confessionem, quam probatio per publicum instrumentum, se-*

quuntur Salicet. Alexand. Jason. Decius; Alciat. & Padilha. Idem probatur in Ordin. Lusitana lib. 4. titul. 36. §. 2. in antiq. & titul. 19. §. 2. in novis, ibi: Se a parte confessor que a convença foy entre elles corfirmada, será constangida a fazer della escritura: docent Valasc. dict. quest. 7. num. 27. Gama dec. 43. num. 2. adde Paul. Paris. cons. 99. num. 12. lib. 3. Roland. cons. 6. num. 26. lib. 3. Angul. in L. 6. de meliorationibus gloss. 10. num. 4. Azeved. in L. 6. titul. 6. num. 17. lib. 5. novæ collect.

Sublimitatur hæc septima limitatio, ut procedat in confessione judiciali facta in judicio, non in confessione extrajudiciali, quam non admittetur pars probare per testes, ne per indirectum defraudetur Ordinatus prohibens in illis terminis fieri probationem per testes, ut per Anchar. cons. 351. column. fin. Felin. num. 12. & Decium num. 15. vers. nono in dicto cap. 2. de probat. Valasc. d. quest. 7. numer. 30. & 31. Azeved. L. 2. tit. 21. num. 13. lib. 4. novæ collect. Idem si pars faciat eam confessionem in precibus oblatis Principi, vel judici, ex regul. L. cum precibus, Cod. de liber. causa, ubi Bald. & Salic. Oldr. cons. 292. Abb. cap. examinata 3. notab. de judic. Ant. Gabr. de confessis, conclus. 4. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 368. ubi addunt plures ampliaciones.

Et in his terminis, in quibus fuerit admissa probatio contractus per testes, utique etiam distractus poterit probari per testes, & ita probat Ordin. antiqua §. 2. ad fin. & nova §. 3. ad finem, ibi: *E quando o contrario se provar por testemunhas, ou por confissam da parte, & não por scriptura, poder-se-ha provar o distracto por testemunhas; & fuit doctrina Bart. in L. cum de indebito. §. sed hoc, ff. de probation. ibi: Secundò nota, quod contra promissionem factam in scriptis non admittitur probatio, nisi per contrariam scripturam, secus si confessio fuerit facta sine scriptis.*

Octava limitatio fit, quod consensus domini directi datus ad alienationem

emphyteusis, juxta terminos, de quibus in *L. fin. Cod. de jure emphyt. & cap. potuit de locato Ord. lib. 4. titul. 64. in antiq. & titul. 38. in novis, in princip. Ful. Clar. §. emphyteusis, quæst. 13. in princip. potest probari per testes, ex Gama dec. 72. num. 3. & 4. & ibi moderna additio Corbul. in tract. quib. ex causis emphyt. cap. 14. quæst. 4. num. 3. Caldas 4. part. de extinct. emphyt. cap. 11. n. 32. quanvis dicat hanc doctrinam sibi suspectam videri, sed esse veram resolutionem testatur Flores in d. additione ad Gamam num. 3. & est receptum generali consuetudine hujus Regni. Similiter solutio census potest probari per testes, si sit intra quantitatem à lege permissam ex utraque *Ordin. tam antiqua §. 13. quam nova §. 14.* Non obstante, quod contractus fuisset celebratus per scripturam: idem de jure receptum est ex *Fason. in L. 1. num. 64. Cod. de jure emphyt. Afflict. dec. 13. numer. 26. Valasc. dict. quæst. 7. num. 3. ad fin. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 604. n. 5.**

60 Hinc descendit, quod solutio pensionum facta per tres annos proximos cohærentes facit præsumi pensiones retro solutas, ex *L. apochas, Cod. de apoc. publ. lib. 10. ubi Bart. & Plat. gloss. 2. verbo, repellere, vers. vel quod tribus, Cod. de jure emphyt. ubi Fason. num. 135. Guibelm. cap. Raynut. verbo, si absque liberis, numer. 187. Duen. regul. 54. Anton. Gabriel de præsumpt. conclus. 11. num. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 139. num. 6. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1321. num. 2. quod procedit in emphyteuta privati, nam quoad emphyteutam Ecclesiæ sufficiunt duo anni ex opinione *Hostiens. in summa de locato numer. 13. à qua tamen recedunt Joann. Andr. ad Speculator. de locato, §. nunc aliqua, vers. 21. Fason. d. L. 2. num. 135. Anton. Gabriel d. conclus. 11. num. 3. Mascard. d. conclus. 1321. num. 9. oportet tamen plura concurrere, ut hæc præsumptio procedat, de quibus per eodem Doctores, qui videndi sunt.**

62 Est tamen utile scire, an hæc proba-

tio debet fieri per apochas, an sufficiat fieri per testes, in quo habemus text. in *d. L. 3. Cod. de apoc. publ. ubi ita habetur: Quicumque de provincialibus, & collatoribus decurso posthac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ solutionis exposcitur, si trium annorum sibi cohærentium apochas, securitatesque protulerit: superiorum temporum apochas non cogatur ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coerceatur: nisi forte curialis, aut quicumque apparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor, sive compulsor possessorum, vel collatorum habuerit cautionem, aut id, quod reposcit, deberi sibi manifesta gestorum adsertione patefecerit.*

Text. istius constitutionem auream dixit *Bald. cap. literæ de dilat. unicam, & singularem appellant Bart. ibi, & Alexand. in L. si certis annis, Codic. de pactis, & ejus præsumptio est juris tantum, & non juris, & de jure, & ideo contra eam admittitur probatio in contrarium, ut probatur in fin. illius text. & tenent Alex. num. 9. & Fason. num. 2. in L. juris gentium, §. quod ferè, ff. de pact. Aretin. num. 3. & Fason. num. 10. in L. sciendum, ff. de verb. oblig. Soares in L. post rem jud. ff. de re jud. in declaratione ad legem Regni, ampliat. 2. n. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 139. n. 29. Est autem illa constitutio exorbitans à juris communis regulis, vel eleganter in ejus ornatum, & declarationem deducit omnino videndus *Aymon. cons. 313. & quatuor requisita ponit Menoch. d. præsumpt. 139. num. 1. post Padilham in L. 1. num. 9. vers. rationes, Cod. de fideicommiss. & Vincent. de Franchis dec. 137.**

His prælibatis, & ad intentum deveniendo reperio, quod *Berous cons. 152. num. 3. lib. 1. & Vivius opinion. 236. qui referuntur in 1. tomo commun. opinion. lib. 4. titul. 44. numer. 187. tenent posse eam probationem fieri per scripturam, vel per duos, vel tres testes, & facit reg. L. in exercendis, Cod. de fide instrument. quod*

quod in exercendis litibus eandem vim obtinent, tam fides instrumentorum, quàm depositiones testium, ubi *Paul.* dicit, quod tantum valet Instrumentum ad probandum quantum depositiones testium, & è contra, præterquam in casibus, in quibus ad substantiam requiritur scriptura, & per consequens etiam ad probationem, qui ponuntur per *gloss. cap. 1. de censibus lib. 6. & Spec. de instit. edit. §. testam.* Cæterum in terminis contrarium tenent *Carolus Molin. consuetud. Parisiensib. 2. part. §. 62. n. 49. Padilha d. L. 1. numer. 17. Cod. de fidei-commis. Menoch. d. præsumpt. 139. n. 28. Carocius titul. de paleis, numer. 31. fol. 224.* in magnis, & hæc opinio sequenda est, non autem *Beroi, & Vivii,* & probatur ex *d. L. quicumque,* ex qua omnes Doctores in hac materia scribentes deducunt hanc præsumptionem.

Nam certum est, quod solutio census debiti fisco, non potest probari, nisi in scriptis per apochas, & securitates ex *L. 1. Cod. de apoch. publ. lib. 10.* ubi notanda sunt verba ejus, ibi: *Sed, & aurum quod ex hujusmodi contributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari, ut securitatibus nomen inferentis, dies, consul, mensis, causa, & summa comprehendatur, quo, & discretionis æquitas illustretur, & descriptio documentis evidentibus fulciatur;* & ibi notant *gl. verbo, securitatibus,* interpretando, id est apochis, quæ ad securitatem solventium fiunt; & ibi *Bart. numer. 5.* dicit, quod in istis apochis de soluto requiritur dies, & consul, & esse verum, quod illud est publicum instrumentum, debet enim esse scriptum à notario, idem *Angel. ibi numer. 2.* & ideo non admittuntur testes in probatione talis solutionis, ex *gloss. in d. L. 1. verbo, descriptio, Angel. ad fin. & est unus de casibus, in quibus requiritur scriptura, ex Alex. ad Bart. ibi numer. 7. Valasc. dict. quæst. numer. 8. ad fin. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 604. n. 6.* infertur, quod si ea dispositio *d. L. quicumque* trahenda sit ad emphyteutam, ut per probationem solutionis pensionis

factæ per tres annos diversos distinctos proximè cohærentes, præsumatur solvisse annis retro elapsis, debet eam probationem facere per apochas dominorum, & non per testes, quia, & in eo de probatione per apochas, & securitates, loquitur Imperator, & non de probando per testes, ad quod est maximè advertendum, habui enim in factis, & senatoribus aliud visum fuit, sed minus juridicè, & sequendum est, quod legibus judicari debuit, non inspectis exemplis, *L. nemo, Cod. de sententiis, & interlocut. omn. jud. gloss. verbo, suo sensu cap. 1. de constit. Rebuff. 1. tomo ad leges Gall. in proem. num. 85. Hieronym. Osor. de reb. Indiæ fol. 265. vers.*

Nona limitatio sit quando partes fecerunt scripturam de maiori summa, & postea ea redegerunt in notam publicam per Tabellionem, nam, & ea publica dicitur, & valet ex quo sumit vim ab ipsa nota, ex *Valasc. d. quæst. 7. n. 15.* Decima limitatio est in literas cambi ex usu, ex eodem *Valasc. ibi numer. 16. idem Valasc. consult. 176. numer. ultim. lib. 2. Gama dec. 238. ad fin. & additio ad eum in eadem decision. ad fin.* Undecima limitatio sit inter personas Ecclesiasticas, quas lex Regia non comprehendit, etiam litigantes in foro sæculari: ex *Paul. in L. omnes populi, numer. 9. ff. de justitia, & Calderin. in sua disputat. statutor. civitatis in fin. Felin. numer. 15. & Dec. column. penult. dict. cap. 2. de probation. Hippol. rubr. numer. 41. de probat. & est communis, à qua nemo recedit, teste *Beroo in quæst. n. 50. familiari,* quia forma probationum pertinet ad decisionem causarum, & non ligat Clericos, *Felin. numer. 84. & Dec. numer. 53. in cap. Ecclesia, de constitutionib. & in terminis Valasc. d. q. 7. n. 25.**

Et quanvis idem *Valasc. ibidem* dicat, quod non vidit Clericum admissum in iudicio læculari contra laicum, si non offerat publicam scripturam in casu, quo per legem læcularem ipsi requiritur, nec credit, quod ea communis opinio servabitur in practica in isto Re-

gno, tamen Valasc. intelligendus est quando contractus fuit celebratus inter Clericum, & laicum, secus si fuit factus inter utrumque Ecclesiasticum, qui non subsunt Imperio Regis, nec ligantur ejus legibus, quia licet postea contingat litem agitari cum aliquo laico, non erit necessarium probare contractum per scripturam, & sufficet probatio juris communis, ex traditis per *Hippol. singul.* 28.

73 Et eadem ratione convincitur, quod si contingat litem agitari inter hæredes Clericorum in foro sæculari, & quamvis sint laici, tamen etiam admittentur ad probationem per jus commune, sicut poterant facere Clerici, quibus successerunt, *L. 2. §. ex his, ff. de verborum obligat. L. heredem, ff. de regulis juris, & probatur ex Ordin. antiqua §. 11. & ex Ordin. nova §. 12. de quibus dixi in limitat. 5.*

74 Duodecima limitatio ponitur in *d. Ordin. antiqua §. 14. & in Ordin. nova §. 15. ibi: Nos alvarás feitos, & assinados por Arcebispos, Bispos, Abbades Bentos, Fidalgos de solar, ou assentados em nossos livros, ou Cavalleiros fidalgos, ou por nós confirmados, ou Doutores em Theologia, ou em Leys, ou em Medicina, feitos em estudo universal por exame, ou officiaes de sua justiça, que sejam de nosso Desembargo, nam haverá lugar esta ley: porque por a qualidade de suas pessoas queremos que lhes seja dada esta authoridade, que se por elles forem feitos, & assinados, sendo contra elles, lhes seja dada tanta fé, como a escritura publicas, & posto que os alvarás sejam assinados por cada hum dos sobreditos, se nam forem feitos de sua letra, haverá esta ley lugar em elles, porém sendo os taes alvarás assinados por cada hum dos Arcebispos, & Bispos das Cidades de nossos Reynos, & Senhorios, & dos Infantes, Duques, Mestres, Marquezes, ou Condes, & feitos por seus Escrivaens, lhes será dada tanta fé, como se fossem feitos, & assinados por elles.*

75 In hac Ordin. quæ procedit ex speciali prærogativa harum personarum,

primo infertur, quod cum veniat ad limitandam regulam positam in ejus principio, non extendetur ad alias deversas, nam regula locum habet in omnibus casibus, in quibus limitata non reperitur, *L. in fraudem, §. ultim. ff. de militar. testam. L. quoties ff. si quis caut. Mascard. de probation. lib. 3. conclus. 1262. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 8. num. 13.* Secundò, quod cum ea Ordin. loquatur in Fidalgis de solar, & in iis, qui sunt scripti in libris Regiis, & in confirmatis, & in Cavalleriis fidalgis, non comprehenduntur alii fidalgi, quos dicimus de Cota d'armas, nec Cavallerii simplices, nec qui eorum privilegiis utuntur, de quibus Ordin. non disposuit, juxta *L. si servum, §. prætor ait, ff. de acquir. hæred. L. cum prætor, ff. de judic. L. cum servo, ubi Bartol. ff. de contrabend. emption.*

Tertiò infertur, quod Doctores debent esse facti in aliquo studio universali per examen: & ita non includentur Doctores creati per Comitem Palatinum, vel alii, qui ad doctorandum habent facultatem, cum deficiat ea qualitas, quod non sint facti in studio universali per examen, & ubi deficit qualitas dispositionis, cessat, & ipsa dispositio, *gl. L. mancipia, verbo, advocandum, Cod. de serv. fugitiv. Bart. L. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. public. Camill. Gallin. lib. 4. de verborum significat. cap. 9. num. 9. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 15. num. 8. Mascard. lib. 3. de probat. conclus. 1249. num. 9. videndum tamen est cap. 68. lib. 3. statutorum Universitat. Conimbricens. ubi quid agendum sit cum iis, qui in aliis Universitatibus, vel per rescripta gradum acceperunt, tractat.*

Quartò infertur, quod ut scripta per eas personas exceptas in *d. §. 14. & 15.* habeant fidem, quantam habent scripturæ publicæ, requiritur, quod simul sint facta eorum manu, & per eos subscripta, nec sufficit esse scripta sine subscriptione, nec etiam sufficit esse subscripta tantum, cum utrumque requiratur copulativè, & concursus copulæ requirit,

81 rit, quod utrumque verificetur ex *L. si heredes plures, ff. de condition. & demonstr.* ubi *Bart.* & alii, & in his terminis non habebunt locum tradita per *Anton. Gabriel de præsumpt. conclus. 3.* & per *Cened. collectan. 71. ad decretales, num. ultim.* Excipiuntur tamen scripta

82 Archiepiscoporum, Episcoporum, Infantium, Ducum, Magistrorum, Marchionum, Comitum, quia sufficere esse facta per suos Scribas, & subscripta per ipsos: & si non fuerint facta per suos Scribas, oportebit, quod scribantur, & subscribantur per eos, nec unum, nec alterum sufficere.

83 Quintò refertur, quod hæc scripta tantum faciant fidem contra eos, & non pro ipsis, ut patet ex illis verbis, ibi: *Sendo contra elles:* quæ verba sic posita limitativè includunt casum, in quo agitur de facienda probatione contra ipsos, & excludunt alium casum, in quo agitur de facienda probatione contra alios, est enim casus omissus, imò exceptus, & manet sub dispositione juris, *L. si cum eodem, ff. soluto matrimon. Capra consil. 148. num. 14. Bolognin. consil. 17. num. 4. Camill. Gallin. lib. 10. de verbor. signific. cap. 8. n. 8.*

85 Obstat tamen, quod *Ordin. in eo §.* præsupponit posse Archiepiscopos, & Episcopos ea scripta facere per suos Scribas, nam adest apud Lusitanos alia *Ordin. lib. 2. titul. 10. §. 1.* qua prohibetur Scribas eorum facere scripturas contractus cujuscumque, in quo aliquis ex laicis sit contrahens, quanvis fiat super rebus Ecclesiæ, & confirmentur per ipsos Prælatos; quod idem probatur in *nova Ordin. lib. 2. titul. 20. §. 1.* imponentes decretum irritans, & auferentes omnem fidem ab illis, tam in iudicio, quàm extra iudicium; quod idem in notariis Apostolicis, & Episcoporum docent *Faber in L. 2. Codic. de donat. Rebuff. in 1. tomo ad leges Gall. titulo de literar. obligat. articul. 2. gloss. unic. n. 37 & in tract. in quibus causis iudices seculares, num. 56. Azeved. ad L. 1. titul. 25. num. 8. lib. 4. novæ collect. & in*

L. 1. num. 26. titul. 4. lib. 5. Potest responderi, primò, quia *Ordin. dict. tit. 10. & tit. 20. §. 1.* loquuntur in contractibus respectivis, & *Ordin. in dict. §. 14. & 15* loquitur in scripturis, in quibus Archiepiscopi, & Episcopi solum se obligant ex eo, quia solum datur fides eorum scriptis contra eos.

Vel, & secundò, quod nostra hæc *Ordin.* sit limitativa alterius, quia cum *Ordin.* permittat illis posse facere sua scripta per suos Scribas, & quod ita facta cum eorum subscriptione tantam fidem faciant, quantam faciunt publicæ scripturæ, utique per eam limitantur in eo casu, qui enim vult consequens, debet velle antecedens ad illud, *L. illud dubitari 76. ubi Bart. ff. de acquir. hered. faciunt, quæ deducit Valasc. consult. 10. in 1. part. num. 1. Decian. respons. 120. n. 5. lib. 3.*

88 Decima tertia limitatio sumitur in casibus positus per *Ordin. dict. titul. 45. §. 16. & in d. titul. 59. §. 16.* circa commodatum factum de ornamentis lectorum, de vestibus, de suppellectilibus domus, de armis, de equis, de vasibus, & patellis argenteis ad bibendum, & comedendum, nam & hæc possunt probari per probationes juris communis, ex eo, quia non tam celeriter possunt confici scripturæ, ut requirit occasio commodati petiti.

89 Decima quarta limitatio est, quod possunt probari per probationes juris communis illæ res, quæ per commendationem asportantur ab India, vel ex aliis partibus, quæ sunt extra Regnum, ex *nova Ordin. §. 17.* quod idem probatur per *Ordinat. lib. 1. titul. 51. §. 2.* quæ deducuntur à *L. 2. titul. 13. part. 1. Extravagant.* quod ea ratione inventum est, quia sæpè partes in abscondito, & clanculum jubent eas merces asportari, & non audent de illis facere scripturam, nec manifestare, ne autem contingat eos jacturam incurrere, non facta scriptura, voluit hunc rigorem remittere, & eos admittere ad faciendas probationes secundum Jus de illis tamen mercibus

solvenda sunt debita jura Regi, ut jubetur in *d. §. 2. & in d. Extravagant.*

90 Decima quinta limitatio sumitur ex utraque *Ordinat. antiqua §. 17. & nova §. 19.* emptiones, & venditiones mercium, quæ fiunt per Proxenetæ inter regnicolas, & forenses, tam de iis, quas forenses vendunt, quàm de iis, quas emunt, sive etiam tales emptiones, & venditiones fiant inter regnicolas mediantibus Proxenetæ ad hunc effectum specialiter deputatis, nam tales contractus possunt probari per ipsos cum duobus testibus fidedignis, ita ut sint tres testes, quod si partes confiteantur contractum, & solum dubitent de quantitate pretii, vel alterius qualitatis, statuit solius Proxenetæ juramento, ultra juramentum, quod recepit in sua electione, in quo Ordin. multa probat.

92 Primò relaxando necessitatem faciendi probationem per scripturam, mercium, quæ venduntur inter forenses, & regnicolas, vel inter regnicolas per interventum Proxenetarum ad hunc effectum destinatum. Secundò in eo, quod admittit eos in testes talium contractuum, nam de jure communi Proxenetæ non poterant esse testes, nisi utraque parte consentiente, ex text. in *Authent. de testibus, §. quoniam vero legem, collat. 7. gloss. verbo ad numeratorem in Authent. de instrumentorum cautel. & fide §. in iis vero, quæ conficiuntur collat. 6. Bart. in L. deferre ad fin. ff. de jure fisci, latè Socin. conf. 12. numer. 17. conf. 29. num. 16. conf. 31. num. 19. lib. 1. licet etiam possit, non autem compelli altera parte volente, altera non, ex L. 36. titul. 16. part. 3. ubi latè Gregor. Lopez, Anton. Gabriel de testibus, concl. 20. Mascard. lib. 2. conclus. 1039. & lib. 3. conclus. 1358. num. 36. Est enim Proxenetarum modus, qui emptionibus, venditionibus commerciis, contractibus licitis utiles, non adeo improbabilimodo se exhibent, ut docet *J. C. in L. fin. ad fin. ff. de Proxenet. & de ejus officio agit Cabed. dec. 91. in 2. p.**

94 Tertio, quod super declaratione

pretii, & qualitatis stetur juramento illius solummodo, in quo Ordin. est mirabilis, nam unus testis non facit probationem, quia dictum unius, dictum nullius, *L. juris jurandi, Codic. de testibus cap. licet universis de testibus*, adeo quod licet partes possint facere, quod stetur dicto unius ex *Speculator. de teste, §. restat, versic. hoc tamen fallit. Bart. L. Theopompus ff. de dote præleg. Ant. Gab. de testibus, conclus. 1. numer. 33.* tamen per constitutionem induci non potest, quod stetur dicto unius in præjudicium tertii, *cap. indicas hermanum 2. quæst. 9. Anton. Gabr. dict. concl. 1. n. 6.*

98 Quibus non obstantibus, & pro defendendo Ordinationem, duo fundamenta occurrunt. Primum, quod ille Proxenetæ deponit de facto proprio, in quibus terminis facit probationem, ex *Paul. in L. si debitori, in fin. ff. de novat. & in L. quicumque, Codic. de servis fugitiv. & ex aliis, quos refert Gabriel d. loco num. 18.* Secundum, quod ille est officialis publicus deputatus cum juramento, & creditur officiali in his, quæ pertinent ad suum officium, ex *L. si quis decurio, Cod. ad L. Cornel. de falsis, ubi gloss. fin. Bald. ad fin. & Salic. n. 4. idem Bald. d. L. jurisjurandi, column. penult. vers. quero uni, & ita docet in terminis illius Ordin. Gama dec. 32. & valet statutum, ut soli mediatori credatur ratione evidentis utilitatis, & necessitatis, docent *Stracha de asscurat. gloss. 39. num. 4. & Mascard. de probation. lib. 2. dict. conclus. 1039. num. 15. & est apud Castellanos L. 28. titul. 19. lib. 9. nova collect. & per eam tenent Avend. lib. 1. prætor. cap. 1. num. 18. vers. in materia, latè Lazarte de decima vendit. cap. 18. à num. 74. & Azeved. dict. L. 28. Carocius de locato, titul. de probat. quæst. 9. vers. limitatur 9. Farin. de testib. lib. 2. tit. 6. q. 60. n. 441.**

99 Unde infertur, quod non idem erit si ille Proxenetæ non esset officialis publicus, electus tantum à partibus, quia non ei credetur soli. Rursus, quia contra suam declarationem juratam poterunt partes

partes contrarium probare. ex *Avend.*
 & *Azeved.* ubi supra, nec enim lex de
 ejus dicto considerationem habet, nisi
 in quantum verè declaret, non autem si
 malè, & extra veritatem, & est doctri-
 na, quod ubicumque, vel statuto defer-
 103 tur juramentum, potest probari contra-
 rium, ex gloss. verbo, *vel iudicio, versic.*
nisi adversarius, ff. si ex noxali causa a-
gatur in L. 2. §. si absens, & ibi commen-
 dat *Paul. Alexand. num. 27. Socin. num.*
 10 *Fason. num. 5. Dec. cap. proposuisti à*
num. 3. & Felin. à num. 12. de probation.
Tiraquel. de retract. consanguin. §. 4. gl. 1.
à num. 12. Covar. lib. 2. variar. cap. 13.
num. 4. Menoch. de recuperand. possess.
remed. 15. num. 357. Azeved. L. 7. tit.
 11. à n. 82. lib. 5.

104 Decima sexta limitatio sit, de qua in
dicta Ordin. antiqua §. 18. & in nova
 §. 20. de rebus traditis preconibus, vel
 mulieribus expositis ad vendendum res
 mobiles, que vocantur a dele, vel offi-
 cialibus mechanicis ad suendum, fartien-
 dum, vel corrigendum, nam, & in his
 admittitur probatio per testes, & non
 requiritur probatio per scripturam. De-
 105 cima septima limitatio sit, quod non re-
 quiratur probatio per scripturam in con-
 tractibus matrimonii, sed quoad pro-
 missionem dotalem, si quantitas dotis
 promissæ excedat summam taxatam à
 lege Regia, requiritur scriptura publica,
 & ita probatur in *Ord. antiqua §. 19. &*
in nova §. 21.

106 In quo nota duo, quod contractus
 sponsaliorum, sive matrimonii de præ-
 senti, potest probari per testes, ut etiam
 probatur per *Ordinat. antiquam lib. 5.*
titul. 15. §. 7. & titul. 16. §. 4. & per no-
vam Ordinat. lib. 5. titul. 25. §. 8. & tit.
 38. §. 4. per *Concil. autem Trident. sess.*
 24. in decreto de reform. cap. 1. vers. *ha-*
 beat, jubetur, quod habeat parochus li-
 brum, in quo conjugum, & testium no-
 mina, diemque, & locum contracti ma-
 trimonii describat, quem diligenter cu-
 stodiat, & docent in terminis hujus de-
 creti *Navarr. in Manuali Latino, cap.*
 22. n. 69. vers. *Quinto, quod parochus,*

Gutierrez lib. 2. practicarum quest. cap.
 4. num. 9. *Cævall. de communibus contra*
communes quest. 604. n. 138. Azeved.
in L. 8. numer. 2. titul. 1. lib. 5. Sanchez
lib. 3. de matrim. disput. 16. num. ult.
 & *disput. 48. num. 5. & est provisum per*
Constit. Episcopat. Colimbriens. titul. 9.
constit. ult. §. ult.

Nec tenenda est opinio *Menoch.* 107
conf. 199. n. 3. lib. 2. dum putat non
 probari matrimonium si non reperia-
 tur in libro parochi, de cujus dicto du-
 bitat *Cævall. ubi supra,* nam licet Con-
 cilium jubeat fieri per parochum librum,
 in quo describat conjugatos cum decla-
 ratione testium, qui interfuerunt, diei, &
 loci: non tamen id requirit, nisi ad pro-
 bationem, & ideo licet ibi non reperia-
 tur, aliis modis probari non posse non
 excludit, ex *L. cum res, Cod. de probat.*
L. non idcirco, Codic. de fide instrument. 108
 facit, quia probationum copia non est
 coangustanda, ex *L. quoniam ad fin. Cod.*
heretic. & Manich. Hippol. in pract. cri-
iminal. §. diligenter, numer. 8. Garcia de
nobilitate, gloss. 7. num. 86. Burgos de
Paz quest. civil. 2. num. 35. atque ideo 109
 plures sunt modi probandi matrimo-
 nium, de quibus per *Mascard. lib. 2. de*
probat. conclus. 1022. & sequentib. Me-
noch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1.
Fulv. Pac. lib. 2. de probat. cap. 3 adde
Ordinat. lib. 3. titul. 25. §. 5. & lib. 5. tit.
 38. §. 4.

Quod verò attinet ad probationem 110
 dotis si excedat summam taxatam à le-
 ge Regia, & fiat inter extraneos, vel af-
 finitatem contractam inter personas, de
 quibus in §. 20. in antiquis, & in §. 11.
 in novis, debet probari per scripturam
 publicam, ut etiam probatur in *L. 2.*
titul. 1. part. 6. Extravagant. & repro-
 batur traditio *Hippol. de probation. n. 62.*
 quod si Rex dispenset, ut possit probari 111
 per testes, ubi scriptura facta non sit, an
 mediatores sint testes integri, unde per
Joseph Ludov. dec. 95. & Mascard. de
probation. lib. 1. conclus. 565. & Gama
dec. 32. Benintend. dec. 60

Decima octava limitatio est in quasi
 con-

- 112 contractibus, nam poterunt probari per testes, ex *Ordinat. antiqua* §. 20. & *nova* §. 22. & confirmatur; quoniam in lege, quæ loquitur de contractibus, non comprehenduntur quasi contractus, ex traditis per *Tiraquel. post leges Connu-biales gloss. 5. à num. 119.* Decima nona
- 113 limitatio sit, de qua in *d. Ordinat. antiq.* §. 21. & in *Ordinat. nova* §. 22. ibi: *Nem outrosi haverá lugar nos arrendamentos que se fizere de bens de raiz por hum só anno, por preço, que não passar de sessenta mil reis, porque em tal caso se poderám provar sem escritura publica, pela prova, que segundo nossas Ordenações, & disposição de direito for sufficiente.*
- 114 Ex hac *Ordinat.* primo desumitur quod contractus locationis, & conductionis facti super pretio statuto, sive convento usque ad 60. millia numerorum possunt probari per probationes juris communis: ergo per argumentum à contrario sensu, si pretium excedat illam quantitatem, non admittetur probatio, nisi per scripturam publicam, ut habetur in principio illius *Ordinat.* ibi: *Arrendamentos; & ibi: E a quantidade da divida passar de sessenta mil reis; & de jure*
- 115 non requirebatur in tali contractu, quia cum consensu solo perficitur, *L. 2. ff. de action. & obligat. L. 1. ff. locat. Gomez 2. tom. cap. 3. numer. 1. Petrus Mossius de contractib. titul. de locat. in princip. n. 2. L. 1. titul. 8. part. 5. non requiritur scriptura, & quamvis non esset facta, aliis probationibus juris probari potest, ex *L. contractus, Cod. de locato, Bartol. consil. 14. Ozaso. dec. 28. numer. 9. Boer. dec. 118. num. 1. Bertachin. in suo repertorio, verbo, scriptura de substantia, quos refert Carocius de locato, in titulo de locatione, an requirat scripturam, num. 3. fol. 39. in magnis: quod etiam procedit,**
- 116 licet post celebratum contractum dicant quod fiat scriptura, quia non requiritur pro substantia, in quo licet sint variaz opiniones inter Doctores, tamen hæc est communis, ut refert *d. Carocius, n. 5. & probatur ex Ordin. lib. 4. titul. 36. §. 4. in antiquis, & lib. 4. titul. 19. §. 2. in no-*

vis, nisi ex aliis circumstantiis appareat, quod partes voluerunt scripturam requirere pro substantia, ut ille deducit d. n. 4. ad fin.

Addit tamen in *num. 5.* quod si conveniatur inter partes simpliciter de scriptura, ita ut probari non possit, nisi per scripturam, vel confessionem erit tunc necessaria ex virtute pacti, ex doctrina *Bald. Authent. sed novo jure, Cod. si certum petatur, column. penult. Grat. conf. 107. column. 1. lib. 1. Cognolus in L. si quis maior, num. 43. Cod. de transact. de* 118 quo tamen dicto dubitandum est, quia in casibus, in quibus de jure non requiritur probatio per scripturam, non valet pactum, ut non possit probari nisi per scripturam, ex *gloss. in Authent. ut sine prohibitione matres, §. quia verò, verbo, Senatusconsulto, collat. 7. gloss. 1. Authent. jubemus, Codic. de judic. & eam glossam sequitur Bart. ibi num. 10. Alexand. ad L. quod. de bonis, §. frater cum heredem, column. 1. ff. ad L. Falcid. & est communis ex *Felin. cap. 2. numer. 19. & Dec. ad fin. de probation. eandem testatur communem Hippol. de probation. num. 33. & 34. Avend. de las exceptiones, num. 56. ad fin. Padilha in L. cum te, num. 6. Cod. de transact. & ab hac non esse recedendum in judicando, & consulendo, dicit Joann. Gutierrez de juramento confirmator. 1. part. cap. 66. n. 1. ubi tripliciter limitat.**

Adde tamen, quod licet possit probari per testes contractus locationis in minori pretio, usque ad 60. milia numerorum: si tamen aliquis ex contrahentibus voluerit, ut de eo fiat scriptura, tenetur altera pars eam facere, ex *Bart. in L. si cum exceptione §. sed, & si quis per illum text. ff. quod met. caus. & in L. dedi, ff. de condict. sine causa, L. sicut datum, ubi Abb. & Salic Cod. de lib. causon eandem doctrinam docent plures alii, quos refert, & sequitur Carocius *d. loco, num. 8.* ubi communem testatur, & concludit, quod conductor locatori, vel è contra, dicere potest: ego volo quod de gestis appareat scriptura: ubi tamen ponit*

ponit quasdam declarationes, quas videre potes.

120 Secundò deducitur ex ea Ordinatio quod tantum procedit in prima locatione ad unum tantum annum in bonis immobilibus, & per argumentum à contrario sensu, si sit facta locatio ad plures annos, non poterit probari, nisi per scripturam, & sufficiet saltem fieri ad duos annos, quia pluralis locatio in duobus ad minus vendicatur, ex *L. ubi numerus ff. de testibus, L. libertas 17. §. ultim. ff. de manumissis testament. L. inter illa 717. §. fin. ff. de verborum*, & non obstat dicere, quod sunt tot locationes, quot sunt anni, & pretia distincta in singulos, & ita sunt plures locationes, ex *L. quod sæpè, §. in iis, ff. de contrahend. empt. L. in bello §. fin. ff. de captiv. & postlimin. revers. Aretin. & Soc. notabili 2. in L. si ex toto, ff. delegat. 1. Fabian. de emption. quest. 5. principal. 106. cum aliis de quibus per Tiraq. lib. 1. retract. §. 23. gl. 1. n. 20.*

122 Rursus, licet quando contractus sit in plures annos, quam lex permittat, valeat intra eos, in quibus fieri permittitur, ex *regul. quod utile per inutile non vitiatur in iis, quæ separabilia sunt, ex L. 1. §. sed mihi, ff. de verborum, regul. utile, lib. 6. cum aliis traditis per Menoch. conf. 111. num. 33. lib. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. numer. 28. Andr. Gayl. lib. 2. practicarum observat. cap. 4. num. 12. Azeved. L. 7. numer. 17. tit. 18. lib. 4.* Tamen cum à principio sit unus contractus, & uno consensu perficiatur, non poterit probari, neque ad unum, & primum annum sine scriptura, stante dicta Ordinatio, quæ defendit fieri contractum locationis super rebus immobilibus quocumque pretio, nisi ad unum annum, & ita si fiat in plures, in nullo admittetur probatio sine scriptura.

123 Ultima limitatio sit, quod non procedat ubi agitur de probanda simulatione contractus, quoniam poterit probari per testes, & præsumptiones, ut probat utraque Ordinatio, tam antiq. quam nova in §. ultim. & probatur ex traditis

per *Alexand. conf. 54. num. 3. lib. 6. Afflict. lib. 1. Const. rubr. 6. §. 1. num. 17. Fason. in L. cum. ex ea, numer. 4. de transaction. Dec. conf. 644. num. 4. Boer. dec. 12. ad finem, Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. gloss. 14. num. 58. Valasc. dict. quest. 7. n. 7.* Quod tamen intellige quando simulatio est illicita, & reprobata, quia fit in fraudem, & docent ea verba: *Nem haverá outrosi lugar esta ley nos contratos simulados, porque muitas vezes acontece, que as partes por defraudarem o direito Civil, ou Canonico, fazem enganosamente alguns contratos simulados, assim como se tivessem vontade de fazer hũ contrato usurario, & por defraudar o direito, que defende as usuras, fizessem outro contrato por mudarem a sustancia da verdade que tinham em vontade fazer, em tal caso, porque a verdade foy entre elles encuberta no contrato simulado, & o engano foy nelle somente declarado: havemos por bem, que tal engano, & simulaçam se possa provar por testemunhas, porque o engano sempre se faz encubertamente, & por tanto não se poderá provar por escritura publica, & docet Valasc. consult. 5. n. 21. p. 1.*

Et hæc simulatio reprobata ponitur per legem Regni, de qua per *Ordin. antiquam lib. 4. tit. 15. & per novam lib. 4. tit. 71.* Cæterum si simulatio fuerit licita, quando fit de licito ad licitum, & ita quando id, quod occultatur, & quod declaratur, utrumque licitum est, ut per *Bartol. in L. Lucius Titius cum haberet, ff. depositi, & ibidem Salic. & Fulg. Valasc. d. consult. 5. num. ult.* non poterit ea simulatio licita probari, nisi per scripturam, quia in ea non est locuta Ord. & cessant fraudis rationes, & poterunt partes facere de ea scripturam, & adhærendum est regulæ Ordinationis positæ in ejus principio, quæ non invenitur in hoc casu simulationis licitæ limitata, ex *regul. L. quoties. ff. qui satisficere cogantur, Decius in L. 1. num. 8. ff. de regulis juris, Bertrand. conf. 50. n. 3. lib. 2.*

Notabis tamen, quod in deducendis

127 articulis super simulatione, oportet, quod exprimat species, ac modus simulationis, aut fraudis, & figillatim probetur ex eleganti *cons. Bart. 65. col. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 448.*

128 *num. ultim.* præsumptiones autem simulationis post *Capel.* deducit *Joseph. Lud. in suo tractatu de simulatione contractuum, Mascard. lib. 1. de probation. conclus. 438. usque ad conclus. 448.* & vide in materia *Valasc. consult. 71. in 1. tomo, & consult. 155. in 2. tomo, Maranta cons. 65.*

129 Pro complemento hujus allegationis non omitto, quod in *eadem Ordin. tam antiqua §. 23. quàm nova §. 24.* disponitur in hæc verba: *E porque para defraudar esta Ordenaçam muitas vezes, sendo os contractos feitos de mayor quantia de sessenta mil reis, nos bens moveis, & dabi para baixo, & veyo muitas vezes em duvida, se se poderia dividir a dita soma: Mandamos, que mostrando se que a dita quantia passava de sessenta mil reis, nam sejam ouvidos, posto que queiraõ pedir sessenta mil reis sómente, & dabi para baixo: porque pois o contracto por bem desta Ordenaçãõ, por assim passar da dita quantia, & ser feito sem escritura publica, se nam pôde provar por testemunhas, nem ser ouvido em juizo, razam he que nenhuma quantidade do dito contracto se possa pedir.*

130 Inde ad declarationem hujus Ord. est advertendum, quod loquitur in terminis, in quibus contractus à principio fuit factus super maiori summa, & non procedet quando à principio fuit divisus, qui sunt duo contractus, & potest admitti probatio per testes in utroque, si quilibet non excedat maiorem summam, si autem à principio unus, postea non poterit dividi ea summa; unde noto, quod licet quantitas sit dividua, & in separabilibus utile non vitietur per inutile, tamen hæc regula non habet locum in hac specie, quia respectu probationis Ordin. in tota quantitate considerat actum esse individuum, & ideo non permittit dividi in minores sum-

mas, ut admittatur probatio per testes, & succedit alia regula, quod in inseparabilibus utile per inutile vitietur, *L. 1. §. Trebatius ff. de aqua quotidian.*

Et de jure potest lex facere aliquam dispositionem individuum, & dicitur individuum ratione formæ, ex *Bart. L. Cræcè §. illud commune ff. de fidejussor. numer. 4.* ubi sequuntur *Angel. & Imol. & Cuman.* eandem doctrinam ponunt *Angel. Alex. num. 2. Jason. num. 4. Alciat. num. 20. d. §. sed si mihi, Pecbaeus in dict. regul. utiles numer. 31.* Rursus quia, & utile vitietur quando jus ita disponit, ex *Alber. in d. §. sed si mihi, column. penult. ex autoritate Dyni in d. regul. utile.*

Secundò deducitur, quod licet creditor possit partem debiti petere, non amittendo jus petendi aliam partem, ex text. in *§. si minus, institut. de actionibus*, ubi notant *Faber. numer. 15. Angel. num. 1. Jason. num. 2.* dicentes eum text. menti tenendum, *Guido dec. 178. num. 1.* nisi dicat ex resta, vel ex reliquatione, vel apponendo aliam taxativam, ex *Bartol. in L. si cum dos, num. 2. ff. de action. rerum amotarum, & in L. rationes, Cod. de probation. gloss. L. si ex pluribus, verbo, reliquum ff. de solutionib. Cepola cautel. 177. Guido ubi supra, Grammat. dec. 68. num. 5. Balb. dec. 413. Decius L. creditori, num. 7. Cod. de pactis, Gutierrez de jurament. confirm. 1. p. cap. 6. n. 3.* tamen debitore opponente non potest facere eam divisionem, ex *Bald. L. si mihi, & Titio, column. 2. ff. de legat. 2. Peres ad L. 4. column. fin. in titul. 16. lib. 3. Ordinam. Gomez 3. tomo cap. 10. num. 6. versic. pulchrum tamen, Azeved. L. 7. titul. 18. numer. 18. lib. 4. novæ collect. & in Curia Pisana lib. 4. cap. 6. num. 24.* nec poterit probari, nisi per scripturam, non per testes, ex *dict. §. penul.*

Tertiò deducitur, quod licet per mortem creditoris ipsius credita dividantur inter hæredes in patres, quemadmodum etiam, & quando debitor moritur, debita ejus dividantur inter hæredes

des, L. 2. §. & harum, L. in executione, §. prima ff. de verbor. L. 1. Cod. si certum petat. L. ea quæ, Cod. famil. herciscund. Gomez 2. tomo cap. 10. num. 3. Tamen si hæredes velint agere, vel fuerint conventi ex contractu maioris summæ, non admittetur probatio, nisi per scripturam, licet agatur de minori summa respectu cujuslibet, quia qualitas obligationis non mutatur, d. L. 2. §. ex his.

139 In modo tamen proponendi cautè agendum est, nam si vis opponere de contractu facto in maiori summa, & ideo non posse admitti probationem, nisi per scripturam, forsan fateberis debitum, & ita incidis in Scyllam, cupiens vitare Caribdim, quia confessio sufficit judicialis, ut dixi, vel quæ sit in exceptione, ut etiam probatur ex Ord. lib. 3. titul. 38. §. 5. in antiq. & lib. 3. titul. 50. §. 1. in nov. ibi: Se o Reo confessar na excepção peremptoria a auçam do Autor; ideo puto proponendam esse cum cautela, de qua per gl. in L. siquidem, verb. contestatione, ubi Bald. & Salic. Codic. de except. Bart. & alii in L. non utique fatetur ff. de except. Petr. Pech. in reg. exceptionem obijciens in ampliat. ultim. lib. 6.

140 Non omitto, quod doctissimus Valasc. d. quæst. 24. num. 35. posuit aliam limitationem: quod necessitas probandi per scripturam in quantitatibus maioris summæ habet locum inter ipsos contrahentes ex allegatis per Angel. & Fason. num. 4. in L. si unus, §. ante omnia, ff. de pact. & per eundem Fason. in L. certi condictio, §. quoniam, num. 10. ff. si certum pet. & quod ita obtinuit in causa magni momenti, & nos quotidie practicamus, sed hanc doctrinam posuit prius Alex. cons. 68. lib. 3. & additio ad Bart. in d. §. quoniam, n. 4.

141 Cæterum habet duas declarationes necessarias; primam, quod procedit tantum in casibus, in quibus requiritur aliàs scriptura pro probatione, ut est regulare, & non in casibus, in quibus scriptura requiritur pro substantia, ut est in

emphyteusi Ecclesiastica, ex Ord. lib. 4. titul. 36. ad fin. princip. & lib. 4. tit. 19. ad fin. princip. Valasc. de emphyt. quæst. 7. num. 9. quem sequitur laudando Gironda de gabell. 5. part. num. 16. & Molina Theolog. 2. tom. de just. & jur. disp. 447. fol. 1750. in fin. nec in aliis casibus, de quibus in d. Ordin. Gomez 2. tomo, cap. 2. num. 17. Pinus cons. 87. quia partes, & personæ privatæ non possunt facere validam eum actum; ubi deficit substantia, cum nec subsistere dicatur, ex gloss. in L. omnis definitio; ff. de reg. juris, Bald. L. si ex pretio, in fin. Cod. si certum pet. per L. juris gentium, §. adeo, ff. de pactis, L. pacta conventa 72. ff. de contrab. empt. Joann. Cephal. cons. 171. num. 20. lib. 2. Imò ubi deficiunt substantia, actus corrumpit ipso jure, Bald. L. comparationes, num. 5. Codic. de fide instrum. Alex. cons. 50. num. 5. lib. 5. Decius cons. 10. num. 2. Grammat. dec. 79. Aym. cons. 972. n. 18. lib. 5.

142 Secunda declaratio est, quod ea doctrina tantum procederet respectu tertiarum personarum, quibus non potuit imputari, quod non fecerint scripturam de contractibus inter alios, non autem respectu eorum, qui contrahentibus successerunt, quia quemadmodum illi non poterant admitti ad probandum, nisi per scripturam, ita nec ipsorum successores admittentur, cum censeantur eadem personæ, & plus juris habere non possunt, L. qui in jus, domini utriusque alterius succedit, jure ejus uti debet; & in L. nemo plus, ff. de regulis juris, & in regul. is, qui in jus, de regulis juris, lib. 6.

ALLEGATIO LXXIII.

An legata relicta intestamento solemniter possint adimi alia voluntate minus solemniter, & an fiat ipso jure, vel ope exceptionis, & an sufficiant duo testes ad probandam exceptionem.

SUMMARIUM.

- 1 Proponitur casus species, & n. 2.
- 3 Legata in testamento possunt tolli alio testamento, vel codicillo.
- 4 Potest legatum adimi quibuscumque verbis.
- 5 Legata relicta in testamento, & adempta in codicillis, an censeantur adempta ipso jure, an ope exceptionis.
- 6 Sufficit si constet de nuda voluntate testatoris.
- Ibid. Et sufficiunt duo testes.
- 7 Nec tenetur hæres præstare.
- Ibid. Ex minus solemniter voluntate obligatur hæres naturaliter, & ea naturalis tollitur per ademptionem minus solemnem, & n. 13.
- 8 In ultima voluntate extra testamentum possunt esse testes masculi, vel femine.
- 9 Nec est necesse esse rogatos.
- 10 Voluntas imperfecta, & minus solemniter aliam perfectam, & solemnem non tollit.
- 11 Declaratur doctrina Julii Clari citata.
- 12 Confirmatur declaratio.

I Batrix incola urbis Portugal. fecit testamentum solemniter in scriptis cum instrumento approbationis secundum legem Regni, & in eo maritum sororis suæ hæredem constituit, & diversa legata reliquit, inter quæ legavit cuidam Monasterio Monialium quinquaginta millia numorum, cæterum antequam moreretur, vocavit hæredem, & dixit ei coram aliquibus testibus, ne daret dicto Monasterio dictum legatum, adi-

mendo illud: ea mortua Monasterium hæredem pro legato convenit, impetrauitque monitorium à Vicario generali, ut intra certum terminum solveret sub poena excommunicationis.

Hæres excepit intra terminum non teneri ad præstationem hujus legati, supposita ademptione, quam testatrix fecit: Monasterium replicabat ademptionem non fuisse juridicè factam, nec excusare hæredem à solutione: in hac controversia defendebam hæredem non teneri motivis sequentibus.

Certum est de jure, quod legata relicta in testamento possunt tolli in alio testamento æquè solemniter, vel in codicillo, ex text. in princip. instit. de adempt. legator. ibi: *Sive ademptio legatorum, sive eodem testamento adimantur, sive codicillis, firma est*; & ibi notat Angel. in princip. Nota, inquit, quod id, quod datum est in testamento, potest adimi in codicillis. Secundò, quod quibuscumque verbis potest fieri ademptio, quando constat de mente, & valet, *Portius num. 10. Nicæsius Mynsinger. verb. firma, & Joann. Ovin. num. 10. in d. princ. Gomez 1. tomo cap. 12. num. 56. Molina Theolog. 1. tomo de just. & jur. disputat. 212. L. 39. titul. 9. part. 6. Covar. rubr. de testament. 2. part. num. 21. Michael Crassus §. legatum, q. 78. n. 2.*

In ea tamen pugnant Doctores, an legata relicta in testamento, si adimantur in codicillis, censeantur ipso jure adempta, an ope exceptionis? *Accurt. in L. si ita scriptum, ff. de legat. 1. & in L. fideicommissum, Cod. de fideicommiss. tenebat, quod ope exceptionis censeantur adempta; Bartol. tamen, & communiter Doctores tenent, quod ipso jure, quia à pari procedunt ademptio facta in testamento, & ademptio facta in codicillis, ut per Jason. num. 32. in dict. L. si ita scriptum, Portius d. num. 10. in dicto princip. institut. de adempt. legatorum, & ibi: Mynsing. Joseph. Ludovic. de adempt. legatorum. conclus. unic. vers. ampliatur 6. Greg. Lopez in d. L. 39. gloss. 2. Crassus d. q. 78. n. 3.*

Imò

6 Imò tenent gravissimi Doctores sufficere, si constet de nuda voluntate testatoris voluisse revocare legatum, vel adimere, ex *L. 3. §. ultim. ff. de adimend. legat.* & ita *Angel. ubi supr. num. 4. Gomez, & Molina dictis locis, Joseph. Ludov. d. conclus. unic. vers. ampliatur 7.* & non solum sufficiunt quinque testes, qui sufficiunt ad codicillum, sive fiat in scriptis, vel voce tenus, *L. fin. §. ultim. Cod. de codicillis*, sed etiam sufficiunt duo testes ad effectum, quod ope exceptionis censeatur ademptum.

7 Nec teneatur illud præstare, ex *Bald.* quem refert *Fason. ad Portium ubi supr. num. 1. tenet Platea, & Joann. Ovin. ibidem num. 5.* dicens, quod ademptio legatorum potest fieri extra testamentum, vel codicillos, adhibendo duos testes, & *Joseph. Ludovic. d. conclus. de adimend. leg. versic. ampliatur quarto*, ubi formaliter dicit, sufficere probari ademptionem legati per duos testes, licet in ultimis voluntatibus regulariter requiratur quinque testes, *L. si quis agere, Codic. de codicill.* & ea est ratio; quia sicut ex testamento minus solemniter, obligatur naturaliter hæres ad persolvenda legata, per notata in *L. si post divisionem, Codic. de jur. & facti ignorant.* sic in ademptione tollitur naturalis: ita dicit *Fason. in addition. ad Port. inst. de adempt. legatorum, num. 1. vers. potest hic*, ubi refert ita *Bald.* aliàs consuluisse, *Simon de Pretis conf. 144. num. 56.* ubi dicit revocari ipso jure.

8 Et in actis constabat per testes saltem quatuor de voluntate testatrix ademisisse illud legatum, & dixisse hæredi ne illud solveret, & ideo non tenebatur hæres illud præstare tutus exceptione, quam allegavit, & in ultima voluntate extra testamentum posse intervenire testes sive masculos, sive foeminas, ex *gloss. verbo, quinque, in d. L. fin. §. ultim. Cod. de codicill. Roland. de codicill. rubric. 2. §. 2. num. 8. Gomez. num. 70. & Burgos de Paz num. 1344. Acervantes n. 154. in L. 3. Taur. Menchaq. de success. creat. §. 12. num. 12. Michael. Crassus §. testamentum, quest. 57. num. 4. Ordin. Lusit.*

lib. 4. titul. 76. §. 5. in antiq. & iu novis lib. 4. titul. 86. §. 1. ibi: Basta intervirem nelles quatro testemunhas, quando se fizerem, homens, ou mulheres, maiores de quatorze annos. Nec erat necesse esse rogatos, *d. §. fin. ibi: Vel rogati, vel qui fortuito venerint*, quamvis *Molina Theologus de justitia, & jure, 1. tom. disputat. 131. versic. de jure, fol. 714.* in advertenter asserat posse valere tempore mortis codicillum sex testibus adhibitis; in quo deceptus est, quia ille numerus testium requiritur in testamento facto tempore mortis verbo tenus.

Nec obstabat, quod voluntas imperfecta, & minus solemniter aliam perfectam, & solemnem non revocat, ut ex communi docent *Alexand. conf. 159 n. 8. lib. 7. Clarus §. testamentum, quest. 92. Bursat. conf. 96. numer. 5. lib. 1. ubi nam. 6.* infert ex communi, quod legata in testamento solemniter, nec adimi, nec revocari possunt ad favorem aliarum personarum, nisi alio testamento, vel codicillo, saltem coram quinque testibus factis, allegando *d. princ. instit. de adempt. legat. Bart. Paul. & omnes in d. L. fideicommissum Cor. conf. 39. lib. 3. Socin. rubr. de acq. poss. num. 138. & capra conf. 75.* Nam respondetur, quod licet ita requiratur ad effectum revocandi, vel amovendi legatum ipso jure, tamen ad alium effectum sufficiunt duo testes, ut ope exceptionis oppositæ non sit solvendum.

Et ultra supradictos addo, quod hanc opinionem sentit *gloss. ad L. datum, Cod. de legat.* ubi dixit, quod si legatum adimatur in eodem testamento, censeatur nec datum; si autem in alio, & solemniter, ipso jure adimitur; si minus solemniter, ipso jure debetur, sed obstat exceptio: eandem doctrinam ponit *Salic. in d. L. fideicommissum*: confirmatur: quia sicut ex testamento, vel ultima alia voluntate minus solemniter oritur naturalis obligatio, *glossa L. 1. ff. de cond. indeb. communis ex Alber. in L. cum quis, Cod. de jur. & facti ignorant. Bald. L. si post divisionem, Cod. eodem titul. ad fin. quem operatur,*

ratur, ut legatarius possideat, possit rem ita legatam retinere, & repellere hæredem ope exceptionis, si repetat, *L. juris gentium §. sed cum nulla ff. de pactis, Bartol. in L. nemo potest, num. 18. ff. de legat. 1. & ibi Fason. num. 82. in 2. lectura, Ful, Clar. §. testamentum, quæst. 90. num. 2. 3. & 4. Costa in cap. si pater, verbo, in suo testamento, num. 14. Gama dec. 221. Molina Theolog. 1. tom. de justit. & jure, disput. 81. fol. 491. vers. Quarto: ita & eodem modo tollitur ea obligatio naturalis per ademptionem, sive revocationem factam in minus solemnè voluntate, & præstat exceptionem ad repellendum legatarium, si petat legatum ademptum; quod idem approbat Mascard. de probation. lib. 3. conclus. 1281. à num. 81. ubi declarat Covarr. in rubr. de testam. 2. part. n. mer. 21. versic. quod si codicilli: lite pendente mortuus hæres est, & non est in ea causa data decisio.*

ALLEGATIO LXXIV.

An possit Episcopus Portugallensis præsentare fabricatorem sepulturarum, an Thesaurarius Sedis Portugallensis, & an fecerit attentatum.

SUMMARIUM.

- 1 Casus positio, & n. 2. & 3.
- 4 Qui continuat possessionem antiquam, non facit attentatum.
- 5 Attentatum revocatur, quoniam eo mediante aliquid illicitè factum est.

AD Episcopum Sedis Portugallensis pertinet præsentare fabricatorem in ea, qui etiam vocatur provisor fabricæ: sunt etiam separata officia cymbalistes, qui campanas pulsant, & libitinarii, qui sepulturas mortuorum faciunt: cymbalistes præsentantur per Thesaurarium dictæ Sedis: libitinarium præsentatur per Episcopum, sive per Provisorem fabricæ: aliquando cymbalistes faciebant eas sepulturas, in quibus mortui sepe-

liebantur intra Ecclesiam dictæ Sedis: cæterum, quia ex eorum mala constructura dicta Ecclesia non manebat in in æquali planitie, sed cum indirectione, & deformitate, unde resultabat scandalum, & periculum, nam poterat causare in intrantibus, & deambulantibus per eam posse cadere: Dominus Episcopus constituit libitinarium peritum in arte ad faciendas sepulturas in æquali planitie, ex dicta compositione, & fecit in eo advertentiam, visitando dictam Ecclesiam.

Pendebat alia lis inter dictum Thesaurarium, & Episcopum, & excepit contra istam visitationem arguendo fecisse attentatum, & revocandum esse, & reponendum in pristinum statum, ex eo, quia ad suum cymbalistem, quem præsentabat, & super quo litigabant, pertinebat facere eas sepulturas, & lite pendente nihil erat attentandum: sed respondebam primò, quod ad effectum, ut detur attentatum, oportet quod intervaniat spoliū possessionis, vel alicujus juris, quod habuisset is, qui sibi attentatum factum esse proponit litis pendente tempore, & ideo hoc remedium attentatorum vocatur possessorium. ex Bellam. dec. 148. Rota in novis, dec. 2. num. 1. de restitut. spoliatorum, Cabed. dec. 120. numer. 5. 1. part. Herculan. de attentatis, cap. 12. numer. 6. & sic intelligendus est Valasc. consult. 156. n. 4. ubi agit de definitione attentati.

Secundò constabat dictum Thesaurarium nunquam fuisse in possessione præsentandi libitinarium ad faciendas sepulturas mortuorum in dicta Ecclesia Cathedrali; solummodo erat in possessione præsentandi cymbalistem ex obligatione, quæ per statutum dictæ Sedis confirmatum per Prælatum imposita erat suæ dignitati Thesaurariæ, & quanvis prædicti cymbalistes fecissent sepulturas in dicta Ecclesia, non eas faciebant ad præsentationem Thesaurarii, sed ex licentia, habita à provifore fabricæ, cui incumberebat præponere libitinarium, & aliquando eas faciebant lapicidæ, & non cymbalistes, ex licentia dicti proviforis.

Ter-

Tertio, quod ex eo, quod dominus Episcopus providisset de lapicida ad faciendas sepulturas, non privavit Thefaurarium ab aliqua possessione, vel jure, quod habuisset in presentando libitinos, imò continuavit possessionem antiquam, in qua erat ante litem, & visitationem, & ex consequenti non fecit attentatum *L. 1. §. ergo, ff. nihil novari appel. pendent. Rota in novis de appell. dec. 45. gloss. Clement. 2. verbo, nil novari, ut lite pendent. Bertrand. cons. 31. n. 2. lib. 1. Menoch. de recuperand. possess. remed. ultim. num. 49. Herculan. de attentat. cap. 3. numer. 5. Robert. de attent. 3. part. cap. 26. n. 35. Valasc. d. consult. 156. n. 6.* atque ita tam ex defectu spoliationis juris, quod non dabatur in Thefaurario excipiente, quam ex continuatione possessionis ex parte Episcopi, non erat locus attentato prætenso ab excipiente.

Quarto, quia tunc attentatum revocatur, quando eo mediante, aliquid illicitum factum, jussumvè est, ut docet *Joan. Monachus in cap. cupientes, §. quod si per viginti, num. 135. & sequent. de election. lib. 6. Vital. in tractatu clausularum, in clausula, nihil novari, n. 8. & 9. Decius cons. 460. num. 19. vers. non obstat, post glossam, quam citat in cap. non solum, de appellat. lib. 6. eandem doctrinam ponunt Cabed. d. dec. 120. num. 2. Manfred. de attentatis, conclus. 53. Herculan. in eodem tractatu, cap. 33. n. 33.* & in eo actu, in quo dominus Episcopus lapicidam præposuit ad construendas, & planandas sepulturas, non fecit actum illicitum, imò fecit opus licitum, & bene acceptum in utilitatem Ecclesiæ, & in hac controversia judicatum est non habere locum attentatum, & quod eo non obstante, procederetur in prima lite, & fuit condemnatus in sumptibus retardati processus.

ALLEGATIO LXXV.

De restitutione spoliū faciendā, antequam spoliatus teneatur respondere: an pendente spolio super decimis, possit tertius se opponere: & an cognitio oppositionis tangentis jus, sit remittenda ad judicem Ecclesiasticum.

SUMMARIUM.

- 1 Spoliator probatis requisitis restituitur ad possessionem.
- 2 Non auditur spoliator allegans de dominio.
- 3 Ampliatur in spolio facto super juribus incorporalibus.
- 4 Non auditur spoliator volens allegare causas, cur redditus annuos præstare non teneatur.
- 5 Ampliatur, licet spoliator sit minor.
- 6 A quo tempore competat spoliatio in his terminis.
- 7 Deducenda est solutio pensionis, in qua consistit probatio possessionis.
- 8 Infertur ad Clericum.
- 9 Datur spoliatio pro decimis, si Abbas ab ejus possessione spolietur.
- 10 Ut obtineat, debet præstare ea, ad quæ est obligatus.
- Ibid. Dubium, an agente ad spoliū, & tertio opponente ad se pertinere, debeat causa remitti ad judicem Ecclesiasticum, & n. 11.
- 12 Quæstio mota super decimis consistens in facto potest tractari coram judice seculari, vel Ecclesiastico.
- 13 Quando agitur inter duos de spolio, potest tertius se opponere, & eo probato impedit fieri restitutionem.
- 14 Quoniam causa decimalis tangit jus, non cadit in laicum ejus cognitio.
- 15 Dicitur causa decimarū summaria.
- 16 Sive incidat, sive principaliter agitur, debet remitti ad Ecclesiasticum.
- 17 Quid judicatum fuerit in eo casu.

1 **V**ulgaris est juris utriusque regula, quod spoliatus agens ad restitutionem spoli sibi facti, & eo probato cum requisitis, de quibus per *J.C. in §. interdictum autem hoc, ff. de vi arm. ibi: Interdictum autem hoc nulli competit, nisi ei, qui tunc cum deiceretur, possidebat*, & ibi glossa notat ea duo requisita: primum, de possessionis suæ probatione ex parte agentis, secundum quod probetur spoliatio talis possessionis: eandem doctrinam ponit *gloss. cap. consultationibus, de offic. deleg. Gomez in L. 45. Taur. numer. 181. Menoch. de recuper. possess. in præfation. num. 1. Andr. Gayl. practicarum observat. lib. 2. cap. 152. n. 2. Gama dec. 4. num. 1. Cabed. dec. 172. n. 1. in 1. part. restituitur ad suam possessionem.*

2 Nec auditur spoliator allegans dominium se habere in re, *L. si quis ad se fundum, Cod. ad L. Ful. de vi publica*, licet in continenti illud probare velit, *Menoch. remed. 1. de recuper. possess. q. 21. num. 239.* & apud Lusitanos est expeditum ex *Ordin. lib. 4. tit. 50. in princ. in antiquis, & lib. 4. tit. 58. in novis, in princip. ibi: E posto que allegue que he senbcr da cousa, e lbe pertence nella algum direito, naõ lbe seja recebida tal razaõ, mas sem embargo della seja logo constrãgido a restituila ao que a possube, e perca todo o direito que nella tinha, pelo fazer por sua força sem authoridade de justiça: quod etiam procedit in prædone, ex *cap. in literis de restit. spoliat. L. colonus, L. cum fundum, ff. de vi armat. Menoch. de recup. poss. remed. 1. q. 11.**

3 Quod ampliatur etiam in spolio facto super juribus incorporalibus, nam & in illis datur tale remedium, ex *cap. querelam de election. ubi Innocent. Bald. Anton. Abb. Imol. Bart. in L. 3. §. unde vi, ff. de vi armat. & in L. fin. ff. quorum bonorum, Gom. d. L. 45. Taur. numer. 172. Anton. Gabriel. de restit. spoliator. conclus. 1. num. 27. Menoch. d. remed. 1. recuper. possess. questio. 8. Andr. Gayl. practicarum observat. cap. 75. Caval. de*

*de comun. contra communes questio. 501. Nec audiatur spoliator volens allegare causas, cur redditus annuos solvere, aut præstare non teneatur ex eodem Gayl. dicto loco num. 2. nec habet locum regul. L. dolo facit, ff. de exception. doli, regula, facit lib. 6. Quod ampliatur, licet spoliator sit minor, & petat restitutionem contra possessionem, nam ea questio proprietatis causam respicit, quæ non impedit restitutionem, ex traditis per *Lancellot. de attentatis 2. part. cap. 18. num. 231. & Flores Dias variar. quest. lib. 1. quest. 2. num. 27. & confirmatur ex traditis per Beroum conf. 119. numer. 1. vers. Tertia dispositio, lib. 3. & Bursat. conf. 74. numer. 21. lib. 1. citatos per Lancellot dict. loco.**

Est tamen advertendum, quod ea spoliatio in hac materia non competit ab eo die, quo debitor desinit solvere, sed ab eo die, quo requisitus ut solveret, recusavit, ex doctrina *Innoc. in d. cap. querelam, num. 2. ubi formaliter inquit: Et nota quod licet per unum annum, vel plures ego omiserim ex causa petere debitam pensionem, vel si una vice omisi interesse electioni, non per hoc amitto possessionem, quæ sine animo non amittitur, sed quando petam pensionem, si denegetur, tunc amitto possessionem: argum. L. fin. Cod. de servit. & aqua, & tunc possum uti interdicto recuperandæ possessionis, & in eo veniunt omnes pensiones præcedentium annorum: idem docent Angel. in L. quemadmodum, num. 1. ff. de acquirend. possess. Guid. dec. 629. num. 2. Bertrand. conf. 243. num. 2. lib. 3. & ideo Faber in §. retinendæ, instit. de interdict. admonet necesse esse deducere solutionem pensionis, in qua consistit probatio possessionis ex parte agentis, & recusationem ex parte debitoris, in qua consistit spolium: sequitur *Bertrand. consil. 297. num. 3. lib. 3. & Menoch. dict. 1. remedio recuper. possess. num. 87. quod est utile scire ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 3. in antiquis, & §. 2. in novis, ibi: E poderã o Clerigo ser citado, e demandado perante o Juiz leigo por qualquer força nova* (den-*

(dentro de anno, & dia) que o Clerigo faça em qualquer cousa, assim movei, como de raiz, postoque a tal cousa seja Ecclesiastica. O qual fuz leigo poderà disso conbecer, para desfazer a força, & restituir o forçado em todo o de que estiver esbulhado, emais não.

Nam si Clericus conveniatur coram iudice sæculari pro tali spolio, non proderit Clerico, si alleget debere remitti ad iudicem Ecclesiasticum, quando ab eo petuntur pensiones plurium annorum, quasi non sit spolium intentatum intra annum, & diem, volens computare hoc tempus ab eo tempore, quo cessavit à solutione, cum sit computandum à tempore, quo requisitus, ut solveret, recusavit, & tunc si à tempore recusatōnis annus, & dies non sit elapsus, convenietur coram iudice sæculari, & si annus, & dies sit elapsus à tempore citationis, debet remitti ad iudicem Ecclesiasticum.

Sic etiam Abbas potest intentare spolium super decimis, si à possessione, in qua erat eas percipiendi, spoliatur, quia in illis cadit spoliatio, ex *cap. decimas*, ubi notant *Anchar. notab. 2.* & *Francus num. 2 ad finem de restit. spoliat. lib. 6.* *Robert. de decim. quest. 9. num. 2.* sed ut obtineat, debet ea præstare, ad quæ est obligatus, ex *Corcet. in regul. spoliatus, limitat. penult. Menoch. dict. remedio 1. recuper. possess. num. 39. vers. declaratur, Ripa lib. 1. responsor. cap. 14. num. 15.* & *Petrus Pech. de reparand. Eccles. cap. 29. column. ultim.* & fuit opinio *Abb. in cap. fin. de Paroch. n. 3.* Cæterum dubium fuit an agente Parocho super tali spolio contra parochianum laicum recusantem ei solvere decimas, quas erat in possessione recipiendi, superveniat tertius allegans ad se pertinere eas decimas, debet iudex sæcularis remittere quæstionem oppositionis ad iudicem Ecclesiasticum: fecit enim tertius articulos oppositionis suæ in proprietate, & insimul allegavit iudicem esse incompetentem ad cognoscendum de quæstione.

Judex agnoscens remisit causam ad iudicem Ecclesiasticum, à qua remissione Parochus gravamen interposuit ad Præsidentem provincialem, qui provisit, & iussit iudici, ut cognoscere de spolio, rejecta oppositione, & eum graviter objurgavit: oppositor tamen conquestus est in Senatu ab illa sententia Præsidentis provincialis, & in eo gravamine patrocinium præstiti: & allegavi male Præsidentem provincialem judicasse; & advertēbam quod quando est quæstio de facto mota super solutione decimarum, uterque iudex est competens, tam sæcularis, quam Ecclesiasticus, ex *Fed. de Senis, cons. 96. num. 3.* & *cons. 245. ad finem, Jason. cons. 93 lib. 1. Rebuff. de decim. quest. 10. num. 3.* *Joann. Gutierrez. practicarum observat. lib. 1. cap. 14. ad finem, Gonçal. Soares 2. tomo suæ practicae, 2. prælud. à num. 22.* *Barb. in L. Titia, num. 27. ff. soluto matr. & datur præventio inter eos, quia est mixti fori, ex eodem Barbos. ibi numer. 48.* & hæc opinio est in praxi recepta, quicquid contratenet *Azor lib. 7. inst. moral. c. 36. vers. quinto queritur.*

Secundo, quod quando agitur inter duos de spolio, potest tertius se opponere dicendo rem, super qua prætenditur factum, ad se pertinere jure domini, & eo probato, impedire fieri restitutionem spoliato, & ita tenent citati per *Anton. Gabriel de restit. spoliatorum, conclus. 1. num. 45.* *Menoch. d. remed. 1. quest. 33. num. 372.* *Joach. Mynsinger. centur. 2. observat. 1.* *Barbos. L. si alienam n. 8. ff. soluto matrimon. Valasc. consult. 162. n. 4. lib. 2.*

Tertio, quia quando causa decimalis tangit jus indistinctè, non cadit in laicum ejus cognitio, imò tunc privativè pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, ex *cap. causam de præscript.* quia est causa Ecclesiastica, & spiritualis *cap. parochianos, cap. ad hæc de decim. Clement. dispendiosam de jud. & de causa spirituali, & Ecclesiastica non cognoscit iudex sæcularis, ex cap. decernimus de jud. Marant. de ordin. judic. 4. part. distinct. 11.*

- num. 8. & in terminis circa cognitionem causæ decimalis, quando agitur de quæstione juris, tenent gloss. cap. placuit, in secundo, §. sic etiam 16. quæst. 3. & in cap. extenore de foro compet. Rebuff. de decim. d. quæst. 9. num. 2. Azor ubi supr. Barb. in d. L. Titia, num. 27. Rebuff. in tract. quando iudex secularis n. 13.
- 15 Et dicitur causa decimarum summaria, ex dicta Clement. dispendiosam de judic. & ibi Card. quæst. 12. Maranta de ordin. judic. 4. part. distinct. 9. n. 174. & utcumque occurrat talis quæstio decimarum, sive principaliter, sive emergenter, non potest de ea cognoscere iudex læcularis, sed debet eam remittere ad iudicem Ecclesiasticum, ex cap. tuam de ordin. cognit. cap. lator, qui filii sint legitimi, Barbof. in d. L. Titia, & in L. quoties, Cod. de judic. Maranta d. q. 11. num. 8. Gama dec. 193. Valasc. consult. 159. quod etiam procedit, quando Abbas decimas petens voluerit petitorium suspendere, sicut è contra quando agens petitorio voluerit recurrere ad possessorium, poterit illud intentare coram iudice læculari, ex Rebuff. in tractatu de decim. d. quæst. 9. num. 5. & in ea causa Senatores sententiam Præsidis provincialis reformaverunt, & illam causam oppositionis ad iudicem Ecclesiasticum pronuntiarunt esse remittendam.

ALLEGATIO LXXVI.

In qua agitur de Ordin. lib. 3. titul. 16. in antiq. & titul. 25. in novis, & de aliis legibus circa obligationes ex scripturis publicis, vel privatis, & qualiter sit in illis procedendum.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de Ordin. & legibus Lusitanis super executionibus instrumentorum.
- 2 Agitur de legibus Castellanis super eadem re, & n. 3.
- 4 Idem practicatur in Curis Episcoporum.
- 5 De jure communi instrumenta non habebant executionem paratam.
- 6 Idem privilegium tribuitur scripturis, seu chirographis personarum de quibus in Ord.
- 7 Debet instrumentum confectum esse per Tabelliones Regios, non per Notarios Apostolicos.
- 8 Item requiritur, quod executio petatur, ex originali.
- 9 Limitatur nisi extractum fuerit manu ejusdem Notarii vel de novo extractum adhibitis solemnitatibus.
- 10 An idem sit in instrumento deperdito, & tenore ejus testibus probato in iudicio contradictorio, duæ sunt opiniones, & n. 11.
- 12 Concordia assignatur inter utramque.
- 13 Instrumentum ut habeat executionem paratam debet continere causam debiti.
- 14 Non practicantur apud Lusitanos instrumenta guarentigia.
- 15 Sufficit quod habeat executionem expressam, vel per relationem ad aliam, ut instrumentum fidejussionis.
- 16 Dummodo in instrumento fidejussionis fiat mentio de causa debiti.
- 17 Potest exequi instrumentum, in quo pro causa conditio est.
- 18 Ampliatur, sive conditio sit de futuro, sive de præterito.
- 19 Item quoniam instrumentum habet causam ex resto, vel ex reliquatione.
- Ibid. Vel ex relatione ad aliud instrumentum.
- 20 An legata relicta in testamentis habeant executionem paratam.
- 21 Debent esse pura, non conditionalia, ante purificatam conditionem.
- 22 Idem admitteatur in conditione tacita.
- 23 An idem in scriptura dotali.
- 24 Valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale.
- 25 Idem in promissione pro doctorando.
- 26 Constito de purificatione conditionis instrumentum habet executionem paratam.
- 27 Idem si conditio purificetur, citata parte.

- 28 *Requiritur quod sint liquida.*
- 29 *Incerta promissio dotis potest exequi, & arbitrari.*
- 30 *An idem in contractu societatis, & num. 31.*
- 32 *Capitale præsimitur salvum.*
- 33 *Non potest exequi ante diem positum elapsum.*
- 34 *Agens ante diem incurrit pœnas.*
- 35 *An pendente rescissione instrumenti possit exequi in eo, quod annum debetur.*
- 36 *Limitatur nisi superveniat causa de novo.*
- 37 *Non habet locum in tacita reconduzione.*
- 38 *An idem quando locator agit.*
Ibid. *Examinatur decisio Cabedi 27. in 1. p. & n. 39.*
- 40 *Qui rem conductam recipit ad certum tempus, obligat se, eo finito, tacite, vel expresse eam restituere.*
Ibid. *Non restituens incurrit pœnas, & resolvitur contra Cabedum.*
- 41 *Dies decem, qui assignari jubentur, currunt ab eo tempore quo assignati sunt.*
Ibid. *Propositio, intra, includit diem termini.*
- 42 *Non currunt si stat per iudicem, vel notarium.*
- 43 *Quid si assignentur in sancta hebdomada.*
- 44 *Quando iudex condemnat, vel quia pars nihil allegavit, vel quia non admisit exceptiones, sententia potest exequi, non obstante quod ab ea appelletur, vel gravamen interponatur.*
- 45 *Declaratur Ordin.*
- 46 *Quando iudex condemnat, vel quia pars nihil allegavit, vel exceptiones non admisit, locus est appellationi, vel gravamini ordinario.*
Ibid. *Si autem exceptiones admisit, & condemnat, quia perfecte non probavit, locus est querelæ per petitionem, vel instrumentum gravaminis.*
Ibid. *Idem si iudex non condemnat.*
- 47 *Si impediatur sententia in Cancellaria, traditur parti, ut exequatur, & in impedimentis objectis procedatur.*
- 48 *Quid significet verbum, Perfeite amente, & n. 49.*
- 50 *Quid sit tertius appellet, nisi malitiose se opponat, & n. 51.*
Tertius potest appellare à sententia inter alios, ratione sui præjudicii, dielo num. 50.
- 52 *Circa ordinem processus post exceptiones admittas.*
- 53 *Quando opponuntur exceptiones incompetentiæ vel aliæ dilatoriæ.*
- 54 *Examinatur decisio Cabedi 30. in 1. p. & n. 55.*
- 56 *Exceptiones sunt in duplici differentia.*
- 57 *Dilatoriæ sunt in triplici consideratione.*
- 58 *Incompatibile est, quod procedatur simul in exceptionibus dilatoriis, & in aliis respicientibus merita causæ.*
- 59 *Ad allegandas exceptiones ad merita dantur decem dies, & ad alias dilatorias non assignatur tempus, sed jubetur in illis procedi summarie.*
- 60 *Agitur de Ordin. citata, & admonitio ad citatos.*
- 61 *Agitur de Ordin. citata, & in sententia dantur decem dies, sicut in instrumentis, quando agitur actione in factum.*
- 62 *Ex sententia oritur duplex remediū.*
- 63 *Quando intentatur actio iudicati, necessarius est libellus, & litis contestatio.*
Ibid. *Super tali libello non est danda probatio, & sufficit ostendere ita fuisse iudicatum.*
- 64 *Agitur de Ord. citata.*
- 65 *Cautiones private habent eundem effectum, ut si recognoscantur per partes, possit procedi per assignationem decem dierum.*
- 66 *Cautiones private à partibus recognite non habent de jure executionem paratam.*
- 67 *Si pars non recognoscat, erit agendum via ordinaria.*
- 68 *Oportet quod debitor citetur personaliter ad recognoscendum.*

- 70 Quando summa excedit metam taxatam non cogitur pars cognoscere, quicquid aliud inciviliter sit in practica.
- 71 Non est tenenda practica quando lege non cavetur, vel lex est in contrarium.
- 72 Nisi conventus nominet se in chirographo cum tali qualitate, quod ejus scriptura habet vim publici instrumenti.
- 73 Idem privilegium datur in literis cambii, ut procedatur summarie.
- 74 Agitur de Ord. citata.
- 75 Ampliatur quando vir, & uxor nominantur in illis.
- 76 An talia instrumenta possint exequi contra heredes de jure, sed non procedit apud Lusitanos ex Ord. citata.
- 77 An possint exequi ad instantiam cessionarii.
- 78 Declaratur quando cessionarius petit executionem suo nomine, non autem quando nomine cedentis.
- Ibid. Utilius erit intentare nomine cedentis
- 79 Cedens quando possit intentare actiones.
- 80 An tertius, in cujus favore facta est stipulatio, possit uti via executiva, ex dicta Ordin.

IN Ord. antiqua lib. 3. tit. 16. in principio. erat dispositum, qualiter esset procedendum in iudicio super debitis contentis in scripturis publicis: postea Rex Sebastianus in Ordin. nova ordinis iudicii nuncupata dominica, quam super coarctandis litibus, & executionibus promulgavit anno salutis nostræ 1577. §. 4. de eadem re providit. Ultimo Rex Philippus II. in nova Ordin. lib. 3. tit. 25. in principio. ita disposuit: Porque as demandas, que são fundadas em escrituras publicas, devem brevemente ser acabadas: mandamos que tanto que alguma pessoa em juizo demandar outra por razão de alguma cousa, ou quantida- de, que lhe seja obrigada dar, ou entregar, e o Author mostrar escritura publica da obrigação, ou alvará feito, e assignado por tal pessoa, a que se deva dar tanta fé, co-

mo a escrituru publica, o Juiz que de tal causa conhecer, assine logo termo de dez dias peremptorios ao Reo, a que pague ao Author todo na dita escritura contheudo, ou mostre paga, ou quitação, ou allegue, e prove dentro dos ditos dez dias qualquer outra razão de embargos que tiver a não pagar, ou cumprir o que assim por a escritura, ou alvará se mostra ser obrigado, e passados os dez dias, não a mostrando, nem provando o Reo pagar, ou quitação, ou outra tal razão que o desobrigue de pagar, será logo condenado por sentença, que pague ao Autor tudo aquillo em que se assim mostrar ser obrigado. Perem se o Reo dentro dos dez dias, que lhe haõ de ser assignados para vir com embargos, mostrar quitação, ou provar pagamento, ou cousa que releve de condemnação, o Juiz do caso lhe receberá os embargos por desembargo sem o condemnar no contheudo na escritura, ou conhecimento. E não provando perfeitamente nos dez dias os embargos, e forem taes, que provados não relevem de condemnação, o Juiz o condenará no contheudo na escritura, e lhe receberá os embargos, e dará sua sentença á execução sem appellação, nem agravo, e não será a cousa entregue ao Autor, sem dar fiança de a tornar, em caso que o condenado haja sentença pelos embargos recebidos, e não dando o Autor a dita fiança, a cousa julgada se depositará.

Et apud Castellanos in L. 2. tit. 21. lib. 4. novæ collect. ita habetur: Por escusar malicia de los deudores, que allegan contra los acreedores excepciones, y razones no verdaderas por alongar las pagas, por no pagar lo que verdaderamente deven, siguiendo lo que el señor Rey D. Henrique nuestro abuelo proveyo, y mandó por su ley, y pragmática en favor de los mercaderes, y otras personas de la Ciudad de Sevilla: queremos que la dicha ley generalmente se guarde en todos los nuestros Reynos, y ordenamos, y mandamos, conforme a ella, que cada, y quando los mercaderes, o otra qualquier persona, o personas de qualesquier Ciudades, Villas, o Lugares de nuestros Reynos, y Señorios, que

que mostrarem ante los Alcaldes, justicias de las Ciudades, Villas, y Lugares de nuestros Reynos, y Señorios, cartas, y contractos publicos, y recaudos ciertos de obligaciones, que ellos tengan contra qualesquier personas, assi Christianos, como Judios, y Moros, de qualesquier deudas que les fueren devidas, que las dichas justicias las cūplan, y lleven à devida execucion, siendo passados los plazos de las pagas, no siendo legitimas qualesquier excepciones que contra tales contractos fueren alegadas, en tal manera, que los acreedores sean pagos de sus deudas, y que las justicias no deviendo assi fazer, y cumplir, por paga, o excepcion, que los dichos deudores alleguen, salvo si dentro de diez dias mostrarem la tal paga, o legitima excepcion sin alongamiento de malicia por otra tal escritura, como fue el contracto de deuda, ou por alvará que haga fé, ò por confession de la parte, ò por testigos q̄ esten en el Arçobispado, ò Obispado donde se pediere la execucion tomados dentro del dicho termino, y para provar la tal paga, y excepcion, si por testigos lo huviere de provar, es nuestra merce, que el deudor nombre luego los testigos, quien son, y donde viven, y juré, que no traen malicia, y se nombrare los testigos a quien de los puertos fuera del Arçobispado, ò o Bispado, aya plazo de un mes para traer sus dichos, y si alende los puertos por todo el Reyno, que aya plazo de dos mezes: y si los nombrare en Roma ò en Paris, ò en Ferusalem fuera del Reyno, que aya plazo de seis mezes. Pero es nuestra merce, q̄ el deudor que allegare la tal paga, ò excepcion, no la provando dentro de los dichos diez dias, en la manera que dicho es, dixere que los testigos estan fuera del Arçobispado, Obispado, como dicho es, que pague luego al mercader, ò al creador, dando el tal mercader, ò acreedor luego fianças, que si el deudor provare la paga, o otra excepcion, que le pueda escusar, que le tornará lo que assi pagare con el doblo por pena en nombre de interesse, y el Reo assi mismo de fianças, que si lo no provare en el dicho termino, que pagará en pena

otro tãto como lo que pagò; la qual pena es nuestra merce sea la mitad para la parte contra quem maliciosa, y injustamente se allegò la paga, y la otra mitad para reparo de los muros, ò para otras cosas pias, ò publicas, donde el Fuez viere que es mas necessario; y esto mismo mandamos que se guarde, pideindo se execucion de sētencia passada en cosa julgada.

Et eadem lex prius citata reperitur ³ in L. 5. titul. 8. lib. 3. Ordinament. & in L. 4. hujus titul. & in L. 1. dict. tit. 21. ponit quas exceptiones possint debitorum conventi allegare, & probare ad impediendam executionem obligationis petita virtute instrumenti, ut habetur ibi: Mandamos que contra las obligaciones, contractos, compromissos, ò sentencias, ò otras qualesquier escrituras, que tengan aparejada execucion, que no sea admitida, ni recebida por nuestros Juizes ninguna otra excepcion, ni defension, salvo paga del deudor, ò promission, ò pacto de no lo pedir, ò excepcion de falsedad, ò excepcion de usura, ò temor, ò fuerza, y tal que de derecho se deva receber, y se otra qualquier excepcion se allegare, no sea recebida, ni el que que la opusiere sea oydo, y no embargante otras qualesquier excepciones, el Fuez proceda a execucion de tal contracto, ò sentencia, y llevarla a devido efecto.

Idem practicatur in Curiis Episcoporum, in quibus per Constitutiones conventi per debita contenta in scripturis publicis jubetur procedi per assignationem decem dierum, ut habetur in Constit. 5. sub titul. de Vigario geral §. 49. Episcop. Portugallens. & in Constit. Colimbriens. in titul. do Regimento dos officiaes, cap. 4. §. 25. & de jure docent Bart. L. 1. num. 29. Cod. de summa Trinit. & fide Catholica, Roder. Soares ad L. post rem judicatam, ampliat. 8. in declaratione ad legem Regni, dicens, quod opinionem Bart. sequuntur omnes ferè Canonistæ: idem docent Covar. practic. cap. 8. n. 5. Peres ad L. 4. titul. 8. Ordinament. fol. 1086. versicul. utrum, Gonçal. Soar. in sua pract. 2. tom. cap. 1. num. 1. in 3 p. Par-

5 *Parlador. de rebus quotid. lib. 2. cap. fin. §. 12. ampliatur. 7. quod est notandum; quia de jure communi instrumenta non habent executionem paratam, ex L. minor 25. annis cui fideicommissum 41. in princip. ff. de minoribus, quam ad hoc dicit meliorem de jure, Jason. L. 2. n. 9. ff. de jure jur. Tiraquel. de liter. obligator. in primo tomo ad leges Gall. art. 6. gloss. 3. à num. 8. Gom. in L. 64. Taur. num. 2. Soares ubi supra in princip. commenti dictæ legis num. 6. Segura L. si ex legati causa, col. 3. vers. tertia differentia, fol. 101. Paz in sua practica 4. part. 1. tom. cap. 1. numer. 6. Alvar. Valasc. consult. 170. n. 1. in 2. part.*

6 Notandum est tamen circa Ordin. Lusitanam, quod eadem vis exequendi, quæ tribuitur instrumentis publicis, habent etiam chirographa confecta per eas personas, quarum scripta habent vim publicæ scripturæ, de quibus per Ordin. lib. 3. titul. 45. in §. 15. in antiquis, & lib. 3. titul. 59. §. 14. in novis, Caldas 3. part. de potestate eligendi, cap. 7. num. 17. Oportet tamen quod tale instrumentum publicum sit confectum per Tabelliones Regios, non per Notarios Apostolicos, nec per Scribas Camerarios Archiepiscoporum, vel aliorum, de quibus in Ordin. lib. 2. titul. 10. §. 1. in antiq. & lib. 2. tit. 20. in novis, quibus inrerdicitur facere instrumentum, in quibus laicus est contrahens, & imponit decretum irritans, & jubet, quod per talem scripturam, nec laicus possit convenire, nec conveniri, nec audiri in judiciis sæcularibus, & ita etiam docent Rebuff. de liter. obligator. 1. tomo ad leges Gall. articulo 2. gloss. 1. num. 37. & 38. Didac. Peres lib. 2. Ordinam. column. 646. ad finem, ad L. 8. titul. 18. Azeved. L. 19. titul. 25. lib. 4. novæ collect. Gonçal. Soares d. cap. 1. 4. part. 1. tom. num. 8. Azeved. d. L. 1. num. 31. Caldas ubi supr. n. 17. vers. quod idem.

8 Item requiritur, quod talis executio petatur ex originali, non verò ex exemplo producto etiam judicis auctoritate, ex Bartol. L. probatorias, Cod. de

diversis offic. lib. 12. Allexand. in Authent. si quis in alio num. 3. Cod. de edend. Gonçal. Soares d. cap. 1. numer. 12. vers. Rursus, & probatur ex L. 2. de fide instrum. L. 3. Cod. de diversis rescript. Parlador. lib. 2. de rebus quotid. cap. ultim. §. 12. limitat. 2. num. 14. Intelligit tamen Soares, nisi extractum fuerit manum ejusdem notarii, de instrumento originali rogati, secundum Avil. ad leges prætor, cap. 10. gloss. execucion, num. 58. vel nisi originale ruptum sit, deperditumve, & de mandato judicis fuerit extractum per successorem notarii mortui, adhibitis requisitis in talicase præscriptis à L. 10. titul. 19. part. 3. & à Monterroso in sua practica, tract. 7. fol. 220. pag. 2. Parlad. dicto loco à n. 20.

Tamen circa instrumentum deperditum, & tenorem ejus testibus probatum in judicio contradictorio, an habeat executionem paratam, diversæ sunt opiniones; nam Angel. L. fin. col. 3. Cod. de edict. Divi Adrian. tollen. tenet partem affirmativam, dicens esse singulare, & mirabile, & fixè menti tenendum per gloss. in verbo, depositionibus ad finem, in d. L. fin. & per doctrinam Innocent. in cap. fin. de fide instrumentorum, refert Roder. Soares ad L. post rem judicatam, in declarat. ad legem Regni n. 3. limitation. & sequitur Peres ad L. 4. titul. 8. lib. 3. Ordinam. col. 1099. vers. OTRAS qualesquier. Cæterum contrarium tenet Bart. L. 1. §. & cum hæreditate ad finem, ff. de iis, quæ in testament. delentur, & sequitur Paul. ibi, num. 4. Felin. cap. sicut, column. 3. versic. declaratio de re judicat. Hippol. rubric. de probat. à n. 333. Soares d. L. 1. limitat. 3. num. 3. dicens esse verissimam opinionem Bart. & eandem tenendam dicit Azeved. dict. L. 1. num. 19. declarando, quod prima opinio procedet, quoties deperdito instrumento, & ejus tenore per testes probato, denuo aliud fuit confectum instrumentum ex tenore testium, tunc enim potest peti executio, quia instrumentum est confectum, & ita intelligit Angel. & gloss. qua se fundat, concordando cum Soa-

Soares, & aliis quos citat.

13 Adde quod ut tale instrumentum possit habere executionem paratam, debet continere causam debiti, aliàs non tenet stipulatio, nec promissio, *L. cum de indebito, §. sin autem, ff. de doli mali excep. ion. cap. si cautio de fide instrum. L. 118. tit. 18. part. 3. Fason. L. juris gentium, §. sed cum nulla, n. 28. ff. de pact. Gomez. 2. tom. cap. 11. num. 3. & 4. Avend. de las excepciones num. 21. Peres ad L. 3. titul. 3. lib. 3. Ordinam. column. 1052. Joann. Gutierrez de jurament. confirmat. cap. 47. lib. 1. num. 1. Azeved. d. L. 1. à num. 170. dicens hanc esse veram, & tenendam. Nec apud nos practica- tur opinio eorum, qui dicunt quod in instrumentis guarentigiis non requiri- tur causa, de quibus per *Dec. conf. 682. numer. 5. Segura d. L. si ex legati causa charta 104. vers. Tertio infero, Rod. d. L. postrem judic. 3. notab. num. 8. Par- lador. lib. 2. de rebus quotid. cap. 3. num. ultim. & cap. ultim. part. 1. §. 11. am- pliat. 5. quia apud nos non sunt in usu talia instrumenta guarentigia.**

15 Et sufficit, quod habeat causam ex- pressam, vel per relationem ad aliam, ut instrumentum fidejussionis alicujus obli- gationis præcedentis, quia potest credi- tor illius instrumenti executionem pe- tere, licet non ostendatur obligatio principalis, & ita tenent *gloss. Bartol. Angel. Roman. Paul. & Fason. in L. sciendum, ff. de verborum obligat. Gar- cia de nobilit. gloss. 41. num. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. n. 16. Parlador. d. cap. ultim. §. 13. limitat. 3.*

16 declarando dummodo in fidejussionis instrumento fiat mentio de causa debi- ti principalis, ut docent præfati Docto- res, & ampliat Parlador. in eo, qui ex causa venditionis dicet se debere alii cen- tum, quia licet non exhibeatur instru- mentum venditionis, nihilominus po- terit exequi instrumentum obligationis, tantum ex illa causa venditionis, ex *An- gel. §. 1. num. 5. instit. de legitima pa- rentum tutela, Afflict. dec. 273.*

17 Sicut etiam potest, & exqui instru-

mentum, in quo in causa conditio po- sita est, ut probatur in *L. à titio 108. ff. de verborum, ubi Bart. Paul. num. 3. & Fason. num. 5. Gomez d. cap. 11. num. 3. & 4. 2. tom. Gregor. verbo, señalada, L. fin. titul. 13. part. 3. Gutierr. d. cap. 47. num. 9. Azeved. d. L. 1. num. 171. am- pliantes, siue conditio sit de futuro; siue 18 de præterito, ex *Bart. L. cum ad præsens ff. si cerum petatur, & ibi Fason. num. 2. & Alciat. numer. 7. & multis exem- plis exornat Stracha, ne mercatura, tit. de sponsion. 4. part. item, & instrumen- tum, in quo continetur, quod quis tibi 19 debet centum ex resta, vel ex reliqua- tione, dicitur habere causam, & exequi poterit, ut per *L. publica §. ultim. ff. de deposit. Sal. L. 1. Cod. de confess. column. 3. vers. sed juxta quero, Bertrand. conf. 140. numer. 2. lib. 4. Avend. de las exce- pciones, n. 21. vers. quarta solemnitas, Rebuff. de chirograph. recognit. à n. 65. Azeved. ad L. 2. n. 53. tit. 16. lib. 5. novæ collect. Roderic. Alvarod. de conjeçtur. ment. testator. lib. 4. c. 2. n. 29. vel quod ex relatione ad aliud instrumētū sit certa, *L. assetoto, ff. de hæred. instit. Avend. d. loco, n. 22. Azeved. dict. L. 1. n. 34. & in casu Cabed. dec. 62. n. 6.****

20 An legata relicta in testamentis ha- beant executionem paratam, videndi sunt *Padilha in Authent. hoc amplius, num. 25. Cod. de fideicōmiss. Joseph. Lu- dov. decision. Perosina 23. Spinus de te- stamen. gloss. 34. principali à num. 37. Joann. Gutierrez practicarum quæstion. lib. 1. quæst. 80. Azeved. L. 1. num. 20. titul. 21. lib. 4. Gonçal. Soar. in sua pra- ctica, 4. part. tom. 1. cap. 1. num. 19. de- 21 bent esse pura, non conditionalia, ante purificatam conditionem, Soares dict. L. post rem judicat. limit. 4. Covarr. lib. 2. variarum, cap. 11. quia dum verificatur conditio, suspensivum habet effectum instrumentum illud conditionale, nam expressa conditio impedit nativitatem obligationis, & actionis, *L. cedere diem 213. ff. de verborum significat. ibi: Ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies, pendente adhuc conditione: Osasc. de**

22 *decision. Pedemont. 24. num. 27. quod idem admittitur in conditione tacita, ut in promissione dotis, quæ habet etiam conditionem, si nuptiæ sequantur, L. item quia §. 1. ff. de pactis, L. stipulationem 22. ff. de jure dot. gloss. L. 2. §. creditum, & ibi: Angel. & Jason. column. 2. ff. si certum petatur, Azeved. dicta L. 1. à num. 36.*

23 Et apud nos est lex in *Ordin. d. titul. 25. §. 5. deducta à L. reformationis justitiæ §. 17. ubi habetur: Quando alguma pessoa demandar outra por escritura publica por dote que lhe prometeo, offerecendo-se com a dita escritura do dote, certidão autentica do Prior, ou Cura, de como o matrimonio foi celebrado em face da Igreja, ou em casa com licença do Prelado, ou outro instrumento publico, por que conste do matrimonio, se proceda na tal causa como acima dito temos; e isto mesmo se guardará nos casos semelhantes a este em que houver igual favor conforme a direito; veluti in dote pro puella ingrediente religionem, nam constituto de professione per certitudinem Abatissæ, vel per aliud instrumentum publicum, exequetur instrumentum promissionis talis dotis, cum valeat argumentum de*

24 *matrimonio carnali ad spirituale, ex Bald. L. quoniam novella, ad fin. Cod. de inoffic. testam. Bart. L. 1. §. si parens, ff. si à parente quis fuerit manumiss. probatur in cap. 2. de translat. Episc. Gomes. L. 29. Taur. numer. 14. Item erit, si quis promittat alicui pecuniam certam pro se doctorando, vel si alium gradum habeat, nam constituto, quod doctoratum, vel illum gradum habuit, per certitudinem Rectoris Universitatis, poterit instrumentum exequi per decem dies in terminis illius Ordin.*

26 Si tamen in aliis instrumentis conditionem purificatam esse constiterit, utique instrumentum exequetur, sicut si ab initio esset purum; quod tamen intellige, si notum sit judici depurificatione, ex *Jason. L. en illa stipulatione n. 10. ff. de verborum obligat. vel pendente*

27 *processu purificetur, citata parte, ex*

gloss. L. servum communem, §. Titius, ff. de vulgar. ubi notat Angel. Bald. L. cum testamento in fin. Cod. de testament. manumiss. Soares dict. L. post rem judicatam, limit. 5. Peres ad L. 4. titul. 8. lib. 3. Ordinam. pagin. 1079. vers quin autem, Gomes. L. 64. Taur. num. 7. Azeved. d. L. 1. num. 40. Parlador. lib. 2. de rebus quotid. cap. ultim. §. 12, limit. 5.

Requiritur, quod sint talia instrumenta liquida, aliàs si non sint liquida, non habent executionem paratam, *Bort. L. 1. num. 8. ff. de edend. Soares in d. L. post rem judicatam, limit. 4. Aviles ad leges prætor. cap. 10. gloss. execucion à n. 49. Avend. de las exceptiones, num. 22. vers. & si fortè instrumentum, Menoch. de arbitr. casu 17. Parlador. d. cap. ult. §. 12. limit. 4. Consule tamen Covarr. lib. 2. resolut. cap. 11. n. 2. vers. in summa, Azeved. dict. L. 1. à num. 41. ubi instruit qualiter sit procedendum, tam in exequendo instrumento, quam in liquidatione illius.*

In dote tamen est receptum, quod etiam incerta promissio illius potest exequi, & arbitrari per judicem, ex *L. quæro 61. L. cum potest 70. §. gener, ff. de jure dot. Palat. repetit. cap. per vestras, notab. 3 §. 22. Petrus Barbosa in L. 1. ff. soluto matrimon. 3. part. à num. 47. Roder. Soares ad L. post rem judicatam in 4. limit. num. 8. Covarr. præct. quæstion. cap. 23. column. fin. Azeved. d. L. 1. n. 55. & fuit dictum Bald. L. 1. ad fin. Cod. de dotis promission.*

In contractu societatis sunt diversæ opiniones, an possit exequi ante factum computum, vel rationes calculatas: nam *Socin. Senior cons. 265. col. 2. tenet, quod dissoluta societate potest peti executio pro capitali ab ipso, qui illud posuit, non obstante, quod non sit liquidatum, an intervenerit in eo damnum, vel non, neque positus sit calculus, neque visæ fuerint rationes, etsi Reus excipiat de amissione per casum, vel sine culpa, & hoc probet intra terminum statutum, sequitur Gregor. Lopez in L. 10. titul. 10. gloss. fin. ad fin. dicens quod*

quod tu multum nota ad leges Regni præcipientes exequi instrumenta Tabellionum: idem sequitur Petr. Foller. ad Marant. de ordin. judic. 6. part. vii. de instrumentorum product. n. 3. ad fin. citando Socin. cons. 24. column. 12. lib. 1. quod idem docent in d. cons. 265. lib. 2. à numer. 17. & Petr. de Ubald. de societate, 8. part. dicens, quod ita practicavit in terra S. Severin. Gaspar de Baega de non meliorand. dotibus filiarum, cap. 36. n. 20.

In contrarium divertit Parlador, lib. 1. de rebus quotidian. cap. ultim. 1. part. §. 12. limit. 4. num. 53. & eum sequitur Hieronym. Cævall. de communibus contra communes quæst. 297. num. ultim. dicens opinionem contrariam falsam sibi videri, ex traditis per Avend. ad leges prætor. 2. part. cap. 29. num. 5. quia pecunia non datur, ut integra reddatur, ut est in mutuo, sed ut cum ea negotietur, & sic habenda est ratio lucri, vel damni, præcipue, quia instrumentum societatis, non dicitur liquidum, cum sit data pecunia ad negotiandum, ut tradit Peralt. L. 1. num. 83. ff. de legatis 2. Cæterum non est recedendum à prima opinione, quia capitale semper præsumitur salvum ex Bald. cons. 493. lib. 4. Petrus de Ubald. de societate. 8. part. vers. sequitur videre, probatur ex L. Cura, §. deficienti, ff. de munerib. & honoribus, L. semper, §. negotiatio, ff. de jure immunitat. L. si defunctus, Codic. arbitr. tutel. Socin. in cons. 24. num. 41. lib. 1. Rota Genuæ dec. 24. num. 5. dec. 71. num. 3. dec. 124. n. 2. dec. 173. num. 11. & hæc opinio est in praxi recepta, & secundum eam vidi judicari in Curia Porugallensi.

Si tamen dies est in contractu obligationis adjecta, non poterit exequi, antequam dies obligationis transeat, ex d. L. cedere 213. ff. de verborum significat. ibi: Ubi in diem cessit, dies nondum venit: & §. omnis, institut. de verborum obligat. ibi: id autem, quod in diem stipulamur, statim quidam debetur, sed peti prius, quam dies venerit, non potest: idem probatur in §. præterea, instit. de except. imò qui

agit ante diem, incurrit poenas, de quibus in L. unico. Codic. de plus petentibus, §. plus instit. de actionibus cap. 1. de plus petent. Ordinat. lib. 3. titul. 35. Cassador. dec. 10. de rescript. num. 20. Roder. Soar. dict. L. post rem judicat. 7. limitat. Avend. de las exceptiones num. 22. vers. sic. quarta qualitas, Azeved. L. 2. numer. 5. titul. 21. lib. 4. & an pendente rescissione illius debeat exequi id, quod ex eo annuatim debetur: vide Rehuff. de rescissione contractus ad leges Gall. tom. 2. artic. unie. gloss. 4. numer. 7. Vincent. de Franck. dec. 373. Joann. Guierres de jurament. confirmatorio, 1. part. cap. 2. n. 29. Azeved. d. L. 1. à num. 144. Felic. de Soliz lib. 2. de censibus, cap. 3. num. 34. Quod autem diximus proxime, quod ante diem non potest quis agere, limitatur, nisi superveniat causa de novo, veluti quia debitor aufugiat, vel fallitus fiat, ex glossa L. quesitam ff. de pignori- bus, Bald. L. 1. ad fin. Cod. de conduct. ex lege, Roder. Soar. dict. limit. 7. à n. 2. y de los emplazamientos. §. sed attende, num. 25. Padilha L. cum proponas n. 8. Cod. de transact. Philip. Portius consil. 197. Surdus de aliment. titul. 8. privileg. 26. n. 9.

Non habebit locum in tacita reconductione, quia non est de contentis in instrumento, ut per Bald. d. L. legem, Cod. de locat. est communis opinio ex Jason. L. certi conductio numer. 21. ff. si certum, Afflict. dec. 365. num. 15. quod refert, & sequitur Peres L. 4. titul. 8. lib. 3. Ordinament. col. 180. vers. est tamen dubium, Gregor. Lopes L. 20. titul. 8. p. 5. gloss. 4. limit. 2. An autem è contra, locator finito locationis tempore possit petere, quod ejus instrumentum exequatur contra conductorem, si nolit rem locatam ei dimittere, Cabed. decis. 27. in 1. part. ponit casum in quodam colono, qui conduxerat fundum certo tempore, quo finito mansit in conductione, & quia per publicam scripturam contraxerat super conditione, dominus illum conveniebat super reconductione, petebatque illi assignari decendium.

dium ex Ordin. Regia, quasi super reconductione etiam per publicam scripturam contraxisset.

Reus verò dicebat se alia via etiam ordinariè conveniendum esse, quippe qui per continuationem tantum culturæ videretur reconduxisse, quod prius ab actore docendum erat: cujus contrarium ipse etiam Reus posset probare, unde tum quia sine scriptura contraxisset, tum quia de jure actoris non aliter constabat, quàm si prius probaretur, ut fieri solebat in scripturis non liquidis, vel conditionalibus, in quibus non per summarium decendii, sed per libellum, & ordinem juris plenarium erat conveniendus, & ita dicit placuisse in Senatu, & nihil aliud allegat, poterat tamen allegare Doctores supra citatos in terminis. Quod autem ad propositam speciem de colono, seu conductore non dimittente domino locatori rem conductam finito tempore locationis, potest contra eum procedi via executiva, per assignationem decendii: nam qui rem accipit conductam ad certum tempus, obligat se, vel expresse, si exprimatur, vel tacitè, ex natura contractus, eam finito tempore locatori restituere, ex *L. conductores, Cod. unde vi, Ordin. lib. 4. tit. 54. in princip.* imò incurrit poenas, ut non solum teneantur restituere rem tales conductores, sed etiam, & æstimationem solvere si usque ad sententiam litem protraxerint, *Maranta de ordin. judic. 4. p. distinct. 7. num. 52.* & ideo pro ea obligatione, vel expressa, vel tacita, qua se obligat conductor rem locatori restituere, poterit habere locum processus summarius per assignationem decem dierum, ex traditis per *Grammat. dec. 103. num. 15. Parlador. lib. 2. de rebus quotidian. cap. ultim. §. 11. in quarta ampliat. Soares in dict. L. post rem judic. in declaratione ad legem Regni, in secunda extensione, Vincent. de Franch. dec. 325. 2. part. vel aliis mediis de quibus Gom. 2. tom. cap. 3. n. 5.*

41 Dies autem decem, qui jubentur assignari per Ordinat. Lusitanam debent

incipere, sive computari ab eodem die, quo assignati sunt, non à die sequenti, nam licet regulariter dies termini non computetur in termino, ex *L. 1. ff. si quis caut. L. ubi lex cum gloss. ff. de regulis juris, Duenn. regula 196. Ord. lib. 3. tit. 13.* tamen Ordin. utitur ea dictione, *dentro*, quod latine idem importat, quod præpositio *intra*, quæ includit diem termini, *L. si quis dixerit 133. ff. de verborum signific. ubi Rebuff. fol. 699. vers. quandoque, Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. gloss. 11. num. 24. Prateus in suo Lexicon, verbo intra.* Non tamen currunt tempore feriarum, nisi sit renunciatum feriis, habent enim nostrates *Ord. lib. 3. tit. 18.* in quibus assignantur duo menses pro feriis ad colligendas messes, & excipiuntur casus, in quibus feriæ locum non habent, & non excipitur iste casus, & manet sub regula; idem in terminis legis Castellæ, tenet *Roder. Soares dict. L. post rem judicatam in 4. extensione.*

Item non currant si stat per judicem, vel notarium, ut putà, quia impedito non currit tempus, *L. quibus diebus, ff. de condition. & demonstration. L. ultim. Cod. de annali except. Cabed. dec. 28. in 1. part. & confirmatur ex traditis per Palat. num. 5. & Castel. verb. passados, in L. 64. Taur. Peres ad lib. 3. Ord. lib. 3. fol. 1111. vers. intelligenda, Sfortia de restitut. 1. part. quest. 10. artic. 8. num. 29.* Et si assignentur in sancta hebdomada, vide *Bald. L. si quando, quest. 4. Cod. de testibus, Paul. L. si ve, numer. 8. Cod. de dilat. Castel. d. L. 64. Taur. verbo, desde el dia, versic. ubi etiam, Anton. de Butrio cap. licet, num. 30. de probat, Maranta de ordin. judic. 6. part. tit. de dilation. num. 18. Azeved. L. 3. num. 38. tit. 8. & L. 2. n. 14. tit. 14. lib. 4.*

Nota, quod quando judex condemnat, vel quia pars nihil allegavit in termino assignato decem dierum, vel quia si exceptiones opposuit, non eas admisit, potest sententia condemnatoria exequi absque appellatione, vel gravamine, referendo ad appellationem, si judex est de quo potest appellari, vel gravamen ad ju-

ALLEGATIO LXXVI.

303

judicem de quo supplicatur, de quibus in *Ordin. lib. 3. tit. 70. & tit. 48.* Rursus ea verba *Ordinat. ibi: Sem appellação, nem aggravo*, sunt opposita, non ad denegationem appellationis, vel gravaminis, si causæ summa excedat jurisdictionem judicis, quod interponatur, possit devolvere, non suspendere executionem sententiæ, ut interpretatur in terminis *legis Castell. 64. Taur. Covar. pract. cap. 23. column. pen. vers. tertium exemplum.*

46 Cæterum quando iudex condemnat, vel quia pars nihil allegavit, vel si opposuit exceptiones, iudex eas rejicit, & condemnat, locus est appellationi, vel gravamini ordinario; si autem pars allegat exceptiones, sed quia perfectè non probavit, iudex condemnat, recipiendo exceptiones, potest reus gravamen interponere per petitionem ad superiorem si est intra quinque leucas, vel per instrumentum, si est extra eas, & similiter si iudex omittat condemnare, quia invenit reum intra decem dies perfectè probasse, potest similiter actor querelam, sive gravamen intimare. & non est locus appellationi in his duobus casibus, & ita probatur ex *Ordin. d. tit. 25. §. 1. ibi: E não vindo a parte dentro nos dez dias com embargos, ou sendo taes que ao Juiz pareça que não são de receber, condenará ao Reo no contheudo na escritura, sem receber os embargos, e a cousa julgada será entregue ao vencedor, sem ser obrigado a dar fiança; e nestes dous casos poderá a parte condemnada appellar, ou aggravar, qual no caso couber, não cabendo na alçada do Julgador; e sem embargo da appellação, ou aggravo, se fará execução pela dita maneira: & in §. 2. subjungit: E em caso que o julgador não condemnar ao Reo, por lhe parecer que provou seus embargos perfectamente dentro dos dez dias, ou lhe receber os embargos, e o condenar por lhe parecer que os não provou perfectamente, a parte que se sentir aggravada, se poderá aggravar por instrumento, ou por petição aos superiores; porém não se fobestará na execu-*

ção da sentença por causa do dito aggravo.

Et in §. 3. addit *Ordin. Se a parte não vier com embargo nos dez dias, e vier com elles á Chancellaria, e forem taes que ao Juiz pareça que se devem receber, com tudo a sentença passará pela Chancellaria, para effeito de se executar. E nos embargos se procederá pelo modo, em que se ha de proceder nos embargos recebidos, que a parte perfectamente não provou nos dez dias.* Quod autem dixi supra, quod gravamen debet interponi per petitionem ad superiorem, si est intra quinque leucas, vel per instrumentum, si est extra eas, probatur ex *Ordin. lib. 1. tit. 58. §. 25. in novis, & fuerunt isti duo §. deprompti ex L. dominica §. 4. & 5.* Rursus illud verbum: *Perfectamente*: de quo *Ordinat.* loquitur, debet intelligi, idest absolutè, vel pleno jure, *L. cum quis 38. §. qui hominem, ff. de solut. Brisson. lib. 14. de verborum signific. fol. mihi 493. verso, verbo, perfectè, de cujus significatione aliqua adducit Bertachin. in 4. part. sui repertorii, verbo, perfectū, sed non abs te erit dicere, quod qualis sit perfecta probatio pendeat à iudicis arbitrio, ex Ordin. dictis locis, ibi: Por lhe parecer q̄ provou seus embargos perfectamente: & ibi: Por lhe parecer que os não provou perfectamente, juncta regula L. 3. §. 1. ff. de testibus.*

Adde tamen quod licet *Ordin.* caveat sententiam condemnatoriam esse tradendam parti ad exequendum, non obstante, quod condemnatus appellat, tamen si tertius appellet ratione præjudicii, quod sibi ex ea inferitur, nam permittitur de jure tertio appellare à sententia i. rer. alios acta, quando ex ea præjudicium sibi inferri allegat, & probat ex *L. ab executore 4. §. 1. L. à sententia 5. L. si per lusorio 13. ff. de appellat. Ordin. lib. 3. tit. 81. in princip. in novis, Alex. L. sepe, à num. 76. ff. de re judic. Covarr. pract. cap. 15. Bald. Jafred. dec. 134. Azved. L. 1. n. 6. tit. 18. lib. 4.*

Talis appellatio per tertium inter-

47

48

49

50

51

posita habebit utrumque effectum, suspensivum, & devolutivum, juxta text. in cap. super eo de offic. deleg. Rebuff. 1. tom. ad leges Gall. titul. de liter. obligator. artic. 1. gloss. 10. num. 11. Joann. Gu-tierres L. nemo potest, num. 390. ff. de legat. 1. Azeved. L. 3. num. 2. & L. fin. num. 140. titul. 21. lib. 4. quod est notabile ad limitandam Ordin. nec procedat respectu tertii, nisi, & ipse malitiosè se opponat, quia tunc procedunt in executione, data fidejussione de reddendis bonis, vel eorum æstimatione, si sententia fuerit revocata, ut advertit Azeved. ubi supra d. n. 4.

52 Circa ordinem processus post exceptiones admittas providit Ordin. dict. titul. 25. §. 4. ibi: *Eem todos os mais artigos que se offerecẽ pelo Author, ou Reo, depois de serem recebidos os primeiros artigos dos embargos, que haõ de ser recebidos por desembargo, se guardará o que temos dito no titulo da ordem do juizo, na forma do pronunciar sobre os artigos, e processar delles.* Quando autem opponuntur exceptiones incompetentiæ, aut aliæ quæcumque dilatoriæ, qualiter sit procedendum, disponit eadem Ordin. §. 6. ibi: *Vindo os demandados dentro dos dez dias com embargos de incompetencia, ou de alguã outra excepção dilatoria, proceder-se ha nos taes embargos, e excepçoens summariamente, abreviandose os termos o mais que puder ser.*

53 Invenio quod Cabed. dec. 30. in 1. part. tenet, quod si judex assignet terminum parti decem dierum ad opponendas exceptiones, & pars allegat processum esse expediendum ordinariè, & non summarie, & gravamen interponat, & in eo fuerit ei denegata provisio, quod tempus non debeat currere à tempore, quo pronuntiatum fuit per judicem superiorem, sed à primo termino, quo judex assignavit, & quod ita Senatus pronuntiavit per bona fundamenta, quæ citat, & comprobatur ex decis. Rotæ, dec. 102. de appell. in novis, Vincent. de Franchis dec. 327. n. 4. in 2. p.

54 Et in num. fin. addit idem Ca-

bed. dict. dec. 30. num. ultim. cum mota esset quæstio super Extravagante novissima de ordine judicii, ad litium brevitatem §. 6. quatenus jubet procedi summarie in exceptione incompetentiæ, vel quavis allia dilatoria, quam pars proponit, intra decem dies currant? & quod suprascriptis rationibus magis placuit, ut currant, non obstante hujusmodi exceptione, quia simul Reus potuit cum protestatione alias exceptiones admittere. Hæc decisio, quam Cabed. proponit, stare non potest, nec defendi de jure; nam exceptio incompetentiæ, vel suspitionis, vel alia dilatoria debet prius discuti, & non potest simul concurrere cum exceptionibus ad merita causæ, quod probatur ex L. ita demum 13. Cod. de procurat. L. penultim. & L. fin. Cod. de exceptionibus.

55 Facit, quia exceptiones sunt in duplici differentia: nam aliæ sunt dilatoriæ, aliæ sunt peremptoriæ: rursus dilatoriæ dicuntur illæ, quæ differunt causam, non tamen perimunt negotium principale, & tripliciter considerantur, nam aliæ respiciunt personam judicis, veluti exceptio recusationis, incompetentiæ, seu declinatoriæ, aliæ respiciunt personam litigantis, aliæ respiciunt libellum, seu causam, ut docet Joann. Ferrariens. in sua practica, in forma declinatoria jurisdictionis, verbo, nec fuisse, & verbo, judicẽ suspectum, Maranta de ordin. judic. 6. part. titul. de exceptione, num. 1. Gonçal. Soares in sua practica 1. tomo, part. 1. in 5 tempore, Ordin. lib. 3. tit. 49. per totam in novis, & compatibile est, quod simul procedatur in eodem tempore in exceptionibus dilatoriis, quæ defferunt judicium, & in exceptionibus, quæ respiciunt merita causæ: rursus allegando exceptionem ad merita causæ, censetur invitare judicem, ut de ea cognoscat, & non proderit allegari aliam exceptionem recusationis, vel incompetentiæ, vel alterius dilatoriæ, & fiet confusio in lite.

Rursus, quia Ordin. ad allegandas exceptiones ad merita causæ assignat tempus

pus decem dierum, & ad allegandas alias exceptiones dilatorias non assignat tale tempus decendii, sed jubet, quod in eis procedatur summarie abbreviando terminos quantum fieri possit, & ita sensus Ordinatus est, quod quando allegantur exceptiones dilatorias, procedatur in illis summarie, abbreviatis terminis, ita ut Post eas finitas incipiat currere ad tempus decendii assignatum ad allegandas exceptiones ad merita causæ; alio autem sensu accepto, si in eodem termino debeant allegari exceptiones dilatorias, & exceptiones ad merita causæ, de nihilo serviret dispositio text. §. 6. cum esset provisum in principio Ordin. quod non est verum, quia in principio jubentur assignari decem dies ad allegandas exceptiones, quæ excusent Reum à solutione debiti, & in d. §. 6. præscribitur alius modus ad ad allegandas exceptiones dilatorias cum diverso modo procedendi, & ita non sit sequenda decisio Cabedi dict. dec. 30. num. fin. & ita vidi iudicatum contra eam in Senatu Portugallensi.

In §. 7. *E quando o Reo for citado por alguma escritura, ou alvará, que tenha força de escritura publica, e não aparecer em juizo por si, nem por seu procurador, serlhe haõ assignados os dez dias, como acima dito he, e passados elles será condemnado, e executado na forma, e maneira que acima dissemos, quando he presente, e allega os embargos dentro dos dez dias.* Oportet tamen quod citatus vigilet, ut intra decem dies assignatos alleget exceptiones, & probet perfecte, quia si non venerit, vel non allegaverit, & probaverit exceptiones juridicas, vel si repudiatae sint, tanquam non relevantes, condemnationem patietur, & insuper solvet decimam, si fuerit condemnatus per iudicem, de cujus sententiis solvatur decima, ut habetur in regula 1. Cancellariae, quam refert Cabed. dec. 16. n. 1. in 1. p.

In §. 8. disponitur: *E queremos que isto, que dito he das dividas, que se demandão por escrituras publicas, haja lugar em qualquer divida que se dever, e*

demandar por virtude de alguma sentença que passar em causa julgada, quando se demandar por via de acção que nasça dessa sentença. Nota quod sententia habet eundem effectum, ut procedatur in ea per assignationem decem dierum, quando transivit in rem iudicatam, nam ante non habet executionem paratam, quales sunt sententiae, quæ pendent per appellationem, vel contra quas petita est restitutio in integrum, ut probatur ex L. 1. ff. nil novari, L. 1. §. ultim. ff. ad Turpilian. L. 1. Codic. de execution. rei iudic. L. unic. Codic. de restitut. in integrum postul. Azeved. L. 1. verb. sententias, num. 14. titul. 21. lib. 4. vel quando ab illis est interpositum gravamen ordinarium, & fuit concessum per spatium sex mensium, ex Ordin. lib. 3. tit. 77. §. fin. in antiq. & lib. 3. tit. 84. §. ult. cum declarationibus de quibus ibi.

Et est advertendum, quod ex sententia oritur duplex medium, alterum executivum, quod expeditur nobili iudicis officio, alterum quod expeditur per actionem in factum, ut probatur ex L. si prætor 75. §. fin. ff. de iudic. secundum intellectum, Bart. ibi, num. 2. L. si pignora 50. ff. de eviction. Bartol. L. intra dies, & L. à Divo Pio, §. sententiam Romæ, num. 2. ff. de re iudic. & L. 2. n. 2. Cod. de execution. rei iudic. Padilha L. 1. num. 21. Cod. de jur. & facti ignorant. Ordin. lib. 3. titul. 86. in princip. Primus modus locum habet, quando exequitur idem iudex, qui tulit sententiam, vel alius ad ejus requisitionem, ex Bart. d. §. sententiam, num. 2. Jason in L. properandum §. si autem Reus, n. 3. Cod. de iud.

Quando verò intentatur actio iudicati, necessarius est libellus, & litis contestatio, L. item veniunt 22. §. item rectè ff. de petit. heredit. Bart. d. L. intra dies, & licet quoad hunc effectum non procedatur via executiva, quoad omnia alia executive procedatur, L. 4. §. si ex conventionem, ff. de re iudic. & ideo super libello non est danda probatio, sed sufficit ostendere ita fuisse iudicatum

gloss. fin. ad finem, in L. 1. Cod. de judic. Bart. d. §. sententiam Romæ, numer. 2. in fine, per L. nam, & postea §. 1. ff. de jurejurand. quanvis autem de jure requiratur libellus, apud Lusitanos tamen non requiritur, imò proceditur summarie per assignationem decem dierum, ex Ordin. dict. §. 8. de materia, Roder. Soares ad L. post rem judicatam in declaratione ad legem Regni, in §. circa judicem à num. 2. sed raro apud nos hoc secundo modo procedendi utimur, primo autem frequentius.

64 In §. 9. disponitur: *E sendo contra alguma pessoa apresetado em juizo alvará, ou conbecimento, que não seja da aquellas pessoas a cujos alvarás se deva dar tanta fé, quanto á escritura publica, e for demandada pelo contheudo no dito alvará, se aquelle contra quem se apresenta, reconbecer em juizo, que he por elle feito, e assinado, ou assinado sómente reconbecendo elle haver feito a obrigação contheuda no dito alvará, lhe assignará dez dias a que venha com embargos, e se procederá por o tal alvará, e se executar á como se ha de proceder, e executar pelas escrituras publicas, e para o reconbecimento dos taes alvaras, o Juiz poderá constranger as partes que depoñbaõ, não passando a quantia de sessenta mil reis.*

65 Vides ex hoc §. 9. probari, quod cautiones privatæ recognita à parte, operantur eum effectum, ut per eas possit procedi summarie per assignationem decem dierum, ut in terminis legis Castellæ docent Covarr. lib. 2. variarum resolut. cap. 11. num. 4. Avend. de legibus prætor. cap. 30. numer. 1. vers. aliquando tamen: Aviles cap. 30. verbo, execucion, num. 33. Joannes Gutierrez practicar. question. lib. 1. quest. 121. Azeved. L. 5. titul. 21. lib. 4. Gonçal. Soares in sua præctica 4. part. tom. 1. cap. 1. à n. 22. quod idem apud Gallos est decisum, ex Rebuff. 1. tom. ad leges Gall. titul. de chirogr. recogn. in præfation. à num. 44. & necessarium fuit, quod ita lege cautum esset quia alias cautiones privatæ, quan-

tumvis à partibus recognitæ, non habebant paratam executionem in terminis juris, ut advertunt Covarr. d. cap. 11. n. 4. Azeved. L. 5. num. 1. Gonçal. Soares d. cap. 1. num. 22. adeo quod non possent partes convenire, quod cautio privata pro publica habeatur, quoad executionem faciendam, ex Alvar. Valasc. de jure emphyt. quest. 7. num. 14. Azeved. d. L. 5. n. 2.

Si autem pars conventa non recognoscat, via ordinaria agendum est, ex Afflict. dec. 181. Avend. dict. cap. 30. n. 4. Gonçal. Soares dict. cap. 1. num. 30. adeo quod non sufficiat, si tertius, qui eam fecit, vel subscripsit de manu debitoris, eam recognoscat, ut docent Imol. conf. 91. Hippol. rubr. de probation. num. 288. Gonçal. Soares dict. cap. 1. num. 29. Avend. dict. cap. 30. num. 4. vers. sexto requiritur, Joann. Gutierrez. practicar. lib. 1. quest. 120. Azeved. d. L. 5. numer. 4. Oportet tamen, quod debitor citetur personaliter ad eam recognitionem faciendam, & ut in contumaciam procedatur contra eum, si non inveniatur, nisi fraude, & dolose se absentet, & effugiat citationem, ut docent Gonçal. Soares d. cap. 1. à num. 25. Azeved. L. 5. num. 18. & quamvis Soares d. num. 5. teneat non sufficere recognitionem ob contumaciam non comparentis, contrarium tamen usus, & praxis recepit, ut si citatus non veniat ad recognoscendum in judicio, judex in suam contumaciam pro recognita habet, & assignat decem dies ad allegationes, facto præconio in audientia per servientem, idest Porteiro, & illis elapsis, si nihil relevans allegat, condemnatur, ut docet Alvar. Valasc. consult. 170. à num. 7. & consult. 164. n. 2. in 1. part.

Et si pars nolit recognoscere, jubetur scribere manu propria, ut ex ea comparatio literarum fieri possit, ex Soares dict. cap. 1. num. 26. licet hæc diligentia non sufficiat ad intentum, quia quotidie forma scribendi mutatur ex multis accidentibus, Authent. de instrumentor. fide in princip. collation. 6. Hippol. rubr. de

de probat. num. 298. quod & aliis fundamentis probat *Alvar. Valasc. consult. 196. num. 6. part. 2.* cujus opinionem sequor, quia licet ex ea diligentia probeatur, quod cautio illa, de cujus recognitione agitur, sit illius, tamen cum non habeat executionem paratam, nisi eam recognoscat, utique erit alia via ordinaria procedendum, & illa diligentia ex comparatione scripturæ, quam facit debitor, serviet ad probandum esse suam in processu ordinario.

70 Addit tamen *Ordinat. in hoc §. 9.* quod quoniam summa excedit 60. millia numerum regalium, iudex non cogat partem ad recognoscendum; quod in *Ordinat. antiqua lib. 3. titul. 16. §. ult.* erat in summa 30. millia numerum; quod tamen licet ita lege Regia sit cautum, tamen si practica aliud est receptum, ut in cautionibus privatis excedentibus dictas summas, possit procedi per assignationem decem dierum, vel quando pars recognovit, vel habitæ sunt pro recognitis, quando pars non comparavit in iudicio ad negandum cautionem esse à se factam, vel ab alio de ejus mandato, sicut prece dicitur in debito per scripturam publicam, & quod ita se habet stylus Regni, docet *Alvar. Valasc. consultat. 164. num. 13. 2. part.* ubi tamen addit quod hoc inciviliter, fit, & contra legem Regiam, & repugnat alia *Ordin. lib. 3. titul. 45. §. 3. in antiquis, & lib. 3. titul. 59. §. 4. in novis*, ubi cavetur: *E mandamos a todos os nossos Desembargadores, Ouvidores, Juizes, e justicas de nossos Reynos, e Senhorios, que não recebaõ pessoa alguma a demandar em juizo a outrem, nem mandem citar por carta, nem por Porteiro, nem por razão de algum contrato, ou cosos sobreditos, em que se requeira prova por escritura, salvo mostrando-lhe primeiro instrumẽto publico, ou outra escritura publica, porque possa provar sua tençaõ, e postoque as partes alleguem, que tem escritura privada, assignada pela parte cõtraria, com cinco testemunhas, ou mais não bastará a dita escritura, com quaesquer testemunhas, que*

nella estiverem.

Et non est tenenda practica, quando lege non cavetur, vel lex est tam contraria, ut per *Bald. cap. nihil, column. ultima de election. Hieronym. Graus cons. 1. num. 17. lib. 2.* Limitat tamen *Valasc. in d. cap. consult. 170. n. 4.* nisi in ipso chirographo conventus se nominet cum tali qualitate, quod ejus privata scriptura vim habeat publici instrumenti, juxta *Ordinat. d. titul. 45. §. 14. in antig. & titul. 59. §. 15.* quia licet in veritate non sit talis, qualem se nominavit, pro tali debet haberi in suum præjudicium, ut in minore, qui contrahendo se maiorem dolose dixit, ex *L. 1. & toto titulo, Cod. si minor se maiorem dixerit, faciat L. generaliter, versic. nimis, Cod. de non numer. pec. cap. per tuas de probat.*

Idem quod disponitur circa ordinem procedendi summarie per scripturas publicas, vel cautiones privatas recognitas à partibus, habet locum in literis cambii, non per legem aliquam Regni, sed dumtaxat de consuetudine longæva, quæ vim legis habet, & ex stylo judicandi ex traditis per *Alvar. Valasc. de jure emphyteut. quæst. 7. num. 16. Gama dec. 238. ad fin. quæ in vero computo est, num. 240. Valasc. consult. 177. num. ult. in 2. part. ubi Flores in addit. ad fin. Rota Genuæ dec. 142. n. 1.*

In *§. ult.* addit *Ordin. Esta Ordenaçãõ se estenderá sõmente nas proprias pessoas que fizeraõ as escrituras, e não em outras nenhumas pessoas, posto que sejaõ herdeiros.* Nota ex ista *Ordin.* quod summarius processus per assignationem decem dierum in scripturis publicis, sententiis, cautionibus recognitis per partes, tantum habet locum, quando lis movetur inter proprias personas, quæ contraxerunt, & nominantur in illis, & non in aliis licet sint hæredes, quod ampliatur procedere etiam quando vir & uxor nominantur in illis, ut docent *Rebuff. ad leges Gall. articulo 1. gloss. 9. num. 29. Peres ad leges Ordin. lib. 3. column. 1085. vers. dubitatur, Parlador. lib. 2. de rebus quotidian. cap. ult. 4. part.*

71

72

73

74

75

4. part. §. 2. num. 4. Azeved. L. 2. n. 18. titul. 9. lib. 5. novæ collect. Gonçal. Soar. dict. cap. 1. num. 34. & pro hac parte facit doctrina Bald. L. si pro te, Codic. de dotis promission. Fason. L. juris gentium §. prætor, num. 1. ff. de pact. Seraphin. de privileg. jurament. priveleg. 77. n. 61. Dom. Ludov. de Peguera in sua præct. rubr. 29. num. 19. Azeved. L. ult. tit. 21. à num. 12.

76 Tenent tamen Doctores, quod talia instrumenta possunt executionem habere contra hæredem, qui repræsentat defunctum, ex L. hæres, & hereditas 22. ff. de usucapion. Authent. de iur. jurando à morient. præstito, collat. 5. L. hæredem ejusdem ff. de regul. juris, adeo quod ex persona hæredis non mutatur qualitas obligationis, L. 2. §. ex his, ff. de verborum obligat. & ideo liquidator quod sit hæres, habebit instrumentum executionem paratam, ex Rebuff. ad leges Gall. de liter. obligat. art. 3. gloss. 2. Soares in L. post rem extension. 1. in declaration. ad legem Regni, Anton. Gomez L. 64. Taur. num. 5. Dueñas regula 276. Gonçal. Soares d. cap. 1. n. 36. Azeved. dict. L. 1. num. 108. & L. ult. à num. 20. titul. 21. lib. 4. Cæterum hæc doctrina non procedit apud Lusitanos, stante Ordinatio. in dict. §. ultim. deducta ab antiqua. titul. 16. §. 7. sed ordinariè agendum est, proponendo actionem obligationis in libello, & habilitando personam hæredis conventi, vel personas utriusque, si forte sint mortui creditor, & debitor, & deinde secuta sententia, quæ transeat in rem judicatam, fiat executio in condemnatum.

77 Sic etiam in terminis, quando instrumenta habent executionem paratam per statutum, possunt exequi ad instantiam cessionarii, constando de cessione, ex L. ab Anastasio, ubi notat Bald. notabil. 3. Cod. mandat. Soares dict. L. post rem judicatam, in declaratione ad legem Regni, limit. 7. Rebuff. dict. gloss. 2. n. 17. Gonçal. Soares d. cap. 1. à num. 32. Azeved. L. ultim. numer. 26. & ante tenuit Bart. L. 1. num. 22. ff. de action. & obli-

gat. Barbof. L. post dotem, numer. 52. ff. solut. matrimon. Sed apud Lusitanos non habebit locum dicta doctrina, quia privilegium executionis tantum procedit inter proprias personas contrahentium, & tales non sunt persona creditoris nominati in instrumento, & persona ejus in quam facta est cessio. Quod tamen subintellige quando cessionarius petit executionem suo nomine virtute cessionis non autem quando eam petit nomine cedentis, & tanquam ipsius procurator, nam cessionarius potest petere, & intentare actiones directas, quæ manserunt apud cedentem nomine ejus, & ab eo separari non poterunt, ex L. quis ergo, casu 17. & ibi gloss. verbo, in nominibus, ff. de pec. L. 3. ff. pro socio, L. emptor hereditatis, ubi gloss. verbo, fungitur, Bald. & alii Cod. de heredit. vel action. vendit. docent Joan. à Graffis de cession. uction. §. 1. Jacob. Arenas in eodem tractatu de cessione action. rubr. 5. num. 63. & ideo cum melius sit intentare remedium summarium per assignationem decem dierum, quam ordinariè agere; sic utilius erit agere nomine cedentis intentando directas, tanquam ejus procurator in rem. Cedens autem eas intentare poterit, nisi interveniat aliquis ex tribus casibus, de quibus in L. 3. Cod. de novat. gloss. dict. L. emptor, Bald. Salic. & alii in d. L. 3. Guido Pap. dec. 530. Anton. Thesaur. dec. 201. Barb. L. si alienam, num. 62. & seqq. ff. solut. matrimon.

80 Erit alia declaratio, quando stipulatio est in favorem tertii casu, quo stipulator potuerit pro tertio stipulari, quia cum is sit nominatus in instrumento, poterit petere executionem instrumenti contra debitum, ex L. si procurator meus 28. ff. de procuratorib. & ibi notant Bart. & alii, idem Bart. L. 1. n. 22. ff. de act. & oblig. Segura L. si ex legati causa, col 31. ff. de verb. quos refert Anton. Gom. tom. 2. cap. 11. num. 18. ad fin. Azeved. d. L. ult. num. 16. tit. 21. lib. 4. novæ collect.

ALLE-

ALLEGATIO LXXVII.

Circa regulas Cancellariæ 1. 2. 3. 4. & 5.
circa decimas.

SUMMARIUM.

- 1 Solebant, qui cōveniebantur, satisfadationem præstare, si actio intentata erat in rem.
- Ibid. Si autem erat actio in personam, satisfadabat actor.
- 2 Nemo defensor jure alieno sine satisfadatione credebatur.
- 3 In re inest æstimatio, & jam non sunt in usu tales cautiones.
- 4 Decima litis est jus quoddam Regale, quod Regi solvitur post sententiam latham.
- 5 Agitur de regula Cancellariæ 1.
- 6 Ampliatur, quamvis sit interpositum gravamen ordinarium.
- Ibid. Sicut suspenditur executio per sex menses, sic & executio decimæ ab ea debita.
- 7 Agitur de regula secunda.
- 8 De sententiis latis à judice delegato ex motu proprio Principis, non debetur decima.
- 9 Agitur de regula tertia.
- 10 De quibus causis possunt cognoscere Præsides provinciales, & n. 11.
- 12 Agitur de regula quarta.
- Ibid. Auditores dominorum non possunt facere correctionem, nec cognoscere per actionem novam, nisi sit expressum in donationibus.
- 13 Et quod possint cognoscere in illis casibus, in quibus possunt cognoscere Præsides provinciales.
- 14 Ut de sententiis latis ab Auditoribus dominorum decima debeatur, debent esse tales, quod possint facere correctionem, & cognoscere per actionem novam.
- Ibid. Rursus, quod cognoscat de causis personarum Ordin. citatæ, non si cognoscat de causis aliarum intra duas leucas.

Solebant olim, qui conveniebantur satisfadationem præstare judicatum solvi, quando actio in eum intentata erat in rem; idem si alieno nomine judicium accipiebat: si autem actio erat in personam, satisfadabat actor, non Reus, nisi alieno nomine interveniret, quia nemo defensor in aliena re sine satisfadatione idoneus esse creditur, ut probatur in princ. inst. de satisfadationibus. Quod postea innovatum est per text. in §. sed hodie, ubi Justinian. inquit: Sed hodie hæc aliter observantur, sive enim quis in rem cōvenitur, sive personali suo nomine, nullam satisfadationem pro litis æstimatone dare compellitur, sed pro sua tantum persona, quod in judicio permaneat usque ad terminum litis, vel committitur suæ promissioni cum jure jurando (quam juratoriam cautionem vocant) vel nudam promissionem, vel satisfadationem pro qualitate personæ, dare compellitur: instit. de satisfadationibus.

Idem Justinian. in Authent. de litigios. §. ad excludendas, collat. 8. cavit quod ibi continetur: Ad excludendas autem calumniosè moventium intentiones, & executorum fraudes, aliud invenit providentia nostra remedium, sancimus enim omnes judices, si quando aliquos teneri, vel amoveri voluerint, hanc conditionem in suis interlocutionibus adjicere; ut non aliter conventionales libelli pulsatis porrigantur, aut sportulæ executoribus dentur, nisi prius, & in libello, actor per se, aut per tabularios subscripserit, & actis intervenientibus fidejussor idoneum periculo competentis officii præstiterit contententem, quod usque ad finem litis permaneat, & suas intentiones, aut per se, aut per legitimum procuratorem exercent, & si postea fuerit approbatus injustè litem movisse: sumptuum, & expensarum nomine decimam partem ejus quantitatis, quæ in libello continetur, pulsato restituat.

Ex hac Authent. deducta est Authent. generaliter, Codic. de Episcop. & Cleric. procedit, sive agatur de quanti-

titate petita, sive de alia quacumque, quia in ea inest æstimatio, ut per glossam verbo, *decimam ad fin. in d. §. ad excludenda*, gloss. verbo, *partem ad fin.* & Bald. num. 14. in d. *Authent. generaliter*, quam *Authent. bonam esse* dicit ibi *Bart.* sed quod non est in usu, & cum esset pretium, non fuit obtentum, & quod sit in usu testantur etiam *Alber. ibi num. 2.* & *Paul. gloss. dict. §. sed hodie*, verbo, *nullam*, & probatur ex §. *hec autem, instit. de pœna temere litigant.* Rursus, & illa decima pars litis applicabatur Reo pulsato, & non Regi, ut ibi habetur, *pulsato restituat*, adde *Alvar. Valasc. consult. 66. in 1. p.*

4 Tractandum propono in hac allegat. de decimis litis, quæ in Regno Lusitano solvuntur. De antiquitate principium feci motus ex *decision. Cabed. dec. 16. num. 2.* ubi inquit, quod decima litis est jus quoddam, quod Regi solvitur post sententiam latam, ut erat de jure, citando *L. generaliter in 1. Cod. de Episcop. & Cleric.* ubi *Doct. §. hæc autem instit. de pœna temere litigantium*; in quo adverto, quod benè dixit *Cabed.* quod decima litis est jus quoddam, quod Regi solvitur post sententiam latam, sed non bene applicat *d. L. generaliter*, quia non est lex, sed *Authentica de sumpta à d. Authent. de litigios. §. ad excludendas, vullat. 8.* Rursus, quia loquitur de decima litis, quam actor solvebat Reo, si fuerat convictus injustè litem movisse, & de ea applicanda Reo, & non Regi.

5 In nostro autem Regno ex *regul. Cancellariæ. 6.* cavetur, ibi: *E as ditas dizimas pagaraõ as partes que condenadas forem, assim das custas, como das penas, se julgadas forem, e bem assim do principal.* Et in *regula 1.* cavetur: *Nos haveremos a dizima de qualquer sentença dada em nossa Corte, e casa da Supplicação, e do Cível, que nellas se comemperante cada hum dos nossos Desembargadores, e Ouvidores, Juizes de nossos feitos, e nosso Chanceller mor, Desembargadores dos agravos, e Ouvidores da Rainha, sobre Juizes, Veadores de*

nossa fazenda, e direitos, Officiaes que jurisdicção tenhaõ em cada huma das ditas Casas, ordinaria, ou por nossa comissão, ou de outrem que poder tenha de commeter: ex sententia condemnatoriis latis per judices enumeratos in hac regul. 1. solvitur decima litis.

6 Quod ampliatur, quamvis sit interpositum gravamen ordinarium ab eorum sententiis, & sit concessum; quia sicut executio principalis dictarum sententiarum suspenditur per sex menses, ex *Ordin. lib. 3. titul. 86. §. ultim.* sic etiam suspenditur executio decimæ, ut cavetur in *L. reformationis justitiæ §. 24.* & in *nova Ordin. lib. 1. titul. 20. §. 5.* ibi: *Nem outrosi se arrecadaraõ as dizimas das sentenças das partes cõdemnadas pela primeira sentença, quando della se aggravar, antes se sobrestará na execução, e arrecadação das ditas dizimas, em quanto pender agravo, assim como se sobrestará na causa principal;* docet *Cabed. dec. 18. n. 7. in 1. part. & in arest. 48. in 2. p. suarum decision.*

7 Disponitur in *regul. 2.* *E assim haveremos a dizima da sentença condenatoria que de algum Juiz, que seja dado por nós a alguma parte de graça, e a seu pedir Cabed. dec. 16. num. 11. in 1. part.* ex hac regula deducit, quod de sententiis latis judices delegatos à Rege ad postulationem alicujus partis, solvitur decima, & ponderanda sunt verba illa, *e a seu pedir*; quia si delegatus fiat ex motu proprio, non idem observabitur, quia cessant verba *regulæ*, & sic cessat dispositio, ex *L. 4. §. toties, ff. de damno infecto*, ubi *Paul. Joann. Cephal. conf. 87. num. 1. lib. 1. Gama dec. 160. n. 6.*

8 In *regul. 3.* cavetur: *das sentenças dadas por Corregedores das Comarcas, Contadores, e Almozarifes, Juizes das sizas, Juizes das Alfandegas, se pagará a dizima, a qual se arrecadará perante o Juiz que da appellação conbece, se appellado for, e se não for, perante o Juiz q a sentença deu.* Sciendum est, quod in *Ordin. antiq. lib. 1. tit. 39. §. 6.* prohibitum fuit *Præsidibus provinciarum ne*

cognoscerent de causis civilibus, vel criminalibus per actionem novam, neque per avocationem, nisi de certis personis ibi nominatis: postea Serenissimus, & laudatæ memoriæ Rex Joannes III. statuit, ut possunt cognoscere per actionem novam in iis locis, ubi fuissent in actu correctionis, & in quibus jus non dicerent iudices forenses, hoc est, Juizes de fora, & quod de talibus sententiis ab illis latis decima non solveretur, ut videre est in *L. 3. titul. 17. p. 1. Extravag. lata 17. Julii, anno 1527.*

Deinde Rex Philippus II. in *nova Ordin. lib. 1. titul. 58. §. 22.* eandem prohibitionem prædictis Præsides provincialis fecit, ne cognoscerent per actionem novam, nec per avocationem de causis criminalibus, vel civilibus, nisi sint de personis ibi contentis; addit tamen in §. 23. *E conbecerá outrosi por acção nova de duas legoas sómente de lugar ao lugar onde estiver, de quaesquer casos, naõ sendo das Cidades, ou Villas, onde houver Juizes de fora, e poderá avocar astos feitos, que pela dita maneira nelles houver, e os processará, e determinarâ finalmente, conforme a alçada que de nós tiver; & subdit Ordin. E destes feitos de que assim conbecer por acção nova, naõ se pagará dizima, nem direlto algum, sómente o que se houver de pagar delles, se os Juizes ordinarios os processarã, e determinarã, e para se saber de quaes feitos se ha de pagar dizima, ou naõ, quando houverem de ir por appellação, fará o dito Corregedor por no começo delles a razão que teve para conbecer delles por acção nova.*

Quod idem probatur in *Ordin. d. titul. 20. §. ultim. ibi: Item naõ se pagará dizima das sentenças que os Corregedores, e Ouvidores derem em feitos que conbecerem como Juizes, nos casos em que lhes he permittido por seus regimentos, que vierem por appellação ás Relações, como diremos no titulo dos Corregedores das Comarcas, quod est in d. §. 23. titul. 58. Cabed. dec. 17. n. 12. in 1. p.*

In regul. 4. cavetur: *E quanto aos*

feitos que á nossa Corte vierem dante os Ouvidores dos senhores, e fidalgos, se os taes Ouvidores tiverem poder de conbecer por acção nova, e fazer correição na terra das sentenças que dos taes feitos sairem, se pagará a dizima em nossa Corte. Ad intellectum hujus regul. sciendum est, quod regulariter Auditores dominorum, nec possunt facere correctionem, nec cognoscere de causis in eorum terris, nisi id sit expressum in donationibus, ex *Ordin. lib. 2. titul. 26. §. 14. in antiq. & lib. 2. titul. 45. §. 50. ibi: Eos senhores das terras, e seus Ouvidores naõ tomarã conbecimento por acção nova de feito algum civil, nem crime, nem por simplez querela, nem denunciação, ou correição, nem por via de officio de justiça, nem por outra maneira, salvo por appellação, tirando aquelles a que por nossa Ordenação, ou por especial privilegio expressamente for outorgado que o possaõ fazer.* Quod tamen intelligendum est, quod possint cognoscere in illis casibus, in quibus possunt cognoscere Præsides provinciales, ex *Ordinat. d. titul. 58. §. 22. & docet Cabed. Aresto 82. in 2. p.*

Et hinc descendit, quod ut de sententiis ab Auditoribus latis solvatur decima, duo copulativè debent concurrere, quod possint cognoscere de causis per actionem novam, & quod possint facere correctionem, quia hæc duo ponit regula, & debent verificari, ex regul. *L. si heredi plures, ff. de condit. institut.* Rursus, quod cognoscant de causis personarum in d. §. 22. si autem cognoscant de causis aliarum personarum intra duas leucas, non solvetur decima de suis sententiis, ex d. §. 23. tit. 58. & titul. 20. §. ultim. sicut etiam nec debetur decima de suis sententiis latis in instantia appellationis, ut in regul. 5. ibi: *E se sómente conbecer dos feitos que a elle vierem por appellação dante o Juiz da terra das sentenças em taes feitos dadas, naõ levará dizima em nossa Corte.*

ALLEGATIO LXXIII.

In qua agitur de regula Cancellariæ 6.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de regula Cancellariæ 6.
- 2 Decima solvitur de sententiis latis in causa proprietatis, sive de pecunia, sive de re, quæ estimationem recipiat. Ibid. Idem quando agitur de facto æstimabili.
- 3 Quando agitur de possessorio, & conventus se defendit, solvitur decima de vintena.
- 4 Quando conventus se non defendit, solvitur de quarentena.

In regula 6. Cancellariæ, sic habetur:
 I *E as ditas dizimas pagaraõ as partes que condemnadas forem, assim das custas, como das penas se julgadas forem, e bem assim do principal, quando a condenaçaõ foi de dinheiro, ou de outra qualquer cousa movel, que a parte condenada obrigada fosse pagar, ou quando a sentença for dada somente sobre a restituçaõ da posse, se a sentença for dada contra a parte, que por si, ou seu procurador foi defezo, pagar se ha vintena, que he ametade do que se pagaria se a demanda fosse sobre a propriedade; e quando a sentença for dada sobre a posse a revelia da parte, pagar se ha quarentena, que he odobro da vintena, e a dizima das custas, se julgadas forem, pagarã em todo o caso.*

2 Ex hac regula plures articuli desumuntur: primum, quod ex sententia lata in causa proprietatis, sive in iudicio petitorio, solvitur decima integra, sive sit de pecunia petita, sive de alia quacunque re, quæ æstimari potest, nam, & in ea inest æstimatio. *Bald. Authent. generaliter, num. 14. Codic. de Episcopis, & Clericis, Jacobin. in L. cum quædam puella, §. quoties, in 1. lectura, ff. de iurisdic. omn. judic. ubi etiam dicit id procedere, quando quis promittit factum æstima-*

bile, ut puta, quod quis faciat mihi aliquid, vel scribat librum: sequitur *Vincen. de Franch. dec. 308. num. 2. & 3. in 2. part.*

Secundus articulus est, quando actum fuit de remedio possessorio, & pars conventa se defendit, vel per se, vel per procuratorem, quia tunc solvitur decima ex vintena, nam aliud est pretium rei, aliud possessionis, ex *L. mulier, 22. §. qui possessionem, ff. quod met. causa in L. si duo in fin. ff. uti possidetis, ibi Longè enim aliud est pretium rei, aliud possessionis: & utrobique glossa, & Doctores Jason. L. naturaliter, §. nihil commune, numer. 20 ff. de acquirend. possess. Decius cons. 56. facit Ordin. lib. 2. tit. 77. §. 9. in antiquis, & lib. 3. tit. 70. §. 10. in novis, Alvar. Valasc. consult. 51. num. 47. in 1. p.*

Tertius, & ultimus articulus est, quando lis fuit super remediis possessoriis, & pars conventa se non defendit, quia tunc solvitur decima ex quarentena, quod est speciale, ut minus gravetur iis, qui in causa se non defendit, & extra hos terminos possessio semper æstimatur in dimidia ejus, quod valet proprietatis.

ALLEGATIO LXXIX.

In qua agitur de regula 7. Cancellariæ

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de regula 7.
- 2 De sententiis latis in causis jurisdictionis usufructus rei vel alterius rei, quæ solvitur per præstationes ad vitam, solvitur vintena.
- 3 Agitur de differentia inter L. si quis argumentum §. sin autem, Cod. de donation & L. hæreditatum, ff. ad L. Falcid.
- 4 Qualiter sit facienda computatio in terminis dictæ regulæ 7. in 1. & 2. casu.
- 5 Quid sit faciendum in tradendis bonis

nis absentis, ejus consanguineis.

6 Non procedit ea traditio, quando absēs procuratorem relinquit.

Ibid. Provisio hominis facit cessare dispositionem legis.

7 Non procedit quando procurator negligeret agere.

8 Rursus non procedit, quando redditus absentis protelantur in longius.

9 Non procedit ea traditio, quando absens tutorem, vel curatorem relinquit, & sublimitatur, nisi etatem compleat, & tutela, vel cura finiatur.

10 Quando plures consanguinei concurrunt, admittuntur secundum ordinem succedendi ab intestato.

11 Frater utrinque conjunctus præferatur fratri ex uno latere.

12 Ampliatur ut procedat in naturalibus ex utroque latere.

13 Qui sunt incapaces succedendi, non admittuntur ad hujusmodi bona.

14 Hujusmodi bonorum absentis cura datur per provisos provinciales, usque ad summam centum millium numerum regalium.

Ibid. Si excedant eam summam, conceditur per Senatores Palatii.

15 Onus diminuit æstimationem.

IN regula 7. cavetur: E se algum demandado a jurisdicção de alguma terra, ou couto, ou honra, ou fructo de alguma cousa, ou certa quantia, q̃a deverẽ cada hum anno, ou cada mez, ou em cada dia, ou em sua vida por alguns bens de raiz, pagar se ha vintena do que a propriedade da cousa valer, assim como se leva da sentença de restituição da posse. Porẽ se algũ demandar morgado, ou administração de alguma Capella, ou Hospital, & lbe for julgada para a haver em sua vida somente, ter se ha respeito a quanto os bens da dita administração poderião render, tirados os encargos da dita Capella, ou morgado, & isto atẽ dez annos, que se conta por vida, & do que na dita renda montar, se pagará a dizima, & se a administração lbe for julgada para sempre, haver se ha respeito a quanto os bens da dita ad-

ministração valerem com seu encargo, & do que assim valerem se pagará a dizima.

Ex hac regula colligitur, quod de sententiis latis in causis jurisdictionis, usufructus rei, vel alterius rei, quæ solvi debet singulis annis, vel singulis mensibus, vel singulis diebus, vel ad vitam ex bonis stabilibus, solvenda est vintena, sicut solvitur de sententiis latis in causis possessoriis, & de sententiis latis in causis maioratus, vel capellæ, vel hospitalis judicati ad vitam tantum, jubetur solvi decima de eo quod redditus ascendant ad decem annos deductis oneribus, & si judicentur in perpetuum, solvi jubetur integra decima de æstimatione cum suo onere, & videbatur computatio aliter facienda, ex *L. hereditatum* 68. ff. ad *L. Falcid.* ubi Doctores, Soares ad *L. quoniam, Codic. de inoffic. testament.* 3. ampliatur. num. 8. & 9. Covarr. lib. 3. var. cap. 9. n. 8.

Ad do quod, & in casu *L. si quis argentum, §. sin autem donator, vers. in re ditibus, Cod. de donat.* ubi jubet Imperator in donatione reddituum ad annos debere fieri computationem in quindecim annos, & dicit gloss. ibi, verbo, præstet, quod ideo quindecim anni taxantur, quia tantum vivere præsumitur, nec discrepat Alber. numer. 3. licet opponat de *d. L. hereditatum*, addo *Afflict. dec.* 34. facientem differentiam, quod *d. L. hereditatum* procedat in legato, & ultima dispositione, & *d. §. sin autem donator*, procedat in donatione, & in contractu inter vivos, licet *Alexand. in dict. L. hereditatum in fine*, dicat quod etiam habeat locum in transactione alimentorum ad vitam, & sic extendat ad contractum inter vivos, & non facit mentionem dict. *L. si quis argentum*, quam Thomas Grammatic. dec. 102. num. 112. extendit ad promissionem alimentorum, non adjecto tempore, ut teneatur promissor saltem pro quindecim annis.

Non omitto tamen, quod in terminis dictæ regule in 1. casu debet fieri computatio secundum *d. L. hereditatum*,

7 Cæterum tales exceptiones debent esse subscriptæ à parte, vel ab ipsius sufficienti procuratore, ex *dict. §. 1. ibi: E em nenhun caso tomará embargos, se não forem assinados pela parte, ou por seu bastante procurador, & fazêdo o contrario, ou passando carta sem elle sair com os embargos que tiver em seu poder, tornarà o salario à parte, e lhe pagará todas as custas, perdas, e danos que por elle receber.* Nec potest recipere, nisi unicas exceptiones, non secundas, sub pœna *Ordin. lib. 3. titul. 88. §. 1. ibi: E vindo as partes com embargos à Chancellaria, o Porteiro, ou outro Official della os não tome, nem receba, sob pena de serem suspêjos de seus officios até nossa mercê, e de pagarem dez cruzados para os captivos, e não poderão tornar a servir seus officios sem mostrarem como os tempagos.* Id, quod erat jam statutum per *legem das embargos §. 15.* & in casu acerbo, vide per *Cabed. Aresto 16. in 1. part. decision.* Quod limitarem, nisi tales exceptiones secundæ essent fundatæ in restitutione, vel in suspitione, nam cum permittatur eas allegare contra sententiam ex *dicta Ordin. titul. 88. vers. salvo deducta à lege dominica §. 2.* sic etiam poterunt allegari in Cancellaria, & apparitor poterit eas recipere.

10 Tertiò, quod tales exceptiones sunt decernendæ per iudices Senatores, qui sententiam impeditam tulerunt, ex *dict. regul. 19. & Ordin. dict. tit. 30. §. 1. ibi: Esfendo embargadas na Chancellaria, os levará ao Julgador que assignou para des-*

pachar em Rellação, se nella for dado o desembargo. Et in hoc sciendum est quod quando iudex, qui tulit sententiam, est in Senatu, ad eum, licet de commissione cognoverit, pertinet cognoscere de exceptionibus; si autem est absens, pertinet ad iudicem proprietarium, ex *Ord. lib. 1. titul. 1. §. 30. versic. Porem vindo, & titul. 29. §. 33. in antiq. & lib. 1. tit. 1. §. 24. in novis, ibi: E vindo algumas das partes com embargos a alguma sentença interlocutoria, ou definitiva, dada por aquelle a quem o dito officio foi commettido, elle conhecerá dos taes embargos, se na casa estiver, e não estando nella, então conhecerá delles o Juiz proprietario do officio.* Quod si nec proprietarius adsit, Rector, vel Gubernator, quilibet in suo Senatu, alteri committit.

His prælibatis deciditur in hac regula 19, quod quando sententia, ex qua debetur decima, impeditur in Cancellaria transire, quia altera pars exceptiones objecit: antequam deferantur ad iudicem, solvatur prius decima, si est intra summam 30. millium numorum regalium, vel describatur in libro, si eam summam excedat: quod non idem observatur quando Cancellarius glossam adhibet sententiæ ne transeat, quia prius de glossa cognoscendum est, ut jubet *Ordin. lib. 1. titul. 36. §. 2. in novis, deducta ab antiqua lib. 1. titul. 30. §. 2. & L. 1. §. 2. titul. 2. part. 1. Extravag.* Quod si pars excipiens obtineat per medium exceptionum, quas allegavit, ut sententia annullatur, & ne transeat, decima non debetur, & soluta restituetur, ut dicemus in regula sequenti.

ALLEGATIO LXXXVII.

In qua agitur de regula 20.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de regula 20.
- 2 Ex sententiis solvitur decima, non obstante, quod sint revocatæ medio gravaminis.
- Ibid. Ad quem effectum suspenditur executio decimæ per sex menses, sicut & per eos suspenditur executio sententiæ.
- Ibid. Non est expectandum, quod nihil operatur.
- 3 Sententia revocata in gravamine per superiorem non exequitur contra condemnatum.
- Ibid. Fus questum tolli non potest Regi, vel conductori.
- 4 Decima in effectu solvitur per victorem in prima sententia, & ab eo repetit condemnatus, si solvit.
- 5 Illa suspensio per sex menses est in favorem condemnati.
- 6 Quod non mutatur durat, & oportet leg' s legibus concordari.
- 7 Non solvitur decima de sententia nulla.
- 8 De venditione nulla non incurritur commissum.
- 9 De venditione nulla non debetur laudemium.
- Ibid. Declaratur quando est nulla ex causa necessaria ab ipso contractu initio existenti, secus si ex post facto.
- 10 Dum non est declarata invaliditas contractus, dominus habet fundatam intentionem in jure laudemii.
- 11 Gabella non debetur ex venditione nulla per sententiam.
- 12 Quando sententia revocatur medio gravaminis, pars condemnata repetere poterit à victore si solvat, vel ad aram, quam solvit.
- Ibid. Agitur de decisione Cabedi citata.
- 13 In Senatu Portugallensi aliud observatur.

34 Ubi verba legis non conveniunt, non convenit dispositio.

IN regula 20. sic habetur: Mandamos que posto que as sentenças, de que as dicas dizimas, vintenas, quarentenas se haõ de pagar, sejaõ revogadas no caso do agravo, naõ se escusarãõ porẽm as partes condemnadas de as pagar, salvo se as sentenças forem havidas, e declaradas por nenbumas, porque entãõ se naõ devem de pagar, e se as já pagas tiverem, sejaõ tornadas às partes, e descarregadas de sobre o recebedor que as tiver recebidas, por quanto da sentença que for havida por nenbuma, se naõ deve pagar dizima, vintena, quarentena, mas se for revogada por os Juizes do agravo, em parte, ou em todo. poderá a parte condemnada demandar, e recobrar da parte vencedora toda a dita dizima, vintena, quarentena que da sentença revogada pagou, ou soldo a livra da quella parte em que a sentença for revogada, corregida, assim mandamos que se cumpra.

Ex hac regula desumitur generalis conclusio ad ampliandam regul. i. quod ex sententiis condemnatoriis solvenda est decima, vintena, quarentena, non obstante, quod sint revocatæ per superiores medio gravaminis interpositi: urget tamen dubium illud, quod dictæ decimæ suspenditur exactio, quando à sententia est concessum gravamen per spatium sex mensium, quia & per hoc tempus suspenditur executio principalis, juxta Ordin. lib. 1. tit. 20. §. 5. Cabed. decis. 18. num. 7. in 1. part. & Aresto 48. in 2. part. ad quem igitur effectum suspenditur executio decimæ per spatium illius temporis, si tandem sive sententia confirmetur, sive revocetur in instantia gravaminis, semper decima debetur, ex d. regul. & non est expectandum, quod nihil operatur, argumento L. quod si ea ff. de condict. indeb. L. si pupillus §. 1. ff. de novat. Rursus, quia si condemnatus obtinet in gravamine, & sententia condemnationis revocatur, sicut non potest jam exequi

exequi ex virtute primæ sententiæ revocata, sic videtur quod non debet exigi pro decima sententiæ revocatæ: sed respondetur, quod executio principalis sententiæ non habet locum contra condemnatum in ea, si est revocata medio gravaminis per superiorem; sed non infertur, quod idem erit in decima, quæ debetur Regi, vel conductori ex illa sententia condemnatoria, & jus ei acquisitum tolli non potest, licet condemnatio revocetur, argumento *L. fin. ff. de pact. L. id. quod nostrum, ff. de regulis juris.*

Rursus, quia eam decimam non solvit condemnatus in effectu, sed is, qui victor fuit in prima sententia, nam ipse solvit, vel ab eo repetit condemnatus, si jam solutam habuerit; effectus autem suspensionis, quæ jubetur fieri in executione decimæ per spatium sex mensium, est in favorem condemnati, quia si victoriam reportaverit in instantia gravaminis, erit immunis à solutione decimæ, & exigetur à victore primæ sententiæ; & facit quia quamvis in Ordin. jubetur suspendi exactio decimæ per illud tempus, non tamen additur, quod si vincat, decima non exigatur, & ideo manet in suo vigore regula nostra 20. quia quod non mutatur, durat, & oportet leges legibus concordare, *L. non est novum, ff. de legibus, L. 1. Cod. de inoffic. dotibus, L. precipimus, Cod. de appellat. cap. cum expediat, de elect. lib. 6.*

Additur in hac regula quædam limitatio, quod non solvatur decima de sententia, quæ nulla esse pronuntiatur, quia per nullitatem reducitur ad terminos, ac si non esset iudicatum, ex *L. non putavit §. non quævis, ff. de bon. possess. contra tab. L. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. & docent Avend. ad leges prætor. lib. 1. cap. 17. numer. 10. vers. quæ dicta, Perez ad leges Ordinam. lib. 3. tit. 1. L. 6. fol. 794. ad fin. Azeved. L. 7. à numer. 8. & L. 17. num. 3. titul. 21. lib. 4. Joann. Gutierrez præct. quæstion. lib. 1. quæst. 129. Lazarte de decima vend. cap. 14. n. 61. Cabed. dec. 18. n. 4. in 1. p.*

Sicut etiam de venditione nulla non

incurritur commissum, si vendatur res emphyteutica absque domini consensu, ex *Bald. L. 2. num. 3. Cod. de Episcopal. audient. Jason. in L. fin. num. 139. Cod. de jure emphyteut. Ripa d. §. condemnatum, num. 5. Felin. cap. ex tenore, num. 6. de rescript. & multis similibus comprobatur Tiraque. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 2. num. 6. Andr. Corbul. ex quibus causis emphyt. amittatur, cap. 14. limit. 22. Caldas 4. part. de emphyt. cap. 7. num. 10. sic etiam ex tali venditione nulla non debetur laudemium, & sic quod receperit dominus, restituere tenetur, sive à principio sit nulla, sive ex postfacto declaratur nulla, ex causa necessaria ab ipso contractus initio existenti ex qua contractus resolvatur; secus si ex causa supervenienti, ut prosequuntur *Caldas d. 4. part. de emphyt. extinct. cap. 16. n. 67. & Amad. de Ponte de laudemii, quæst. 39 ubi in versicul. interim tamen, dicit, quod dum non est declarata invaliditas contractus, dominus habet fundatam intentionem in jure laudemii; dicit autem Caldas d. cap. 16. num. 70. quod sententia nullitatis lata inter contrahentes præjudicat domino, quando est lata contradictoria, & causa plenè cognita declarando tamen per eum.**

Pariter gabella non debetur ex venditione nulla, quæ talis iudicatur per sententiam, ut probatur ex articulis gabellarum, vulgo artigos das sizas, cap. 6. ad fin. princip. ibi: *Achando-se que tal venda por direito não vale, e for desfeita por sentença, em tal caso não haja siza.* Quod etiam probatur ex *Bart. L. fin. §. autem, Codic. commun. de legat. Bald. ad fin. & Salic. in fin. L. 2. Cod. de eunuch. Pinel. L. 2. Cod. de rescind. vend. 2. part. cap. 3. num. 35. ad fin. Joan. Garcia de expensis cap. 18. numer. 47. Joan. Gutierrez practicarum lib. 1. quæst. 129. numer. 2. Lazarte de decima vendition. cap. 19. à num. 1. Garcia Gironda de gabell. qui plurimos citat, 5. part. num. 25. Azeved. L. 1. titul. 17. n. 70. lib. 9. novæ collect. Caldas d. cap. 16. num. 68. qui in hoc convenit.*

12 Dicit tamen hæc regula, in *versic. mas se for revogada*, quod si sententia fuerit per iudices gravaminis revocata, possit pars condemnata repetere à parte victrici totam decimam, vintenam, quarentenam, quam ex sententia revocata solverat, vel ad ratam ejus partis, quam solvit: unde *Cabedus d. dec. 18. à num. 6. & 7.* intelligit, quando Reus condemnatus in prima sententia decimam solvit, quia in his terminis verificantur verba regulæ, ibi: *Recobrar, e pagou*, sicut si nondum solvit, nec possit culpa imputari victori, qui abstinuit ab executione, sicut potest imputari, quoniam executionem fecit, cum tunc teneatur refundere condemnato decimam, quam solvit ex justa sententia ab eo executam, ut docent *Avend. d. cap. 17. de legib. præ. 1. part. num. 10. versic. Quandoque verò, Azeved. d. L. 7. num. 9. titul. 21. lib. 4.* & dicit *Cabed.* quod secundum hunc intellectum sepè in Senatu judicatum fuit, ponderando etiam regul. 21. per locum ab speciali.

13 Cæterum in Senatu Portugallensi aliud observatur, quia victor ex prima sententia solvit decimam, si ea in instantia gravaminis per illius iudices revocetur, sive Reus fuerit executus, sive non, sive eam solverit sive non, & ponderantur verba posita in primo membro regulæ, quasi non restringantur per verba posita in ultimo membro, *vers. mas se for revogada*; sed in hoc melius judicatur in Senatu Supplicationis, quia hæc verba veniunt ad declarationem primi membri, nam cum in eo dicatur, quod condemnati non excusantur à solutione decimæ, licet sententiæ revocentur instantia gravaminis, & in ultimo detur eis jus agendi contra victores, ut ab eis repetant decimam, quam solverint, utique si non solverint, non est quid repetant, & ubi verba legis non conveniunt, non convenit dispositio *L. 4. §. toties*, ubi *Paul. ff. de damn. infect.* & quia regulari rigurosa est, strictè debet interpretari, vel quilibet Senatus sua practica utatur, & melius foret, quod invictissi-

mus Rex adhiberet decisionem inter utrumque Senatum, vel sciamus qualiter regula hæc sit intelligenda, & cessent dissensiones.

ALLEGATIO LXXXVIII.

In qua agitur de regula 22.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de regula 22.
- 2 Tempus quinque annorum datur ad exigendas decimas à condemnatis.
- 3 In crimine adulterii datur marito quinquennium ad accusandum.
- 4 Quod intelligitur de adulterio simplici, secus si cum incestu.
- 5 Illud quinquennium procedit, ubi agitur de adulterio per viam actionis, secus si per exceptionem.
- 6 In petendis debilis, quæ ceciderunt in commissum datur quinquennium.
- 7 In exactione gabellæ de jure Lusitano dantur sex menses publicanis, seu gabellariis.
- Ibid. Quid de jure Castellæ.
- 8 Tempus quinque annorum computatur à die transitus sententiæ per Cancellariam, vel est descripta in libro illius.
- 9 Ampliatur in sententiis maioris, & minoris summe quadraginta numerum exclusivè.
- Ibid. Declarando, quod in illis non curret quinquennium, nisi ab eo die, quo descriptæ sunt in libro verborum Cancellariæ.
- 10 Referuntur verba Ord. citata.
- 11 Illud quinquennium currit conductoribus, & receptoribus.
- 12 De brevitate in discutiendis processibus super decimas.
- 13 Quinquennium non currit, quando debitores non sunt solvendo.
- 14 Non procedit d. reg. 22. data interruptione.
- 15 Nec procedit in impedito tali impedimento, quod remove non potuit.
- 16 Nec procedit ubi conductori, vel recepta-

ceptatori defuncto intra quinquennium succedit pupillus.

17 Quod si hæres est minor, & in eo perficiatur præscriptio, locum habebit restitutio.

18 Sunt alii casus, in quibus dormit præscriptio remissivè

IN regula 22. ita disponitur: E por-
 1 q̄ os nossos recebedores da nossa Chan-
 cellaria, e rendeiros della, assim da nossa
 Corte, como do Cível, sejaõ deligentes, e
 com maior cuidado arrecadem as ditas
 dizimas: ordenamos, e mandamos que
 do dia que a sentença principal passar pe-
 la Chancellaria até cinco annos conti-
 nuos, ou do dia que a verba da sentença
 for posta no livro das verbas, como se deve
 fazer, quando a parte não tirar sentença
 do feito, ou deixe jazer na arca da nossa
 Chancellaria, os ditos recebedores ren-
 deiros trabalhem de demandar, e arre-
 cadar as ditas dizimas, e passados os
 ditos cinco annos, as não possaõ mais
 demandar, nem ser sobre ellas mais ouvi-
 dos: e os recebedores que as não arre-
 cadarem, as paguem de suas casas, sem
 mais as poderem cobrar das partes: e
 porque os ditos recebedores, e rendeiros
 não tenhaõ razaõ de se escusarem, por os
 feitos que sobre as ditas dizimas se tra-
 tarem, serẽ retardados em poder dos Ful-
 gadores, mandamos ao Regedor da Casa
 da Supplicação, e ao Governador da
 Casa do Cível, que tanto que alguns feitos
 sobre as ditas dizimas forem conclusos,
 os façaõ despachar, ordenando para isso
 meza, e os Desembargadores, que para
 o despacho de taes feitos forem necessa-
 rios Empero esta arrecadação que se ha
 de fazer em cinco annos, se entenderá nas
 pessoas que tiverem fazenda, porque pos-
 samos haver nossa dizima, porque nos ou-
 tros ficar á resguardado haver se em qual-
 quer outro tempo que se puder haver.

2 In hac regula 22. constituitur tem-
 pus quinque annorum ad exigendas de-
 cimas à condemnatis; cur autem hoc
 tempus quinque annorum statutum sit
 non minus, vel maius, non est reddend-

da ratio, sed quia sic placuit, juxta L.
 non omnium 19. ff. de legib. ubi glossa
 exemplificat in ufucapione, in qua sta-
 tuitur triennium, & non biennium, gloss.
 verbo, compleverint, in capit. unic. de
 etate, & qualit. lib. 6. sicut etiam, & in
 crimine adulterii datur marito tempus
 accusandi usque ad quinquennium ex
 die commissi criminis, ex L. mariti 29.
 §. sex mensium, vers. præterea, ff. de adult.
 L. adulter. 20. Cod. eod. Tyt. lib. 3. 2. tom.
 crimin. cap. 37. num. 6. Balb. de præscript.
 4. part. 4. princip. quest. 2. num. 9. Ful.
 Clar. in præct. crimin. §. adulterium, n.
 ultim. intelligendo de adulterio sim-
 plici, secus de adulterio cum incestu,
 quia tunc non minori spatio, quàm 20.
 annorum præscribetur, ex regul. L.
 querelam, Codic. de falsis, Ful. Clar. ubi
 proximè, & quoniam opponitur per
 viam accusationis, secus per viam exce-
 ptionis, quia tunc perpetuo de eo exci-
 4 pici potest, ex Bald. in quest. 13. & Alex.
 num. 17. vers. ultra ea, in L. cum mulier
 ff. solut. matrim. Tyber. d. cap. 37. n. 7.
 Menoch. conf. 31. num. 34. lib. 1. Barbof.
 L. 2. ff. solut. matrim. 1. p. n. 133.

Sicut etiam, & in petendis rebus,
 quæ in commissum ceciderunt, statutum
 est tempus quinque annorum, ex L. 2.
 Cod. de vectigalib. & commiss. ibi: Ne-
 que commissum, quod ante quinquennium
 factum dicitur, si lite res anticipata non
 est, vendicari potest, & ibi notant Bart.
 dicens esse valde notandum, Bald. An-
 gel. & Salicet. Idem probatur in L. 6.
 ad fin. titul. 7. part. 5. ubi applicat ad
 exactores portariorum, ut elapsis quin-
 que annis non possint amplius petere
 res, quæ ceciderunt in commissum ob
 non solum portagium, & verba illius
 legis sunt, hæc; Otrósi dezimos, que si los
 portadgueros fueren negligentes en no e-
 mendar por cinco años las penas, y los de-
 5 rechos sobredichos, a los que tales yerros
 huvieffen hecho, que dende en delante no
 lo poderian demandar ni a ellos, a sus he-
 rederos; & ibi notant Montalvus, &
 Gregor. Lop. Girona de gabell. p. 12. n. 2.
 Azeved. L. 7. n. 11. tit. 11. lib. 6. novæ coll.

7. Et in exactiōe gabellæ de jure Lusitano statuitur spatium sex mensium publicanis, seu gabellariis computandum post tempus conductionis finitum, ut habetur in *articulis das sizas*, cap. 42. in princip. vers. & querendo, & de jure Castellæ statuitur tempus de quo in *L. 19. & 20. titul. 17. lib. 9. novæ collect.* ubi *Azeved. Lazarte de decima vendit. cap. 18. à num. 68. Girona de gabell. 4. part. §. 2. à num. 16.* & in alio casu de quo in *L. fin. Cod. de postlim. revers.* ubi notant *Bald. & Salic. Imol. cap. 1. n. 11. de pign. Hipp. conf. 136. n. 34.*
8. Secundo statuitur in eadem regul. 22 quod tempus illud quinque annorum computetur ab eo tempore, quo vel sententia transferit per Cancellariam, vel descripta est in libro Cancellariæ, in quo describuntur verba, prout fit, quando pars non expedit sententiam per Cancellariam, vel eam reliquit in arca Cancellariæ, quod non solum admittetur in sententiis, quæ debent transire per Cancellariam, sed etiam in sententiis summæ quingentorum, & quadraginta numerorum inclusivè, quas scribæ Prætorum Curialium tenentur in libro annotare, & deferre in fine cujuslibet mensis ad Cancellariam, ut ex eo, & ex scriba Cancellariæ sciatur, an omnes illæ sententiæ sint extractæ, & earum decimæ, & jura Cancellariæ soluta, & earum, quæ non sunt extractæ, faciat scriba Cancellariæ verba describere in libro, & conficiat chartas executoriales ad exigendas decimas talium condemnationum, ut disponitur in *Ordin. antiq. lib. 1. titul. 19. in princ. & §. 1. & in Ordin. nova lib. 1. titul. 24. §. 36.* nam & in his non habebit locum præscriptio, de qua in *d. regul.* nisi ab eo die, quo descripta sunt in lib. verborum Cancellariæ.
9. Verba autem illius Ordin. hæc sunt: *Item cadahum dos ditos Escrivaens fará hum livro em que escreva as sentenças que cadahum dos ditos Corregedores der, que sejaõ de quinhentos, e quarenta reis para cima, pondo o dia, mez, e anno, e lugar em que he dada, e onde moraõ as partes, e a causa, ou quantidade que he julgada, fazendo tal declaração dos nomes das partes, que em certo se possa saber quem saõ, e onde moraõ; o qual livro levarão em fim de cada hum mez á Chancellaria, para por elle, e pelo Escrivaõ da Chancellaria se saber se saõ tiradas todas as ditas sentenças, e a dizima, e a Chancellaria para nós arrecadadas, e as que não forem tiradas o Escrivaõ da Chancellaria fará assentar as verbas no livro, e faça as cartas de execuçaõ, por que as dizimas das taes condemnaçoens se arrecadem.*
10. Tertio quod non solum illud tempus præscribitur conductoribus decimarum, sed etiam receptoribus, qui decimas, & jura Cancellariæ recipiunt, quando non existunt conductores, sed tenentur eas solvere Regi de bonis suis, absque recurso contra partes condemnatas. Quarto deciditur in hac nostra regula 22. ad tollendas querimonias conductorum, & receptorum de mora in discutiendis processibus super decimas ventilatis, dum sunt penes iudices, quod Rector, & Governator, quilibet in suo Senatu, quando tales processus fuerint conclusi in finali, mensam ordinent, & Senatores necessarios ad sententiam pronuntiandam designent.
11. Ultimo statuitur, quod illud tempus 5. annorum procedat in illis personis, quæ decimas debent, & sunt solvendæ; quia contra alios, qui propter præsentem paupertatem, & inopiam non possunt solvere, possunt conductores, vel receptores quocumque tempore, quo eis supervenerint bona, ab eis exigere, nam cum in eo relevantur, ut non carcerentur, nec exequantur, quoniam bona non habent, in alio gravantur, ut possint quocumque tempore exigi, si fiant solvendo, & ita consulitur gabellariis; & receptoribus juxta *L. secundum naturam 10. ff. de regul. jur. regula qui sentit, de regul. jur. in 6. & dixi super regul. 14.*
12. Non tamen ea regula procedit data interruptione ex parte conductoris, vel receptoris, juxta *L. ult. Cod. præscript.*

ALLEGATIO LXXXIX.

30. annorum, Balb. de præscript. 3. p. 6. princip. quæst. 4. à num. 2. Ordin. lib. 4. titul. 79. §. 1. & apud Castellanos d. L. 20. titul. 17. lib. 9. novæ collect. ad fin. ubi Azeved. & Gironda de gabell. 4. part. §. 2. à num. 18. Nec etiam procedet in impedito tali impedimento, quod removere non potest, ex L. quibus diebus 40. ff. de condition. & demonstr. cap. quia diversitatem 5. de concess. præbend. Menchac. controvers. illustrium lib. 2. cap. 60. Gironda d. §. 2. n. 27.

16 Nec procedet quando conductori, vel receptatori defuncti intra illud quinquennium succedit pupillus, in cujus ætate pupillari dormit præscriptio, & non currit, ut probatur in L. sicut, vers. sed pupillari, Cod. de præscript. 30. annor. Balb. de præscript. p. 1. 6. partis, à n. 20. Hieronym. Schurph. cons. 78. numer. 6. Centuria 2. Molina Theolog. de justit. & jur. 1. tom. disput. 78. vers. præscriptio cessat, & si hæres est minor, & in eo perficiatur præscriptio, locum habebit restitutio in integrum, ex dict. gloss. L. sicut, & L. fin. Cod. in quibus causis in integrum restitut. non est necessaria, Balb. dicto loco, num. 33. & num. 38. Scurph. dict. cons. 78. num. 6. Ordinat. Lusitan. lib. 4. titul. 80. §. 3. in antiq. & lib. 4. tit. 79. §. 2. in nov. Gom. 2. tom. cap. 14. n. 3. Sfortia Oddus de restit. 2. part. quæst. 88. articul. 4. Caldas, L. si curatorem verbo, sua facilitate à numer. 46. Leonard. Lessius lib. 2. de virtutibus Cardinalibus, sect. 1. dubitat. 18. Sunt, & alii casus, in quibus dormit, & non currit præscriptio, de quibus per Molin. dict. sect. 1. dubitat. 16. vers. dico post, Sylvest. verb. præscriptio 1. n. 9.

- 1 *tia definitiva, vel habent vim definitivæ tenetur deponere in Cancellaria 900. numos regales.*
- 2 *Ea pecuniæ consignatio debet fieri intra duos menses à tempore publicationis sententiæ.*
- 3 *Duo menses debent intelligi de 61. die.*
- 4 *L. ubi lex 102. ff. de regulis juris procedit ex benignitate, & reprobatur Menoch.*
- 5 *Si duo menses cadant in anno bissextili satisfiet licet in ultimo die deponat.*
- 6 *Non procedit, ubi sententia profertur contra absentem, dum non habet scientiam illius.*
- 7 *Licet tempus à lege assignatum sit continuum, tamen ubi de incommodo absentis agitur, non currit nisi à die scientiæ.*
- 8 *Indubio præsumitur, quod ignoravit.*
- 9 *Secundò limitatur in minoribus, & aliis, qui habent restitutionem.*
- Ibid. *Restitutio ea dari potest per iudices, qui gravamen sunt concessuri, aliis datur per Regem.*
- 10 *Coram quo debet peti restitutio, an coram iudice à quo, an coram iudice ad quem, quando minor fuit læsus, & n. 11. & 12.*
- 13 *Si concedatur prima restitutio, & ea lapsa sit, non dabitur secunda.*
- 14 *In quolibet articulo datur unica restitutio.*
- 15 *Circa maiores non possunt restitui ad prosecutionem gravaminis, quam in tempore ordinario non sunt persecuti.*
- 16 *Quod si sint restituti, & labatur tempus, an debeant audiri.*
- Ibid. *Restitutio non debet plus operari, nec maius tempus indulgere, quam fuit ordinarium.*
- 17 *Pauper relevatur ab obligatione deponendi, & satisfacit jurando, quod non habet, & dicendo orationem dominicam pro anima Regis Domini Dionisi.*
- 18 *In tempore Ordinat. antiquæ ea oratio dicebatur in domo Cancellariæ, & per novam jubetur dici in audientia.*
- 19 *Depositio pecuniæ debet fieri antequam*

ALLEGATIO LXXXIX.

In qua agitur de regul. 23.

SUMMARIUM.

1. *Agitur de regula 23.*
 Ibid. *Qui gravamen interponit à senten-*

pars citetur, & agatur de gravamine, & ita praticatur.

20 Si pars obtineat, vel in totum, vel in maiori parte, redditur ei sua cautio.

21 Idem quando de gravamine non cognoscitur.

22 Si ambæ partes gravamen interponant à sententia, uterque debet suam cautionem deponere.

23 Non est commune gravamen unius alteri parti, sicut est appellatio.

In regula 23. sic disponitur: Dos agravos que sairem dante o Corregedor da nossa Corte, Ouvidores da nossa Casa da Supplicação, ou sobre Juizes da nossa Casa do Cível, onde outros quaesquer Julgadores de que caiba agravar, pagarão a parte que agravar, se lhe o agravar for recebido, novecêtos reis, os quaes lhe serão tornados por carta dos Desembargadores dos agravos, se por elles a sentença for revogada, ou a mayor parte della, e de outra guiza não. In hac regula constituitur, quod conquerentes, sive supplicantes à sententiis latis per Præsides Curiales, vel per Senatores inferioris Curiae, debent solvere in Cancellaria illam summam pecuniae: quod habet locum tantum quando sententiae sunt definitivae, vel habent vim definitivae, ex *Ordinat. lib. 3. titul. 77. §. II. in antiq. & lib. 3. titul. 84. §. 4. in novis*; non autem habet locum in gravaminibus ab interlocutoriis tantum.

2 Haec autem pecuniae consignatio fieri debeat intr. duos menses à tempore sententiae publicationis computandos, ex *Ordin. ibi: Pagarão o dinheiro que pelo dito agravar he ordenado dentro de dous mezes contados da publicação da tal sentença*. Et notandum est, quod duo menses debent intelligi juxta *L. ubi lex 102. ff. de regul. jur. ubi Paul. J. C. habet: Ubi lex duorum mensium fecit mentionem, &*

3 *qui sexagesimo die venerit, audiendus est, ita enim Imperator noster Antonius cum divo fratre suo rescripsit. Ubi glossa ponit alias Concordantias, gloss. fin. & Alb. L. 1. Cod. de temp. appell. & Brisson. lib. 1. p.*

de verbor. signific. fol. 391. & dicunt Decius ad fin. & Cogn. d. L. ubi lex; quod hoc procedit ex benignitate, & in materia favorabili; & idem profitetur Alciat. L. cum bissextus 98. ad fin. ff. de verborum significat. Bardus de tempore utili cap. 2. numer. 2. sed reprobatur Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 7. casu 50. num. 20. dicens esse mera vigilantium somnia, quia lex loquitur de bimestri, & quod excepto mense Februario, in computatione semper sexaginta unius diei erat.

Quod si cadant hi duo menses in anno bissextili, satisfiet, licet ultimo die deponat, quoniam illi duo dies pro uno habentur, ex *L. 3. §. minorem, ff. de minoribus, dict. L. cum bissextus, cum traditis ibi per Bart. Alber. num. 3. Capol. Alciat. & Rebuff. vers. utilitatis*. Limitatur tamen ea *Ordinat. ne procedat quando sententia profertur contra aliquem absentem, qui nondum habet scientiam sententiae, non currit ei tempus ad deponendam illam cautionem, ut probatur ex d. L. 1. Cod. de temporibus, & reparat. ibi: Ex eo die interponendae appellationis duorum mensium spatia ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem dicitur monstraverit: nam praesenti, qui factam nominationem cognovit, & appellare voluerit, statim duorum mensium spatia computari. Et ibi notant Bart. Alber. Bald. nam licet tempus à lege assignatum videatur continuum, tamen ubi de incommodo absentis & ignorantis tractatur, non currit, nisi à die scientiae, & quo cognovit, *L. annus 6. de calumn. L. quinquaginta, Cod. de excus. tut. L. genero 8. ff. qui not. infam. ubi Bart. num. 3. Alb. & Bald. uterque num. 2. Fulgos. num. 5. Paul. num. 4. Bardus de tempore utili, cap. 8. num. 1. & hoc jure utimur, & est in praxi receptum, & in dubio praesumetur, quod ignoravit, nisi contrarium probetur, *L. verius, ff. de probat. Regula praesumitur lib. 6. gloss. & Bald. L. 1. Cod. de temporib. appellat. gloss. §. qui autem, instit. de accusat. tutorum.***

9 **Secundò** limitatur in minoribus, & aliis qui jure restitutionis utuntur, qui si intra duos menses non deposuerint in Cancellaria dictam summam, restituentur ad deponendum, & prosequendum gravamen per judices, qui illud sunt concessuri, alii autem ad Regem recurrere debent, ex *Ordinat. lib. 3. titul. 77. §. 15. in antiq. & lib. 3. titul. 84. §. 9. in novis*, ibi: *E naõ pagando os agravantes o dinheiro do agravo, ou pagando, e naõ o seguindo aos tempos acima declarados, naõ o poderão mais seguir, nem sejaõ a isso mais admittidos, salvo mostrando taõ legitimo impedimento, e necessario, por que o naõ puderaõ fazer, e neste caso se socorrerão a nós, e nós proveremos como for direito, salvo se allegarem serem menores, e que lhes deve ser concedida restituição, porque nestes casos os poderão prover os Juizes que lhes houverem de conceder o agravo, ou os que delle houverem de conbecer, sem mais virem a nós.* Docent *Gama dec. 38. numer. 1. Cabed. dec. 42. n. 4. in 1. part.*

10 Ex hac *Ordinat.* videtur comprobari doctrina *Bart. in L. præses num. 6. Cod. de apell.* ubi quærebat coram quo minor posset petere restitutionem, quando læsus erat in eo, in quo non fuit prosecutus appellationem, an coram iudice, à quo, an coram iudice, ad quem, & dicit quod quando minor appellavit, & non est prosecutus, ista læsio contingit coram iudice ad quem, coram quo debet prosecutio fieri, ideo ipse restituet, & dicit esse casum in ea lege; sed si minor non appellasset, & vellet restitui ad appellandum, tunc ista læsio contingit coram iudice, à quo, quia coram eo deberet appellare, ideo coram ipso restitutionem petet; & tandem concludit, quod etiam coram superiore possit peti restitutio per *L. 1. Cod. si sæpius in integrum restitut. postul.* ubi dicit illum text. hoc directo probare, teneatis menti.

11 Cæterum *Alber. Bald. Salicet. & Paul.* tenent in *L. præses*, quando minor in termino non est prosecutus appel-

lationem, & sic indiget restitutionem in integrum, quod ista restitutio debet concedi per iudicem appellationis; quia coram eo contingit læsio, si appellatio jam erat interposita, & sic negotium, & jurisdictionis erat devoluta ad iudicem appellationis; sed si appellationem non interposuit intra decem dies, quod tunc læsio contingit coram iudice à quo, ideo ille erit, qui debet restituere secundum *Jacobum de Aret. & dicit Paul.* quod non habet in se rationem; quod *Bartol.* putat de minore, qui non appellavit, quod possit etiam petere restitutionem coram iudice superiore; quod etiam tenet *Rebuff. ad leges Gall. titul. de restit. in præfation. à n. 16.* nihil ominus tamen opinionem *Bart. in ultimo membro*, probat *Angel. d. L. Cod. si sæpius in integrum restit. & Greg. l. 3. tit. 26. part. 3. verbo, Delante*, dicens melius probari per legem ibi, & cum sequuntur etiam *Aufrer. ad Capell. quest. 393. & Sfortia Odus de restitut. quest. 32. num. 128.* dicens, quod semper restitutionem petere potest coram superiore, ex *Aufrer. & Ruin. cons. 129. numer. 17. lib. 5.* ubi intelligit *d. L. 1. Cod. si sæpius in integrum restitut.* de alio superiore, qui iudex non sit appellationis, sed per *Ordinationem* ubi supra videtur probata opinio *Bartol.* dum admittit, quod eam restitutionem possit concedere, tam iudex à quo, quàm iudex ad quem.

12 In hac secunda limitatione illud advertendum censeo, quod si minor, vel quilibet alius, qui jure restitutionis utuntur ad instar minorum, ut sunt Ecclesiæ, civitates, municipia, & alii de quibus in *L. Orphanotrophos, Cod. de Episcopis, & Clericis, Maranta de ordin. judic. 6. part. actu 2. à. num. 97. Sfortia Odus de restitution. 1. part. quest. 3.* restitutionem petant, & impetrent, & finant labi tempus, non indulgebatur alia restitutio, quia semel tantum conceditur ex *L. dominica, §. 3. & Ordin. lib. 3. titul. 41. §. 7. ad fin.* ibi: *Nem se concederá outrosi em caso algum mais que huma só restituição.* Idem quod in quolibet articulo conce-

datur unica restitutio, docent *Maurit. de integrum restit. cap. 260. & Azeved. L. 3. num. 40. titul. 8. lib. 4. novæ collect. Cabed. dec. 200. n. 4. in 1. p.*

- 15 Circa maiores non possunt restitui ad prosecutionem gravaminis, quod in tempore ordinario non sunt prosecuti, nisi per Regem, vel per Senatores Palatii, quibus hoc est commissum ex *Ord. ubi supra, & in novo regimine §. 91. lib. 1. fol. 263.* Si autem maiores impetraverint restitutionem à Rege, vel à Senatoribus Palatii, ut admittantur, vel ad deponendam summam in Cancellaria, quam in tempore ordinario non deposuerunt, vel ad prosecutionem gravaminis, quam omiserant facere intra duos menses computatos à transitu sententiæ per Cancellariam, & à tempore diplomatis concessit sinant labi alios duos menses, an debeant audiri, si extra eos, vel deponant, vel prosequi velint gravamen; & videtur, quod non; quia restitutio illa concessa non debet plus operari, nec maius tempus indulgere quàm fuit ordinarium, ex *L. quod si minor, §. restitutio, ff. de minoribus, L. sed et si per prætorem 26. §. cum feriæ, & §. quoties, ff. quibus ex causis maior, Bart. n. 8. Alber. num. 6. Bald. num. 9. Ang. num. 4. Salic. num. 6. vers. sed pro concordia, in L. fin. Cod. de temporib. in integrum restitut. petent. Maurit. de in integrum restit. cap. 43. n. 6. & d. cap. 260.*

- 17 Tertio limitatur in paupere, qui non habet facultatem ad deponendum illam summam, quia jurando quod non habet, satisfacit dicendo orationem dominicam pro anima Regis Domini Dionisii, dummodo certitudinem extrahat, & præsentet intra tempus, quo aliàs tenebatur pecuniam deponere, ex *Ordin. antiqua lib. 3. titul. 77. §. 16. & ex Ordin. lib. 3. titul. 34. §. 10. in novis:* tamen est differentia; quia tempore *Ordinat. antiquæ* ea oratio dicebatur in domo Cancellariæ, nunc autem ex nova *Ordin.* jubetur, quod dicatur in audientia, idest in domo, ubi partes audiuntur iudice sedente pro tribunali.

Non omitto, quod illa verba nostræ regulæ, ibi: *Pagará a parte que aggravar, se lhe o agravo for concedido, novecentos reis:* videntur probare, quod post concessum gravamen debeat interponi illa cautio, sed non est hoc in practica, imò observatur, quod prius fiat depositio pecuniæ, & postea citetur pars ad prosecutionem gravaminis, *Ordinat. dict. tit. 77. §. 13. & à tit. 84. §. 6.* quod si pars in gravamine obtineat, vel in maiori parte jubetur ei restitui prædicta cautio, ex *dict. Ord. tit. 77. §. 19. & tit. 84. §. 13.* ubi idem dicit, quando de gravamine non cognoscitur, quia facta fuit depositio cautionis extra tempus, & idem est quando non fuit prosecutum infra duos menses à die, quo sententia transivit per Cancellariam, vel pars, quæ gravamen interposuit, ab eo destitit, & ut possint partes repetere pecunias depositas ad prosequenda gravamina, jubentur asservari in arca destinata in Cancellaria per quandam provisionem factam anno salutis 1527. quæ versatur inter regulas Cancellariæ.

Adde quod si ambæ partes gravamen interponant à sententia, uterque tenetur cautionem deponere, quia gravamen unius non est commune alteri parti, quæ gravamen non interposuit de sententia, vel quæ non deposuit, ex *Ordin. dict. tit. 77. §. 18. & d. tit. 84. §. 12.* ibi: *E se ambas as partes agravarem, e huma dellas samente pagar o agravo, e o apresentar em tempo devido, não será provida a outra parte que o agravo não pagou em tempo, posto que achem que he agravada, porque posto que o feito seja trazido ao agravo, não fica commum para ser provido a ambas as partes contrarias, como de direito he na appellaçõ.* Docet *Alvar. Valasc. consult. 51. n. 25. in 1. p.*

ALLEGATIO XC.

In qua agitur de regula 24. in materia revisionis.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de regula 24.
- 2 Revisio conceditur de sententiis, à quibus non datur alia instantia appellationis, vel gravaminis.
- 3 Sunt revisiones in duplici differentia.
- 4 Idem de jure communi.
- 5 Nemo potest hanc revisionem concedere, nisi solus Rex, & n. 6.
- 7 Fit injuria iudicibus, à quorum sententiis revisio petitur.
- 8 Hujusmodi revisionibus de jure erat statutum tempus decem dierum.
- 9 In Regno Franciæ statutum est tempus bienii.
- 10 In Regno Lusitano dantur duo menses à tempore latæ sententiæ.
- 11 In sententiis latis in Senatu Indiarum, datur biennium.
- 12 Referuntur verba Ordin.
- 13 Ex causa admittuntur supplicationes ad revisionem, etiam elapso illo tempore.
- 14 Ex causa restitutionis minoris.
- 15 Qui supplicare volunt, postulant in audientia processus.
- 16 Debent supplicationes esse subscriptæ per unum ex advocatis Senatus.
- 17 Quando revisio fit ex gratia, nihil est probandum exterius.
- 18 Si autem petatur per viam justitiæ, poterunt partes probare causas adductas.
- 19 Poterunt facere allegationes juris, etiam ubi petitur ex gratia.
- 20 Casus in quibus jure Castellæ denegatur revisio remissivè & in Regno Lusitano, remissivè.
- 21 Quando à sententiis latis in Senatu Portugallensi Supplicationes non dantur.
- 22 Quid si excedant summas taxatas, &

offerantur intra duos menses.

- 23 Quid faciet pars, antequam agatur de concessione revisionis.
- 24 An admittatur supplicatio ad revindendum, quando semel denegata fuit.
- 25 Princeps si velit, potest rursus concedere.
- 26 Quando censeatur revisio semel denegata.
- 27 Quando causæ finiuntur in duabus instantiis, vel in una, & ascendunt summas, de quibus hic potest dari revisio.
- 28 Princeps concedere poterit revisionem, quando censerit aliquem ex Senatoribus, qui fuerit in sententia, esse suspectum.
- 29 An habeat locum in sententiis habentibus vim definitivæ.
- 30 Non annullatur deliberatio Senatoris data in revisione, licet moriatur antequam secundus deliberet.
- 31 Qui supplicationem facit ad revindendum, tenetur summam deponere, de qua hic.
- 32 Quod limitatur in paupere ad arbitrium Regis.
- 33 Ea dispositio debet præcedere revisionem.
- 34 Ea cautio amittitur in totum, vel in parte, prout succubuerit in totum, vel in partem.
- 35 Hujusmodi cautiones quoniam amittuntur, non cedunt in commodum publicani, vel conductoris.

IN regula, 24. sic disponitur: Se algum houver alvará nosso por que lhe revejaõ algum feito, o que tal alvará de nós impetrar, porá cauçaõ em maõ do recebedor da nossa Chancellaria de 30. escudos em ouro, ou em sua verdadeira valia, & sendo a sentença revogada pelos Desembargadores do caso da revista, ser-lhe haõ tornados os ditos trinta escudos que assim poz em cauçaõ, per carta passada pelo Juiz do feito: & naõ sendo revogada, se-lhe naõ tornarãõ, & ficarãõ em maõ do dito recebedor, posto que a Chancellaria seja arrendada, por caso que o seja, os naõ

baõ de haver os rendeiros & sempre se arrecadaraõ para nós.

- 2 In hac regula tractatur de materia revisionum, quæ conceduntur ad revivendos processus post latis sententias, à quibus non datur alia instantia ordinaria per viam appellationis, vel gravaminis, ad corrigendos errores, & injustitiam earum, & sunt in duplici differentia:
- 3 nam aliquando petuntur per viam justitiæ, quando pars allegat latis esse sententias per falsas probationes, vel per falsa instrumenta, declarando, & specificando falsitatem, quæ ante sententiam non fuit allegata, vel si fuit allegata, non fuit recepta, vel quod sententia fuit lata per iudices corruptos, vel muneribus depravatos, aut ex gratia speciali, quamvis prædictæ causæ non allegentur, ex *Ordin. lib. 3. titul. 78. in antiquis, & lib. 3. titul. 95. in principio in novis*, & apud Castellanos in *L. 1. & 2. titul. 20. lib. 4. novæ collect.* apud Gallos in *L. de supplicationibus*, quam edidit Ludov. XI. & est situata in 1. tomo ad leges Gallie tit. de supplic. apud Neapolitanos in rubr. 26. & de materia agunt *Rebuff. in eodem tractatu de supplicatione. Gonçal. Soares in sua practica civil. 7. part. 1. tomo, capit. unic. dominus Ludov.*, à *Peguera d. rubr. 26. Monteroso in sua practica, tractatu 5. cap. 8. Alvar. Valasc. consult. 51. lib. 1. Cabed. dec. 67. in 1. p.*
- 4 Quod idem est de jure communi ex *L. 1. Cod. de sententiis præfect. Prætor. L. si quis, Authent. quæ supplicatio, Cod. de precibus Imperator. offerend. Speculat. de supplicat. §. 1.* nam cum per supplicationem tractatur de præjudicio tertii in jure, quod habet acquisitum ex sententia, quæ transivit in rem judicatam, nemo hoc facere potest, nisi Princeps, ex
- 5 *L. 1. §. ultim. ff. de quæstionibus, L. divi fratres 27. ff. de pænis, L. 2. L. 3. Cod. sententiam rescindi non posse, Innocent. & Joann. Andr. in cap. ex literis, de in integr. restit. & ideo ad solum Principem*
- 6 competit revisionem concedere, ut agnoscunt *Rebuff. in dict. tractatu de supplicat. num. 94. Gonçal. Soares dicto*

cap. unic. numer. 121. Alvar. Valasc. d. consult. 51. numer. 2. Cabed. dict. dec. 67. numer. 5. & est de genere prohibitorum, ex *Valasc. in eadem consult. 51. numer. 1. & num. 2.* subjicit esse odiosum, quia est contra finem, qui à jure desideratur in litibus, de quo in *L. properandū Cod. de judic. cap. finem litibus de dolo, & contumacia*, & ratione injuriæ, quæ fit iudicibus, à quorum sententiis revisio postulatur, maximè in illis, quæ ex gratia Principis conceduntur contra casus à lege designatos, & ideo coarctari, tam in tempore ad impetrandum, quam in quantitate, & poena, quam tenetur deponere postulans revisionem, congruum fuit.

Hujusmodi revisionibus de communi statutum erat tempus decem dierum, ex text. in *Authent. ut sponsalitia largitas §. aliud collat. 9.* à qua deducta est dicta *Authentic. quæ supplicatio*, ad effectum, ut præstit fidejussione executio sententiæ supplicatæ fieret, ad instantiam victoris, & quando post decem dies supplicabatur, sententia executioni mandabatur sine satisfactione, & poterat fieri intra biennium, & ibi notant *Bald. & alii Guido Papa dec. 189. Maranta de ordin. jud. 6. part. actu 2. numer. 16. Rober. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 50. à num. 56.*

In Regno Franciæ statutum est tempus biennii ad supplicandum. *Rebuff. in dict. præfation. de supplicat. num. 75. Guilhelm. cap. Raynuntius, verbo, mortuo itaque testatore in 1. n. 273.* in Regno Castellæ dantur 46. dies, *Gonçal. Soares dict. cap. unic. num. 96. Peres ad L. 42. lib. 2. Ordinament. tit. 4. fol. 391. verbo, supplicans, Monteroso ubi supra num. 1. Avend. de supplic. num. 19.* In Regno autem nostro Lusitano dantur duo menses à tempore latæ sententiæ, ex *Ordin. dict. titul. 78. & titul. 95. §. 3.* ubi declarat procedere in revisionibus, quæ petuntur ex gratia, nisi sit impedita, quia computabuntur ab eo tempore, quo lata est sententia in impedimentis objectis, & in sententiis latis in Senatu Indiarum

alli-

assignatur biennium ad revisionem postulandam, ut patet ex verbis illius, ibi:

12 E para que as demandas hajaõ fim, & os vencedores naõ estejaõ sempre duvidosos de seu direito, mandamos que as revistas, que por especial graça se requerem, as peçaõ, & requeiraõ até dous mezes contados do dia que as sentenças foraõ publicadas, & sendo alguma sentença embargada, se contarão os ditos dous mezes do dia da publicação da sentença que se deu sobre os embargos; & sendo as sentenças dadas na Relação da India, as petições da revista se apresentarão no Desembargo do Paço dentro de dous annos, & naõ as pedindo no dito tempo, naõ lhe serão outorgadas, nem suas petições recebidas, & allegando as partes algumas razões; por que pareça que devem ser admittidas taes petições, dar senos-ha disso conta para mandarmos o que nos parecer. Alvar. Valasc. d. consult. 51. n. 32.

13 Quanvis jure ordinario tempus duorum mensium ad petendas revisiones contra sententias latas in Regno sit statutum, & biennium ad alias latas in Senatu Indiarum; tamen etiam elapso hoc termino, & data causa, poterunt supplicationes fieri, & admitti tam per Regem, quàm per Senatores Palatii; quod probatur ex eorum Regimine lib. 1. Ordinationis in nov. fol. 288. §. 32. quod poterit procedere respectu minorum, vel aliorum, qui restitutionis auxilio utuntur, quia restitutionis beneficio admitti poterunt eorum supplicationes oblatae post illud tempus, ut per multa fundamenta docet Peres d. L. 42. Ordinament. verbo, dentro de otros vinte dias fol. 294. & Azeved. ad L. 1. n. 10. tit. 20. lib. 4. contra Avend. de secund. supplicat. num. 19. Valasc. d. n. 32. ad fin. vel ex aliis de quibus Gonçal. Soares d. cap. unic. num. 123.

15 Qui autem supplicare volunt, postulant in audientia ab actuariis sibi communicari processus, quod probatur in L. 2. tit. 5. part. 3. Extravagant. & Ordin. d. tit. 95. §. 14. ibi: E quando as partes quizerem fazer petição de revista,

pedirão para isso os feytos findos em audientia, & os Escrivaens lhos naõ darão som isso, & na audientia lhos mandarão dar, inda que a parte contraria o contrarie, & diga, & allegue que tem embargos. Et debent hujusmodi supplicationes esse subscriptæ per unum ex advocatis utriusque Senatus ex Ordin. d. tit. 95. §. 13. & in regimine Senatorum Palatii, tam in antiquo in L. 1. §. 139. tit. 4. part. 1. Extravag. quàm in regimine novo §. 36. ibi: E as ditas petições que se haõ de receber, serãõ assinadas por hum dos procuradores das ditas cazas, & de outra maneira as naõ receberão.

17 Quando sententiæ revidentur ex gratia Principis nihil probandum est exterius, sed per adducta in actis, ut docent Rebuff. in dict. præfation. num. 80. Peres dicto loco, fol. 292. versic. est tamen dubium, Azeved. L. 2. tit. 20. lib. 4. Andr. Gayl. lib. 1. practicarum observation. cap. 154. numer. 2. dicens in revisione non habere locum L. per hanc Cod. de temporib. appellation. quod si petatur per viam justitiæ, poterunt probare causas adductas, ex Ordin. dict. tit. 78. §. ultim. & d. tit. 95. §. fin. ibi: E quanto ás outras revistas que naõ saõ por especial graça, poderão as partes allegar, & provar as causas por que lhes foy concedida a revista, & sejaõ sobre isso ouvidas em seu direito. Poterunt tamen facere allegationes juris, etiam ubi petuntur ex gratia, ex §. 7. illius Ordin. nam rationes juris semper admittuntur, ex traditis per Andr. Gayl. lib. 1. practicar. observation. cap. 107. num. 13. & possunt Judices alia expedire pro decisione causæ, quæ jubetur revideri, de quibus in eodem §. 7.

20 Casus autem, in quibus de jure Castellæ denegantur revisiones, profsequuntur Avend. de secunda supplication. à n. 6. & Monteroso in 5. tractatu cap. 7. de supplicat. à num. 2. & apud nos ponit dict. L. 1. tit. 4. §. 114. & sequentib. p. 1. Extravagant. Ordin. d. tit. 95. §. 8. & seqq. & in regimine novo Senatorum Palatii à §. 32. Alvar. Valasc. d. consult. 51. à

num. 33. *Cabed. dec. 63. à num. 3. in 2. p.*
& vide eundem *Aresto 42. eadem part. 2.*
Rebuff. d. præfat. à num. 44.

21 In sententiis autem definitivis latis in Senatu Portugallensi non admittuntur supplicationes, ex *Ordin. d. tit. 95. §. 8.* quando de prima instantia ad eum deferuntur processus, & inde ad Senatum supplicationis per gravamen, ubi etiam fuerint iudicati, si non excedant summam centum millium numerum regalium in bonis immobilibus, & summam centum quinquaginta in bonis mobilibus ejusdem monetæ, licet supplicationes offerantur intra duos menses, & allegent pro se habere aliqua vota; & est ratio; quia quando processus sunt iudicati in tribus instantiis, videtur quod iura partium fuerunt examinata prout expediebat; quod procedit si sententiæ utriusque Senatus sint conformes, licet vota fuerunt varia, & ad hunc effectum jubet quod sententia iudicis, & auditoris reputentur pro una instantia.

22 Quod si excedant dictas summas, poterunt fieri, & offerri dictæ supplicationes infra duos menses, quod probatur ex *regimine Senatorum Palatii §. 116. & in novo regimine §. 34.* summa autem illa inclusivè, vel exclusivè debet intelligi attento tempore, quo iudicium cœpit, licet postea valor creverit, ex *Bald. & Angel. L. si idem §. ultim. ff. de jurisdiction. omnium iudic. Avend. de secunda supplication. num. 15. & in eodem §. 8. ad fin.* deciditur, quod non conceduntur revisiones, si latæ sint tres sententiæ conformes in quacumque quantitate, & licet supplicans dicat se habuisse in causa aliquas deliberationes pro se: & antequam agatur de concessione revisionis, pars facit supplicationem, in qua allegat omnia, quæ faciunt ad suum intentum in jure, & in factò, & offert Senatoribus Palatii, & de ea jubetur alteri parti, ut respondeat, & cum sua responsione, si putent partes conquerentes esse gravatas, committunt duobus Senatoribus, ut informet, an casus sit revisionis, ut habetur in *dict. §. 34. versic. as quæes peti-*

coens, & eundem stylum de communicando processu parti adversæ, docet *Andreas Gayl. dicta observ. 154. n. 2.*

Additur in §. 9. in *dicta Ordin. tit. 95. §. 9. in novis*, quod non admittatur supplicatio ad revidendum, si semel denegata fuerit, vel casus sit iudicatus, ut videre est ex verbis illius, ibi: *E bem assim naõ se tomará petição de revista, depois de huma vez ser denegada, ou julgado o caso della em Rellação, ou depois de eu mandar que a tal petição se naõ admitta.* Quod etiam de jure probatur ex *L. si quis, Cod. de precib. Imperatori offerend. Doct. in cap. ex litteris, de in integrum restitut. Aufser. ad Capell. Tolosan. quest. 479. Rebuff. in d. præfation. num. 43. Andr. Gayl. lib. 1. practic. cap. 155. num. 3.* Quævis si Princeps velit, possit rursus concedere, quia hoc est ei voluntarium. *Bald. L. fin. Codic. de legib. Rebuff. d. loco, numer. 44. & 45. Alvar. Valasc. d. consult. 51. numer. 49.* ubi magistraliter docet, quando censeatur revisio semel denegata, adde *Cabed. d. dec. 12. à numer. 7.* quod intelligit *Rebuff. d. num. 44.* respectu partis, quæ supplicavit, & succubuit, non autem alterius partis, quæ victa est in revisione, quæ supplicare potest, ex *Guid. dec. 345. & consil. 139. col. 2.* quod tamen in nostra Lusitania non admittitur ex *Cabed. dec. 12. num. 29.* & vide in hac materia *Theaur. dec. 246.*

Adde etiam quod in processibus qui de prima instantia deferuntur, ad aliquem ex Senatibus per appellationem, vel gravamen, in quibus non dantur nisi duæ instantiæ, vel qui finiuntur de prima instantia, in quolibet eorum, veluti in causis, quæ iudicantur in iudiciis Coronæ, vel patrimonii Regis, vel per Senatores datos ex speciali commissione usque ad summam in bonis immobilibus 60. millium numerum regalium, & in bonis mobilibus usque ad summam centum millium numerum regalium, possunt fieri supplicationes ut probat *Ordin. d. tit. 95. §. 11. & in regimine tam antiquo Senatorum Palatii §. 117.*
quàm

ALLEGATIO XC.

341

quam in novo §. 34. & potest etiam Princeps concedere revisionem, quando sententia, fuisse suspectum ex tali suspitione, quæ ei sufficiat, ut jubeat revideri, ex *Ordin. d. tit. 78. & tit. 95. §. 2.*

29 An autem habeat locum in sententiis habentibus vim definitivæ, vide per *Alvar. Valasc. dict. consult. 55. & Andr. Gayl. dict. cap. 155. num. 5.* ubi apud eundem de sententiis interlocutoriis, quæ habent damnum irreparabile: effectus autem supplicationis transit ad hæredes, & contra hæredes activè, & passivè, *L. 1. Cod. quando libell. Princip. oblatu, Rebuff. in dicta supplicat. num. 97.* & informationes, quas præstant Senatores, quibus commissa est revisio, expediuntur per deliberationes, & licet Senator, qui deliberationem fecit, moriatur antequam secundus Senator deliberet, non annullatur deliberatio mortui, ex *Cabed. dec. 10. num. 7. & 8. in 1. part.* nec si pendentibus deliberationibus moriatur aliqua ex partibus, requiritur habilitatio hæredum. *Cabed. Aresto 16. in 2. p.*

30 Rursus deciditur in hac regula 27. quod si supplicationem facit ad obtinendam, revisionem tenentur deponere in manu receptoris Cancellariæ triginta aureos in auro, quod postea auctum est ad sexaginta aureos, ex utraque *Ordin. titul. 78. & titul. 95. §. 12.* & ex utroque *regimine antiquo §. 120. & novo §. 37.* & apud Gallos deponitur summa 250. librarum, ex *Rebuff. in dict. præfation n. 58. & 59.* In Camera Imperii deponitur quantitas, quæ ex magnitudine actorum, & gravitate causæ pro arbitrio revisorum constituitur, *Andr. Gayl. practicarum observ. dict. cap. 154. numer. 2.* apud Castellanos mille, & quingentæ duplæ pro secunda supplicatione, ex *L. 1. titul. 20. lib. 4. novæ collect.* quod limitatur in paupere, & relinquitur arbitrio Regis, quantum debeat deponere, vel relevari, ex *Ordin. d. tit. 78. & titul. 95. §. 2.* apud Gallos etiam in hac materia circa cautionem habetur ratio paupertatis, ex *Rebuff. de supplicat. artic. 5.*

glossa unic. vers. quæro pone: & in Camera Imperiali, ex Gayl. d. observat. 154. num. 4. dicente, quod in corporis poenam afflictivam convertitur, & quod ita fuit executum in paupere quodam, qui temerè revisionem impetravit. Item & apud Hispanos habetur ratio paupertatis, ex *Azeved. d. L. 1. titul. 20. n. 11. lib. 4.*

Et illa depositio debet præcedere antequam revisio concedatur, est enim de forma actus, ex *Afflict. dec. 355. numer. 5. & 6. Gayl. dicta observat. 154. num. 1. ad finem,* & probatur ex *Ordin. d. titul. 78. §. 2. & d. titul. 95. §. 2. ibi: E as partes a que cõcedermos revista por qualquer modo que seja, por à sessenta cruzados, ou sua justa valia em mão do recebedor da Chancellaria da Corte, de que apresentará conbecimento em forma feito pelo Escrivão della, & assinado por ambos, em que se declare como ficaõ carregados sobre o dito recebedor em receita, o qual conbecimento entregará ao Desembragador que tiver o feyto, antes de lhe dar a portaria por onde se ha de fazer a provizaõ para se rever o feito, ao qual se ajuntará o dito conbecimento, & com elle se lhe dará a dita portaria: idem probatur ex *regimine antiquo §. 120. & regimine novo §. 37.**

33 Hæc autem cautio amittitur in totum, vel in parte, si quis revisionem impetravit, & in ea succumbat in toto, vel in parte, de jure Regni Lusitani, in *Ord. d. tit. 78. & titul. 95. dict. §. 2. ibi: E achandose pelos Juizes da revista, que o impetrante foy em todo aggravado, mandarlhebaõ tornar os ditos sessenta cruzados, & se a sentença for revogada em parte, mandarlhebaõ tornar outra tanta parte delles, quanta montar na parte da sentença que for revogada.* Idem probatur in dicto *regimine,* & quid apud Gallos, & Hispanos vide per *Rebuff. dict. præfat. numer. 60. Gonçal. Soares d. cap. unic. à num. 131.*

Ultimo deducitur ex hac regula, quod hujusmodi cautiones depositæ in manu receptoris Cancellariæ, non ca-

dunt in commodum publicani, seu conductoris, sed asservantur Regi. Cæterum de jure noviori est ordinatum, quod quando amittuntur, cedunt in utilitatem Senatorum, qui judices fuerunt revisionis, & si defunctus est, applicatur pars sui obveniens hæredibus ejus, ex *Ord. dict. §. 2. versic. E achando*, ibi: *E achando que não foy aggravado em parte alguma, lbe não tornarão nada dos ditos sessenta cruzados, os quaes queremos que hajaõ os Dezembargadores que derem a sentença de que se pedio a revista, se vivos forem, & sendo algum delles morto, se dará a seus herdeiros, & o Regedor com os Dezembargadores que nella forem, determinarão quanta parte se applicará aos ditos Dezembargadores, quando a sentença for revogada em parte, & quanta se deve tornar á parte que pedio a revista.*

36 In tertiam partem hujus cautionis contribuit Advocatus, qui supplicationi subscripsit, quam si pars ab eo repetere non vult, vel remittat, sollicitator, vel eo deficiente, quilibet alius de populo eam persequi, & exigere potest, ex qua ipsi dimidia, & captivorum redemptioni alia dimidia applicatur, & per hæc manet hæc regula 24. exornata. Cætera de revisione, vide apud Doctores citatos.

ALLEGATIO XCI.

In qua agitur de regula 25.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de regula 25.
- 2 Jura solita solvi in Cancellariis non solvuntur rursus de Chartis, in quibus corrigitur error datus in primis.
- 3 Ad Cancellarios Curiarum pertinet attendere contra errores, & defectus scripturarum, quæ per eos expediuntur.
- 4 Quando hæc emendatio postulanda sit, & quid iudex faciet, & n. 5.

IN regula 25. sic disponitur: *Se acou-
tecer que algum tire carta da nossa
Chancellaria, & pagar os direitos del-
la, & depois for achado q a carta vai er-
rada em alguma cousa, & a tornoõ a fazer
outra vez não pagarã outra Chancel-
ria: & isto se entenderã não passando ma-
is tempo depois que a primeira carta for
passada pela Chancellaria, q em quanto a
parte que a tirar possa ir á terra para on-
de a carta vay derengada, & possa tornar,
& requerer que lbe correjaõ o tal erro:*
nota ex hac regul. 25. quod jura soluta
in Cancellariis non solvuntur rursus de
chartis per eam transeuntibus, sive ex-
peditis, si inveniatur in illis error, quod
debet corrigi: quia error officialium non
debet partibus nocere, ex *L. illicitas, §.
veritas, ff. de offic. presid. L. si librarius
97. ff. de regul. jur. Roman. cons. 170. nu-
mer. 3.* docet multa *Bertachin. in 2 part.
sui repertorii, verbo, error notarii, Re-
buff. in praxi titulo de dispensat. ration.
ætatis, verbo, post pontificales, num. 2. &
in lib. 5. commun. opin. titul. 11. num. 37.*
& in dubio magis præsumitur error, quam
falsitas, *Bart. in L. quoties, §. 1. numer.
3. ff. de hæred. instituen. idem Bart. n. 7.*
& latè *Dec. L. si librarius, latè Mascard.
de probat. lib. 2. concl. 644.*

Et ad Cancellarios Curiarum nostri
Regni attendere contra errores, & de-
fectus scripturarum pertinet, quæ per
eos expediri debent, ex *Ordinat. lib. 1. tit.
2. in princip. & titul. 4. §. 1.* & si in illis
errores inveniunt culpa officialium, de-
bent jubere alias fieri, & quod notarius,
qui erravit, restituat parti pecuniam,
quam ab ea accepit, ut probat *Ordin. d.
titul. 2. §. 5. & tit. 4. §. 2. & tit. 35. §. 6.*
& sic ubi erratur, non vitiatur actus, sed
reficitur charta, in qua error commissus
est: *Rebuff. de nominat. quæst. 9. num. 6.
vers. quæro, Bertach. ubi supra.*

Hanc autem emendationem potest
pars postulare ad effectum, ne alia jura
in Cancellaria solvat dum transit tantum
temporis spatium, donec possit ad mu-
nicipium suum accedere, & redire, quod

arbitrio iudicis subicitur, ex *L. continuus* 127. §. *cum ita*, ff. *de verb. obligat.* *L. 2. §. si non quod dicimus*, ff. *si quis cautionibus*, *Tiraq. lib. 1. retract.* §. 22. *gl. 2. num. 1. ad fin.* & *Menoch. de arbitr. lib. 1. quest. 11.*

ALLEGATIO XCII.

In qua agitur de regula 26.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de regula 26.
- 2 Ad Cancellarium maiorem spectat decidere quantum sit solvendum in Cancellaria cum Senatoribus ordinatis.
- 3 Quid in dubiis occurrentibus in Senatu Supplicationis, vel Portugall.
- 4 Quando casus non est decifus per legem propriam, potest decidi per leges in simili.

IN regula 26. sic habetur: *Se alguma carta vier á Chancellaria que não seja taxada, & se duvidar na paga della, fique em alvedrio, & juizo do Chanceller mór, & Escrivão da Chancellaria determinarem o que lhes parecer que se della deve pagar, havendo respeito ao que se paga de outras semelhantes a ella, que sejaõ contbeudas na taxa.* Nota ex hac regula primò, quòd in his chartis, quæ expediendæ sunt per Cancellariam, in quibus non est taxata certa quantitas, relinquitur arbitrio maioris Cancellarii illam determinare; & est ratio; quia in his, quæ non habent certam determinationem, relinquuntur arbitrio iudicis, *L. 1. ad finem*, ff. *de jure deliberand. cap. penultimo*, & *ibi gloss. 2. de tempor. ordinat.*

2 Secundò nota, quòd ad Cancellarium maiorem spectat decidere quantum sit solvendum in Cancellaria de chartis, & diplomatibus, non tamen cum scriba illius, sicut in regula continetur, sed cum alii Senatoribus nominatis á Rege remota appellatione, & gravamine, ex *Ordin. lib. 1. titul. 2. §. 10. in antiq.* &

lib. 1. tit. 2. §. 11. in novis, ibi: *O Chanceller mór determinarã quæsq; duvidas que sobrevierem sobre o que se deve pagar da Chancellaria de quæsq; cartas, ou alvarás que por ella passarem, com os Dezembargadores que nós para isso ordenarmos, sem appellação, nem aggravo; & in novis idem deciditur in tit. 19. §. 2.*

In Senatu autem Supplicationis quoniam hujusmodi dubia occurrunt inter receptorem, & partem, Cancellarius illius ea decedit cum Senatoribus à Rectore datis, ex *L. 1. §. 7. titul. 2. part. 1. Extravag. Ordin. lib. 1. tit. 4. §. 7. & tit. 20. in princip.* & quoniam occurrunt in Senatu Portugallenti ad ejus Cancellarium pertinet ea decernere cum Senatoribus, ex *Ordin. lib. 1. tit. 36. §. 8.* & idem erat in Senatu civilium causarum, ex *Ord. lib. 1. tit. 29. §. 11. in antiquis.*

Tertiò nota, quòd quando casus, de quo agitur, non est decifus per legem propriam, potest decidi per leges in simili procedendo de similibus ad similia, ex *L. non. possunt 11. ff. de legibus*, ibi: *Non possunt omnes articuli sigillatim, aut legibus, aut Senatusconsultis comprehendi, sed cum in aliqua causa sententia eorũ manifesta est, is, qui jurisdictione potest ad similia procedere, atque ita jus dicere debet; & in L. seq. inquit Ulpian. Nam (ut Pædus ait) quoties lege aliquid unum, vel alterum introductum est, bona occasio est, cæteraque tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certa jurisdictione suppleri.* *Ordin. lib. 3. tit. 25. §. 5. in fine, & titul. 69. ad fin. princip. in novis.* De materia vide *Fabrum lib. 5. orator. institut. cap. 11. Everard. loco à simili, Menoch. de arbitr. lib. 2. centuria 1. casu 84.* ubi explicat quando dicatur casus similis, ut inde argumentum à simili deducatur, & per *Camil. Gallin. lib. 5. de verbor. signific. cap. 16. Alphons. Modit. §. lex est. dub. 56.*

ALLEGATIO XCIII.

In qua agitur de regulis Cancellar. 27. usque ad regulam 94.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de regula 27. & 28.
- 2 Agitur de regula 29. usque ad regulam 32.
- 3 Agitur de regula 33. usque ad regulam 39.
- 4 Agitur de regula 41. usque ad regulam 93.
- 5 Agitur de regula 94.
- 6 Circa Advocatos, qui admittuntur in Curia Portug.

Regula sequens 27. excusat Regiam, filios, & nepotes à solvendis juribus in Cancellaria, tam de chartis, quæ ad eos pertinent, quàm de donationibus de novo factis, vel confirmatis. Regula 28. excusat à juribus Cancellariæ solvendis chartas concessas per eleemosynam, declarando in illis, quod fiunt per eleemosynam, & sic nec decimam tenentur solvere de sententiis condemnatoriis, qui habent privilegium, ne solvant relevium, ut habebant Monasterium Sanctæ Crucis Conimbricensis, & aliæ personæ etiam sæculares, ut per *Cabed. dec. 17. n. 16. in 1. p.*

2 Regula 29. excusat à juribus Cancellariæ chartas pertinentes ad Cappellas Regis Alphonfi, & dominæ Beatricis ejus conjugis. Regula 30 excusat à juribus Cancellariæ solvendis chartas, & sententias pauperum carceratorum, qui adeo pauperes se esse docuerint coram Cancellario maiori, quod non habeant facultates unde illa jura solvant. In regula 51. jubetur, quod in tribus diebus Martis, Jovis, & Saturni chartæ expediuntur per Cancellariam, quod aliquando mutatur. In regula 32. agitur de officio apparitoris. & quod in dictis diebus, in quibus chartæ debeant per Can-

cellarias expediri, accedat ad domum Cancellarii ad sigillandas chartas, & postquam sigillatæ fuerint, immittat eas in sacculum lineum sigillatum, & deferat recta via ad domum, ubi fit Cancellaria, ubi tradendæ sunt partibus præsentente receptore.

In regula 33. conceditur, quod ex qualibet Cancellaria assumantur 40. numi regales ad unam gaiosam ex consuetudine antiqua, ex juribus gabellarii, quando Cancellaria fuerit conducta, vel ex juribus pertinentibus ad Regem, quando non fuerit conducta. In regula 34. & 35. agitur de juribus, quæ Cancellarius debet habere de chartis remissionum, & de donationibus, & privilegiis, quibus sigillum imponitur. In regula 36. 37. & 38. agitur de juribus, quæ scriba Cancellariæ debet percipere. In regula 39. agitur de salario, quod potest apparitor Cancellariæ percipere de chartis officiorum, & juramenti, quæ transeunt per Cancellariam.

In regula 41. excusantur carcerati pauperes à solutione jurium in Cancellaria, constituto per certitudinem misericordiæ quod non habent unde solvant. In regula 42. usque ad regulam 62. agitur de chartis, de quibus in Cancellaria solvuntur decem numi regales. In regula 63. usque ad regulam 82. agitur de chartis, de quibus in Cancellaria solvuntur 20. numi regales. In regula 83. usque ad regulam 93. agitur de chartis, de quibus solvuntur in Cancellaria 30. numi regales.

In regula 94. jubetur, quod de charta procuratoris in Curia, & Senatu Supplicationis, vel civilis, solvatur dimidia libre argenti, quod in Senatu Portugalensi non est in usu, nam juris periti, qui peractis cursibus ad advocacionem in eo exercitandam accedant, non solvunt tale tributum, & solebant examen subire in Senatu coram Governatore, & Senatoribus, ex *Ordinat. lib. 1. titul. 38. in princip. in antiq.* Sed hodie ex *nova Ordin. lib. 1. titul. 48. §. 2.* admittuntur sine eo examine. In regula 95. jubentur solvi

ALLEGATIO XCIII. & XCIV.

345

solvi 200. numi regales de charta remissionis, vel relevaminis exilii: & in regula 96. jubentur solvi 400. numi regales de charta signata per Regem, Rectorem, vel Governatorem, dum ad hoc potestatem habent, ad hoc, ut data fidejussione ne carceretur delinquens, & liber à carcere se defendat à crimine objecto, & si dicat quod existens in carcere, & præstando fidejussione dimittatur de carcere, & liber ab eo liberetur, jubentur solvi 500. numi regales, in regula 97. & si dicat, quod solutus à carcere, & sine fidejussione se defendat usquequo faciat suam defensionem, jubentur solvi 600. muni regales in regula 98.

ALLEGATIO XCIV.

In qua agitur de Scribis Cancellariæ, ne sententias per eam transeuntes registrent ad longum, sed tantum verbum condemnationis, & quod ex tali non exigant aliquid à partibus condemnatis.

SUMMARIUM.

- 1 Agitur de capitulo Comitiorum Regis Joannis III. & n. 2.
- 2 Inde orta est provisio inserta inter regulas Cancellariæ, qua prohibitum est scribis illius sententias registrare, & quod ex illis verbum condemnationis tantum desumant.
- 4 Generale est, quod Tabelliones, & Scribæ salarium non recipiant de diligentis quas faciunt de chartis, & sententiis ad Regem pertinentibus.

IN Comitibus, vulgo, Cortes, habitis in tempore Regis Joannis III. in oppido de Torres novas, anno salutis 1525. & postea in urbe Eborensi 1535. inter alia capitula, quæ ex parte populi illi oblata fuerunt, illud est, quod continetur in cap. 129. *Item, senhor, o voffo povo recebe grande oppressão dos Escrivaens da Chancellaria, que levaõ tanto*

dos registos das sentenças, alvarás, & cartas em que ha dizima (nos quaes registos não escrevem senão duas, ou tres regras) como do feito das ditas sentenças, cartas, & alvarás, & carregão todo o dito registo sobre a parte condemnada. Pedem a V. Alteza baja por bem, que dos registos não levem mais que dez reis, porque as regras não lhês monta da tal escritura hum real, & que os ditos dez reis se levem á custa dos rendeiros da Chancellaria, por redundar em seu proveito, & que as dizimas das ditas sentenças se arrecadem dentro nos cinco annos primeiros, segundo o capitulo de Cortes, & passados, se não passão mais arrecadar.

Ad hanc postulationem responsum est: *Pelas Ordenações no primeiro livro, titulo do Escrivão da Chancellaria da Corte, he declarado, que as sentenças se não registem; & quanto ás verbas que os Escrivaens da Chancellaria tiraõ das sentenças em que ha dizimas, não está provido que possaõ levar couza alguma á custa das partes, & por isso não podem levar couza alguma dos taes registos, & verbas: & quando as dizimas das sentenças se arrecadarẽ nos cinco annos, está bem provido pelo Regimento da Chancellaria, & por tanto he estuso dar outra provisão ácerca do que neste capitulo me pedis.*

Et hinc originem sumpsit quædam provisio inserta inter regulas Cancellariæ facta per præfatum Regem 19. Novembr. 1536. ubi jussit, quod scriba Cancellariæ non registasset amplius sententias, & quod ex illa, de qua verbum desumendum est ad exigendam decimam, desumat tantum verbum condemnationis, de quo nullum salarium à partibus percipiat, quia illud verbum nesumitur ad exactionem patrimonii Regii ad quod partes non tenentur.

Et est generale, quod & tabellio, & alii scribæ nullum salarium percipiunt ex diligentis, & scripturis, quas faciunt in executionem chartarum, & sententiarum ad Regem pertinentium ex antiqua consuetudine hujus Regni, & ita

de

determinavit præfatus Rex Joannes III. per legem suam, de qua in *L. 1. tit. 22. part. 1. Extravag. factam 1. Decēbr. 1528.* & approbavit *Ordin. nova lib. 1. tit. 24. §. 28. 29. & 30.*

ALLEGATIO XCV.

In qua agitur an debeat decima de condemnatione expensarum in processibus criminalibus, in quibus accusatio facta est pro parte justitiæ, & an promotores, & procuratores Regii possint condemnari in expensis.

SUMMARIUM.

- 1 *Agitur de dubio orto inter Cancellarium Senatus Supplicationis, & scribam illius, super quo facta fuit provisio.*
- 2 *Multi sunt casus, in quibus proceditur contra delinquentes pro parte justitiæ.*
- 3 *Non procedit, quando ultra culpam inquisitionis adjungitur eadem culpa deducta in querelam.*
- Ibid. *Multi sunt casus, in quibus proceditur per inquisitionem tam ad instantiam partis, quam pro parte justitiæ.*
- 4 *Si pars accusata per culpam deductam in inquisitionem, & querelam, absolvatur, potest pars adversa condemnari in expensis.*
- 5 *Promotores justitiæ secularis, qui delinquentes accusant in quibus ea locum habet, non condemnantur in expensis de jure Lusitano.*
- 6 *Quid decisum sit in Concilio Bracharensi Provinciali.*
- 7 *Limitatur nisi malitiosè agant.*
- 8 *Quando Regius procurator assistit parti, non excusatur pars à condemnatione expensarum.*
- Ibid. *Denuntiantes possunt etiam condemnari in expensis, si non probant denuntiationem, sicut qui querelavit.*
- 9 *Quando pars denuntians, vel querelatus condemnatur in expensis, solvetur decima.*

10 *In casibus omissis observatur jus commune.*

11 *Ubi accusatus pro parte justitiæ condemnatur in aliqua pœna, & in expensis, etiam de expensis solvet decimam.*

ORta fuit olim dubitatio inter Doctorem Petrum Georgium Cancellarium Senatus Supplicationis, & Petrum Gomez Scribam Cancellariæ, an ex condemnatione expensarum, & sumptuum facta in processibus criminalibus ventilatis pro parte promotoris justitiæ teneretur condemnatus solvere decimam; & proposito dubio coram Serenissimo Rege Joanne III. determinavit, quod non solveretur talis decima de dictis sumptibus, de quo fecit provisionem, quæ est inter regulas Cancellariæ, factam 10. Aprilis, anno salutis 1538. Eandem determinationem repetitam invenies in *L. unic. titul. 8. part. 2. Extravagant. & in nova Ordin. lib. 1. tit. 20. §. 4. ibi: E mandamos, q̄ quando algum for accusado pela justiça, & for absoluto, & que pague as custas de seu livramento, de taes custas se não pagar á dizima; & est limitatio ad regulas 1. 2. 3. & 4. quæ jubent, quod decimæ solvantur de sententiis latis per judices, de quibus illæ regulæ loquuntur.*

Et ad intellectum hujus provisionis, & legum suprascriptarum est sciendum, quod sunt multi casus in hoc Regno, in quibus proceditur contra delinquentes pro parte justitiæ, quando aliam partem non habent, & in his terminis, quando culpæ procedunt à sola inquisitione absque interventu querelæ, semper delinquens solvit expensas, licet mereatur absolvi, ex *Ordinat. antiqua lib. 3. titul. 51. §. ultim. & in nova Ordin. lib. 3. titul. 67. §. fin. ibi: E se algum for accusado por parte da justiça por devoça por qualquer caso de que contra elle não haja querela, & sem embargo de assim se mostrar contra elle, tanto pela devoça, que bastou para ser accusado pela justiça, se pelo que allegar, & mostrar de sua justiça for absoluto, sempre o Fulgador que o absol-*

absolver, porã na sentença, que o dito reo pague as custas de seu livramento.

3 Et ponderandum est, quod hæc Ordinatio non habebit locum, quando ultra culpam inquisitionis adjungitur etiam eadem culpa deducta in querelam, nam multi sunt casus; de quibus in hoc Regno potest assumi querela, de quibus in *Ordin. lib. 5. titul. 42. in princip. & §. 18. in antiquis; & lib. 5. titul. 117. in princip. in novis*, & multi sunt ex illis, de quibus potest inquiri, tam ad instantiam partis, quam pro parte justitiæ, de quibus in *Ordin. lib. 1. titul. 44. §. 1. in antiquis; & lib. 1. titul. 65. §. 31. in novis*, atque ideo si accusatus per culpam deductam in inquisitionem, & querelam absolvatur, cessabit eadem Ordinatio, & poterit pars, quæ querelam dedit, nec probavit, condemnari in expensis, ex *Ordin. lib. 5. titul. 43. in antiquis; & lib. 5. titul. 118. in novis*, licet nostri iudices criminales ad hæc non advertant, & malè observent, referentes magis ad arbitrium, quam ad juris censuram, quod dolendum est.

4 Nec omitto; quod apud Lusitanos promotores justitiæ sæcularis, qui delinquentes accusant in casibus, in quibus justitia locum habet; non condemnantur in expensis; quod idem observatur in Regno Franciæ, teste *Rebuff. 3. tom. ad leges Galliæ, titulo de expensis, articul. 1. glossa unic. num. 19. & 20. & in Concordant. in regula, Regium Advocatum, tit. de elect. derogat. in 15. privileg. & in Curiis Delphinatus testatur Guido Pap. dec. 269. idem testatur Ful. Clar. in practica crimin. quæst. 10. vers. sed nunquid; & Joann. Gutierrez. practica. lib. 3. q. 21. numer. 5. ubi numer. 4. reprobatur Gonz. Soar. in sua praxi, 5. part. tom. 1. cap. 2. ad fin. tenentem fiscalem condemnandum in expensis, si non probat crimina, cum *Salicet. L. ea quidem; numer. 28. Cod. de accusationib.**

6 Et in Concil. Provinciali Bracharensi, action. 2. cap. 9. disponitur: *Si quis oblato libello adversus aliquem ab accusatione desistat, promotor, ad cujus offi-*

cium pertinet eniti, ne dicta maneant impunita, causam usque ad finem prosequatur, recepta prius cautione ab accusatore de solvendis expensis; quod si illam dare recusaverit, nihilominus fiscalis causam promoveat, etsi Reus absolvatur, primus accusator in expensis damnatur.

Limitatur tamen, nisi calumniose agant, ex eodem Concilio Bracharensi, action. 2. cap. 8. ibi: *Prohibet etiam sancta synodus sub pœna suspensionis, ne cujusquam nomen apud Vicarium deferat; nisi re prius cum illo communicata, & illius auctoritate. Quod si temeritate, vel odio, aut calumniæ studio aliquem accusasse deprehendatur, qui iudicis sententia absolvatur, promotorem, vel apparitorẽ judex non minus in expensis condemnabit, quam si privatus accusasset. Idem tenent Ful. Clar. ubi supra, Salzedo ad pract. Bernard. Dias in pract. crimin. cap. 102. gloss. ultim. Boer. dec. 324. Prosper Farin. in lib. 1. titul. 2. de accusat. q. 16. n. 22. & 23.*

Quando tamen Regius procurator assistit alicui parti, non excusatur ea pars à condemnatione expensarum; si succumbat, ex *Ordin. lib. 1. titul. 12. §. 1. ad finem*, & idem tenet *Joann. Gutierrez d. quæst. 21. num. 4. versicul. si vero procurator*. Sic etiam denuntiantes; licet non accusent; possunt condemnari in expensis, si non probaverit denuntiationem; sicut condemnatur querelofus, si non probat crimen in querelam deductum *Ordin. lib. 5. titul. 118. §. ultim. Cabed. Aresto 52. 1. p.*

Et in his casibus si pars querelosa, vel denuntians condemnatur in expensis, licet causam prosequatur promotor, solvetur decima de tali condemnatione expensarum; quia regula procedit; ubi reus accusatus pro parte justitiæ absolvitur; & condemnatur in expensis; & ad alios casus diversos, in quibus non disposuit, non extendetur, & observabitur jus commune; *L. commodissime, ff. de liber. & posthum. L. si servum quis 70. §. prætor ait, ff. de acquirend. heredit.* Nec receditur à regula, nisi in casibus limi-

limitatis, Decius num. 6. & Cagnol. n. 21. in L. 1. ff. de regulis juris, Mascard. de probation. lib. 3. conclus. 1262. ubi vide, & ideo ubi Reus accusatur pro parte justitiæ fuerit condemnatus in aliqua poena, solvet decimam de expensis, quia dispositiones loquuntur, ubi absolvitur, & condemnatur in expensis, non in alio casu, in quo condemnatur in alia poena.

ALLEGATIO XCVI.

In qua agitur de materia suspicionum, quæ objiciuntur contra judices, & notarios.

SUMMARIUM.

- 1 Multæ sunt causæ, ex quibus quis recusatur.
- 2 Unde orta est causa recusandi.
- 3 Recusatio judicis est janua defensionis.
- 4 Non admittitur recusatio in Lusit. nisi in causa pendente.
- 5 Suspicio debet allegari ante litem contestatam.
- 6 Quid de jure Lusitani Regni.
- 7 Non recusatur judex, cui processus committitur, quando citatur ex causa ob quam recusans eum poterat citare, antequam processus illi fuisset commissus.
- 8 Agitur de Ordin. citata, & ostenditur discrepare à jure communi, secuta tamen opinione Bartoli.
- 9 Si judex judicatur est suspectus parti, & in eum consentiat, non potest eum amplius recusare, nisi eum de novo recuset ex causa de novo orta.
- 10 Judices, & scribæ executionis non possunt recusari.
- 11 Quæ sunt remedia, quibus executio exceditur.
- 12 Hoc factum est, ut executiones sententiarum citius abbrevientur.
- 13 An hoc procedat, sive recusatio intentetur ex parte condemnati, sive ex parte creditoris.
- 14 Resolvitur affirmativè in utroque.
- 15 Non admittitur recusatio contra calculatores patrimonii Regalis.
- Ibid. Alii tamen calculatores poterunt recusari.
- 16 Quid in aliis calculatoribus, & estimatoribus.
- 17 Quid agendum sit in modo recusandi.
- 18 Limitatur data causa recusandi, antequam fiat audientia.
- Ibid. Non admittetur apud Lusitan. opinio Rebuff. & Azeved.
- 19 Recusatio non admittitur nisi intimetur per partem, vel per ejus procuratorem specialem.
- 20 Limitatur in absente incauto, & sunt multa loca, vulgo, Cautos, quæ valent delinquentibus, ne pro delictis accusentur, dum sunt incauto, & n. 21.
- 22 Casus contingentia.
- 23 Libellus suspicionis debet esse scriptus per advocatum.
- 24 Sufficit, si causæ suspicionis subscribantur per advocatum.
- 25 Recusans debet in calce suspicionum nominare testes, ad eas probandas, nec alios poterit nominare.
- 26 Cognitio suspicionum, quæ intentantur Præsibus provincialibus, pertinet ad eorum Cancellarios.
- Ibid. Solent dicti Præsides impetrare alios judices suarum suspicionum.
- 27 Ad Cancellarium maiorem pertinet cognoscere de suspicionibus intentatis officialibus nominatis.
- Ibid. Ad Cancellarium Senatus Supplicationis pertinet cognoscere de suspicionibus objectis illius Senatoribus, & officialibus.
- Ibid. Ad Cancellarium Senatus Portugallensis pertinet cognoscere de suspicionibus objectis Senatoribus, & officialibus illius.
- Ibid. Ad eos spectat facere commissiones loco recusatorum, quos judicavit suspectos.
- Ibid. Ad Rectorem, vel ad Governatorem spectat facere commissiones loco suspecti, qui vel coram ipsis recusantur, vel agnovit suspicionem ante procedimentum.

ALLEGATIO XCVI.

349

28. Cancellarius maior non facit commissi-
sionē loco dos Vedores, quos vel judica-
verit suspectos, vel ipsi agnoscant, quia
Rex committit.
- 29 De suspicionibus objectis officialibus
urbis Portug. cognoscit iudex Cancel-
lariæ illius.
- Ibid. In aliis suspicionibus objectis judi-
cibus, qui non habent certos iudices ad
eas determinandas, assumuntur arbitri.
- 30 Quando iudex recusatus procedit ex
officio, ipse concurret in eligendo arbi-
tros, qui cognoscant de recusatione.
- Ibid. Iudices foranei solent à Rege im-
petrare iudices, qui de suspicionibus
suis cognoscant.
- 31 Iudices suspicionum debent habere
intentum ne procedant.
- Ibid. Suspiciones contra scribas debent
semel allegari in principio causæ, &
in audientia, nisi pro causa, quæ ortum
habuit de novo.
- 32 Nisi actus sit talis, in quo sit necesse
recusare scribam ante adventum au-
dientie.
- 33 Contra decretum, in quo suspiciones
reprobantur, non admittitur exceptio.
- Ibid. Admittetur secunda recusatio, si or-
tum habeat de novo, nec sufficiet jura-
re, quod de novo obvenerit.
- 34 An contra Senatores, qui cum Can-
cellario assistunt in determinandis sus-
picionibus, possint allegari suspiciones.
- 35 In processu suspicionum dantur arti-
culi accumulativi.
- 36 Tenetur recusatus intra tres dies ad
suspicionum processum depositionem præ-
stare, aliter iudicatur suspectus.
- 37 An iudex, qui fuit productus in te-
stem, possit in causa illa recusari.
- 38 Cancellarii per se interrogant testes
datos in suspicionibus Senatorum, nec
committunt.
- 39 In suspicionibus objectis aliis officia-
libus possunt committere interrogati-
onem testium.
- 40 Iudices Cancellariæ, qui cognoscunt
de suspicionibus, possunt committere
testium examinationem.
- 41 Sic etiam Cancellarii, qui cognoscunt
de suspicionibus objectis Præsidibus
provincialibus, possunt committere te-
stium examinationem.
- 42 Non est danda dilatio ad producendos
testes coram aliis iudicibus insuspici-
onibus objectis Senatoribus.
- 43 Senator assistens determinationi cu-
juscumque processus, licet votum non
dederit, nec suam deliberationem posi-
tam, nec assumptam memoriam in eo,
non poterit recusari ad id, quod ulte-
rius accreverit.
- Ibid. Si suspicio ortum habuit antero-
rem, licet juret de novo venisse ad eus
notitiam, si sciebat, vel rationem scien-
di habebat, quod ille Senator, quem re-
cusat, erat iudex in illo processu, non
potest eum recusare.
- Declaratur quod procedet quando litiga-
vit per se, vel per procuratorem, secus
si contra absentem sit processum per e-
dictum, dicto num. 43. 44. & 45.
- 46 Refertur conciliatio per Valascum
citata ad leges allegatas, & cessat
stante nova Ord.
- 47 Citatus personaliter, licet negligat
venire ad iudicium, equiparatur ei,
qui litigat per se, vel per procuratorem.
- 48 Quando iudex suspectus alicui, dica-
tur etiam suspectus suis consanguine-
is, & num. 49.
- 50 Quando Senator, vel iudex aliquis
sentit se suspectum, juramentumque de-
claraverit, tenetur intra triduum pro-
cessum tradere, aliàs tenetur parti ad
sumptus duplicatos ex retardatione.
- Ibid. Arguuntur iudices, qui facile, &
sine juramento suspiciones agnoscent,
ut se exonerent.
- 51 Contra procedimentum suspicionum
potest pars adversa allegare exceptio-
nes.
- 52 Dies dati ad determinandas suspici-
ones sunt continui, nec possunt proro-
gari per quascumque exceptiones.
- 53 Dantur 30. dies recusanti, & inci-
piunt ab eo die, qui fuerint per nota-
rium actuati.
- Ibid. Non current ante actionem.
- Ibid. Debent suspiciones esse scriptæ per

- advocatum, ut currant dies dati.
 Ibid. Est lex rigorosissima, sed servanda.
 Ibid. Impedito non currit tempus, quoniam illud non poterit removere.
 54 In eodem termino debent finire exceptiones.
 55 Orta dissensione in Senatu Portugal, an dato impedimento dies possent prorogari; responsum fuit, quod non, per Senatores Palatii.
 56 Dantur 15. dies ex beneficio restitutionis ultra 45. dies.
 Ibid. De jure Regni Lusitani, & numer. 59.
 57 In Regno Castellæ negatur minoribus restitutio in suspicionibus.
 58 In Regno Lusitano observatur jus commune, & admittuntur minores ad proponendas recusationes.
 59 Declara, quod procedat in causis civilibus, non in criminalibus ad vindictam.
 Ibid. Non restituitur minor contra transactionem, nec contra confessionem factam in favorem accusati, nec adversus pacem de morte patris.
 60 Quando suspensiones judicantur per arbitros, appellatur ad superiorem de jure communi.
 Ibid. De jure Regio, nec appellatur, nec aggravatur, nisi ubi iudex aliquis iudicatur suspectus.
 Ibid. Iudex iudicatus suspectus potest gravamen interponere, si habet interesse probabile.
 61 Iudicibus datis ad cognoscendum de suspicionibus objectis scribis, datur potestas, appellatione, & gravamine remoto à sententia finali.
 Ibid. Ab interlocutoriis datur gravamen.
 62 Datur declaratio ad Ord. citatam.
 63 Suspicio aufert jurisdictionem à iudice recusato.
 Ibid. Ubi intentatur contra notarium, removetur, & datur alius de jure Regni.
 64 Potest Iudex recusatus loco notarii recusati alii committere processum arbitrio suo, accedente voluntate litigantium.
 65 Quando notarii recusantur, assumuntur tabelliones publici, & eis suspectis scribæ Camerarii Concilii, & his suspectis vocantur notarii proximioris loci.
 66 Quando recusatus iudex non committitur, sed suspenditur ejus cursus, donec suspicio finaliter terminetur.
 Ibid. Si iudicatur suspectus, assumitur alius, vel ex arbitratu partium, vel ex commissione ejus, qui dare potest.
 67 Quando recusatur tabellio, & processus committitur alii, ille scribit in eo, donec terminetur finali sententia.
 Ibid. Si iudicatur non esse suspectum, tenetur recusans solvere recusato sumptus duplicatos, & alterum scriptori.
 68 Suspensiones sunt comprobandæ testibus, & aliis probationibus, non juramento partis.
 Ibid. Cancellarii tenetur intra 45. dies suspensiones finali sententia judicare, alias tenetur ad sumptus.
 69 Iudex recusatus non potest amplius de causa cognoscere, donec suspicio finiatur alias processus ab eo factus est nullus.
 70 Et tenetur parti in omni damno, & sumptibus.
 71 Advertentia pro eo, qui agit de nullitate ex capite suspensionis objectæ.
 72 Potest iudex recusari per tertium comparentem pro suo interesse.
 73 Princeps potest removere causam suspensionis, & ea remota causam committere.
- M**Ultæ sunt causæ, ex quibus iudices recusari possunt, quas congerunt glossa cap. accedens, ut lite non contest. Hostiens. de recus. §. quæ sunt, Joan. And. cap. legitima de appell. lib. 6. Specul. de offic. jud. de leg. superest videre, in lib. 1. sui speculi, Abb. cap. cum super à n. 30. de offic. deleg. Lanfranc. cap. quoniam contra, §. recusationes à n. 19. de prob. Aufrer. de recus. Francus cap. postremo à num. 6. de appellat. Marant. de ord.

ord. jud. 6. part. titul. de appell. à num. 27. usque ad num. 73. Rebuff. 3. tomo ad leges Gall. tit. de recus. Didac. Perez ad L. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. column. 953. Morla in 1. part. sui emporii, tit. de jurisd. omn. jud. à n. 173. Azeved. L. 1. tit. 16. lib. 4. novæ collect.

- 2 Orta est causa recusandi iudices, quia periculosum est sub suspecto iudice litigare, cap. quod autem 3. q. 5. in fin. cap. cum inter, de except. cap. secundo requiris de appell. & est inducta de jure positivo, quadam ratione naturali dictante, ex Rebuff. ubi supra de recusat. in præfat. n. 6. Perez d. loco, vers. secundo dubitatur, quo jure fuerit inventa, Morla loco citato, numer. 184. ad fin. & dicitur janua defensionis recusatio iudicis, Bald. cap. cum inter, de except. & est prima iudicii porta, Rebuff. de except. numer. 254. & in Regno Lusitano non potest allegari, nisi in causa pendente coram iudice recusato, quod fuit dispositum in quadam extravagante nuncupata, das suspeiçoens, e embargos, in §. quero, e mando ad fin. edita per Philippum I. anno salutis 1590. postquam hanc Coronam usurpavit, & repetita est in nova Ordin. lib. 3. titul. 21. §. 3. ibi: Mandamos que se não possa pôr suspeiçaõ a algũ Fulgador, senaõ em causa declarada, e que penda em juizo. Nec admittitur suspicio vaga, ex Avend. lib. 2. de legib. prætor. cap. 23. numer. 13. vers. Tertium Gerardus lib. 1. controversiar. forensium, dec. 99. quicquid Bart. ab eo allegatus consil. 105. numer. 5. tenebit posse iudicem recusari respectu futurarum litium per L. 1. Cod. si quacumque prædit. potest.
- 4

- 5 Regulariter suspicio debet allegari ante litem contestatam, L. apertissimi, Cod. de judic. gloss. verbo, protestata, in cap. pastoralis, de exceptionib. Lanfranc. dicto verbo, recusationes, num. 1. Rebuff. de recus. artic. 1. gloss. 1. Covarr. præct. question. cap. 26. numer. 2. Gonçal. Soares in sua præct. prima part. tom. 1. in 10. tempore, num. 18 & inter exceptiones illa est proponenda, quæ respicit iudicis

recusationem, ex gloss. cap. quoniam, verbo exceptiones, & in cap. exceptione, Uberr. de Bonacurso in sua præct. sub rubr. de recusation. vers. & quamquam, Gonçal. Soar. in 2. tom. sua præct. cap. 6. numer. 2. ubi citat Ordin. Lusitan. in antiq. lib. 3. titul. 37. §. 1. quod etiam probatur in Ordin. lib. 3. tit. 49. §. 1. in novis, ibi: A excepçaõ de suspeiçaõ se ha de allegar primeiro de todas, porque se o Reo deixasse de allegar, e allegasse outra excepçaõ dilatoria de foro, ou qualquer outra, não poderá em esse processo recusar o Juiz por suspeito. In Regno autem Castellæ vide L. 4. titul. 10. lib. 2. novæ collect. Covarr. præct. cap. 20. numer. 2. Gonçal. Soar. in sua præct. tom. 1. tẽpore 10. à n. 18. Azeved. L. 1. num. 13. & 14. titul. 16. lib. 4.

6 Adde quod in hoc Regno Lusitano habemus aliam Ordin. lib. 3. titul. 22. in antiquis, & titul. 21. in novis, ubi in e-jus princip. habetur: Se o Reo quizer recusar ao Juiz por suspeito, ponha logo a recusaçaõ antes que responda á demanda principal, porque se logo a não puzer não lhe será recebida depois que fizer algum acto porque pareça consentir nelle: salvo se houver a suspeiçaõ de novo, porque a suspeiçaõ que vem de novo se pode pôr em todo o tempo antes da sentença, não fazendo a parte depois que della teve noticia, algum acto, porque pareça haber consentido no Juiz. Quod etiam est dispositum de jure, L. non distinguemus 37. §. cum quidam ff. de arbitr. ubi notant Bart. Alber. Bald. & Fulgos. probatur in cap. insinuante, de offic. delegat. gloss. 3. cap. pastoralis de exception. gloss. verbo, recuset, in cap. statutum, §. cum autem de rescriptis, lib. 6. Paulus Paris. cons. 99. à numer. 26. lib. 3. Rebuff. dicta gloss. 1. numer. 2. Covarr. præct. cap. 26. num. 2. & ita declaranda est Ord. in eodem titul. 21. §. 2. & in dict. tit. 49. §. 1.

7 Cæterum non habet locum recusatio in casu, quo litigantes, postquam processus committuntur Senatoribus dicendi, eos faciunt citari pro causis,

quas poterant persequi, antequam scirent, quod illis processus dati erant, ut probatur in utraque *Ordin. titul. 22. §. 7. in antiquis, & titul. 21. §. 25. in novis* ibi: *Porque alguns litigantes, quando seus feitos vão a alguns Desembargadores, ou mandão citar, dizendo que lhes saõ em algumas obrigaçoens, e depois lhes intentão suspeição, allegando, que andão com elles em demanda, mandamos que sêdo as taes citaçoens por causas que as partes puderaõ demandar antes de se saber que o tal Fulgador era Juiz de seu feito, naõ lhes sejaõ recebiaas taes suspeiçãoens, e sem embargo dellas desembarguem os feitos.*

8 Rursus, nec habet locum recusatio in alio casu, de quo in *dict. Ordin. titul. 21. §. 26.* ibi: *E se alguma parte depois de trazer feito perante algum Fulgador, lhe disser, ou fizer alguma injuria, alem da pena que que nossas Ordenaçoens merecer o dito Fulgador fique, e seja Juiz de seu feito, como se a tal injuria lhe naõ dissera, ou fizera.* In quo *Ordin.* discrepat à jure communi, quo attento poterat iudex reculari, non obstante, quod causa inimicitiae procederet culpa, & facto recusantis, ut docent *Archid. cap. statutum, §. cum autem de rescript. lib. 6.* quem sequitur *Hip. L. 1. cum quis latrones, col. pen. ff. de quaestionibus, Ripa cap. 1. n. 14. de judic. Roland. consil. 24. n. 47. lib. 1. quos, & alios refert Menoch. lib. 1. de praesumpt. quaest. 84. n. 54. Rebuff. de recusat. articul. 9. gl. 1. à n. 11.* habet tamen *Ordin.* pro se opinionem *Bartol. dict. §. cum quidam*, cujus autoritas magna est, *Decian. respons. 51. n. 83. lib. 1.*

9 Item si aliquis iudex fuerit recusanti iudicatus suspectus, & pars recusans in eum postea consenserit, non poterit amplius recusari, nisi eum de novo recuset, & ex causa orta de novo, ex *Ord. dict. titul. 21. §. 27.* ibi: *E depois que hum Fulgador for julgado por suspeito, se a parte consentir nelle, naõ lhe poderá por suspeiçãoem outras causas, salvo vindaõ lhe com suspeição de nova causa.* Quod

etiam fuit dispositum in *Extravagante das suspeiçoens, e embargos §. 9.* incipit: *E hei por bem.*

Nec etiam possunt recusari iudices executionis, quia habent partes alia remedia, si excedant modum, ut dicit in *§. 28.* ibi: *E aos juizes da execuçaõ se naõ poderá vir com suspeição de qualquer qualidade que seja, porque excedendo elles o modo, tem as partes outros remedios de direito de que podem usar,* idem est respectu scribae executionis, qui non potest recusari eadem ratione, quia habent partes alia juris remedia, quibus se tueri possunt, ut habetur in *Ordin. titul. 23. §. fin. lib. 3. in novis,* & utrumque dictum erat dispositum in *d. Extravag. das suspeiçoens, e embargos §. 4.* incipit: *Hey por bem que ao Juiz,* in quo deviat à jure communi, quo attento etiam hujusmodi executores poterant recusari ex *gloss. verbo, debuiisset, in cap. novit. de appell. ubi Imol. Abb. & Franc. n. 7. Peres ad L. 4. titul. 8. lib. 3. fol. 1088. vers. dubitari.*

Quae autem sunt illa juris remedia vide in *L. ab executore cum gloss. & Doctorib. Cod. quorum appell. & in cap. ei qui §. ab executore 2. quaest. 6. cap. quoad consultationem dere jud. gloss. in cap. pastoralis, §. verum de re judicat. Rebuff. 1. tomo ad leges Gall. titul. de sentent. executorial. articul. 2. gloss. 14. & apud Lusitanos probatur in *Ordinat. antiqua titul. 6. & in Ordin. nova titul. 76. lib. 3.* hoc autem factum est, ut executiones sententiarum citius abbrevientur, nam experientia docuit, quod per recusationes inventas à partibus condemnatis differerentur, sicut & alia specialia favore executionis sunt inducta, ut probatur in *Ordinat. lib. 3. titul. 86. §. 1. §. 2. §. 3. §. 10. §. 17. ad finem, §. 20. 21. & §. 22.* ut etiam fuerat dispositum in *L. Dominica sub titul. das execuçoens, & in L. reformationis justitiae sub rubric. das execuçoens que haõ de fazer os Alcaldes, e Meirinhos:* interest enim Reipublicae sententias exequi propter auctoritatem rei iudicatae. *L. servo 65. §. cum pra-**

prætor, ff. ad Trebell. Rebuff. ad leges Gall. tit. de sentent. execut. in præfat. num. 20. & per hæc non practicabitur L. 9. titul. 2. part. 3. Extravag. quia correctæ est per Ordin. ubi supra, quæ deneget allegari suspiciones in causa executionis.

Non itidem omitto an recusatio in terminis supra tractatis denegetur tantum Reis condemnatis, an etiam victoribus, qui sententiarum suarum executionem prosequuntur, & videtur tantum habere locum respectu condemnatorum, contra quos est calumniæ præsumptio, quod ob dilatandam executionem executores recusant; tum quia illis conceduntur alia juris remedia contra excessum, si faciant executores in executione, & cessant hæc ex parte victorum, qui executionem instant, nam præsumendum est, quod executionem accelerabunt, ut commodo victoriæ fruantur, & cessante ratione legis, cessare debet ipsa dispositio L. adigere §. quavis, ff. de jur. patron. cap. cum cessante de appell.

Cæterum non admitto hanc declarationem, quia Ordin. loquitur generaliter, & sine distinctione accipienda, & practicanda est, L. non distinguemus 37. in princip. ff. de arbitr. L. de pretio, ubi gloss. plures concordantes, ff. de public. in rem action. rursus, quia adhuc possunt dari eadem rationes, nam potest victor causam executiones protelare in vexationem executari. Rursus potest iudex, & notarius executionis modum excedere, à quo erit necessarium victori appellare, & aliis juris remediis uti ad impugnandum excessum, ideo non poterit, nec ipse victor recusationem intentare executoribus; & hæc est tutior opinio ad declarationem illius Ordin.

Pariter non admittitur recusatio contra calculatores patrimonii regalis, ex Ordin. dict. titul. 21. §. ultimo, ibi: Por quanto no tomar das contas de nossa fazenda não cabe suspeição, nem a houve de antigamente, mandamos que no to-

mar dellas se não possa intentar suspeição alguma ao Contador mór, nem aos Contadores de nossos Contos. Quod statutum fuit per Serenissimum Regem Joannem III. ut refertur in L. 11. tit. 2. part. 3. Extravag. poterunt tamen recusari alii calculatores patrimonii Civitatis Ulissiponensis, & Provinciales, ex L. 10. dict. titul. 2. part. 3. Extravag. & ex Ord. lib. 3. titul. 22. §. 1. sicut etiam poterunt recusari calculatores sumptuum, ex Ordin. lib. 1. tit. 70. in princip. in antiq. & lib. 1. tit. 90. in novis, ibi: E sendo o Contador suspeito.

Et quid de jure in his calculatori-
bus, & aliis æstimationibus, vide per
Garciam de expens. cap. 24. n. 25. &
num. 27. vers. quinimo, Ayora de parti-
tionibus n. part. cap. 4. à num. 19. Muñoz
de Escobar. de ratiocin. cap. 8. à n. 13.
Alvar. Valasc. de partitionib. cap. 9. à n.
17. sic etiam an Inquisitores hæreticæ
Judex autem quando recusatur, non 69 potest amplius de causa cognoscere, donec suspicio finiatur, alias processus ab eo factus erit nullus, ex *Bart. L. quia poterat, ff. ad Trebel. & consil. 105. Alexand. consil. 89. lib. 1. Jason. consil. 21. n. 8. Seraphin. de privileg. juramentis privileg. 7. num. 21. Vantius de nullitat. ex defectu jurisdict. ordin. num. 140. Muranta de ordin. judic. 6. part. titul. de appellat. n. 24. Rebuff. 1. tom. ad leges Gall. titul. de sentent. execut. articul. 3.*

num. 1. Azeved. L. 1. num. 8. titul. 16. lib. 4. & probatur ex Ordin. antiq. dict. titul. 22. §. 3. & dict. titul. 21. §. 4. o dito Fulgador, ibi: E o dito Fulgador não proceda mais no feito até sobre a suspeição não ser dado final despacho, ou ser passado o termo em que se ha de determinar. Poterit tamen facere præparatoria, Azeved. 2. p. de legibus prætor. cap. 23. n. 15.

70 Rursus facit, quod annullat, & tenetur recusatatus parti recusanti in omnidamno, & sumptibus, ibi: Porque procedendo por esse mesmo feito, será nenhundo o por elle processado, & mais pagará á parte todo o damno, que por elle receber, e as custas que sobre isso fizer. Vide multa per Robert. de attentat. cap. 6. in 2. part. Illud tamen adverte, quod si excipias de nullitate contra sententiam à iudice recusato latam, non fidas in sola nullitate ex recusatione, nisi adjungas alia, quæ faciant ad merita causæ, & quæ probata convincant te jus bonum fovere; nam Senatores solent reprobare impedimenta contra sententiam, si nihil aliud nisi solam nullitatem contineat ex doctrina Alex. L. non solum, §. morte, num. 47. ff. de novi operis nunt. Vant. de nullit. titul. qualiter sentent. nullitas, n. 108. Gam. dec. 237. numer. pen. & fin. Surd. cons. 181. numer. 28. & cons. 227. n. 17. Azeved. L. 2. titul. 13. lib. 4. n. 45. Valasc. consult. 65. ad fin. in 1. part. & de partit. cap. 39. a n. 72. eo magis quia inquit Robert. d. cap. 6. num. 53. quod licet sententia sit nulla, lata per iudicem recusatum, si tamen fuerit iusta, poterit confirmari.

72 Et potest iudex recusari etiam per tertium comparentem pro suo interesse, ut docet per text. ibi, Panorm. cap. cum super, de offic. dsleg. dicens illud nunquam oblivioni tradendum: Andr. Gayl. lib. 1. practicar. cap. 71. num. 6. Robert. d. cap. 6. n. 59 Princeps autem potest remove- re suspicionem, & committere causam ea remota, & valet processus per iudicem, qui eam commissionem fecit, non obstante, quod recusetur, ex Doctoribus

in cap. cum inter de except. Dec. cons. 175. col. 2. est communis ex Rebuff. de recus. in præfat. quæst. 3. n. 9. Rober. de attentatis in præfat. n. 67. Azeved. L. 1. num. 2. titul. 16 lib. 4. adde Hippol. singular. 232. Duñ. reg. 43. in fin.

ALLEGATIO XCVII.

In qua agitur de cautionibus in recusationibus.

SUMMARIUM.

- 1 De cautione quam tenebatur deponere, qui recusatantur iudices Curiales Senatus Supplicationis, vel civilis, in civilibus, & criminalibus causis.
- 2 Quid circa cautionem ordinaverit Rex Emmanuel.
- 3 Quid statuerit Rex Joannes III. & n. 4.
- 5 Quid statuexit Rex Philippus I.
- 6 Cautio facienda est penes scribam, qui scribit in suspicionum processu, & est casus specialis.
- 7 Quid si recusetur persona in casibus, in quibus habet jurisdictionem.
- 8 Recusans auditores dominorum literatos tenetur deponere cautionem.
- 9 Idem erit, si domini, qui recusantur, sint literati.
- 10 A depositione cautionis excusantur pauperes.
- 11 Quid de cautionibus in suspicionibus in aliis partibus statutum sit.
- 12 A depositione cautionis excusatur procurator Regius in suspicionibus, quas objicit, tanquam talis.
- 13 Quando recusans desistit à suspicionem, antequam super ea feratur sententia, totam recuperat cautionem.
- 14 Totam amittit cautionem, quoniam recusatus iudicatur non suspectus. Ibid. Si autem iudicatur, quod non procedit, amittit recusans dimidiam cautionem.
- 15 Limitatur in duobus casibus.
- 16 Quando tertius recusat, & non admitti-

mittitur, tanquam pars ad recusandum, non amittit cautionem.

17 Idem quando pendente recusatione moritur recusatus.

18 Fallit quando tertius admissus fuit in causa ratione interesse, assistendo alicui ex partibus, vel opponendo se ad excludendum utrumque, & n. 19.

20 Quando recusatio fuit posita post mortem iudicis, & recusatur non suspectus, amittitur cautio.

21 Cautio, quando amittitur, cui sit applicanda.

22 Ex sententia finali super suspicionibus poterit recusans, vel sententiã, vel certitudinem extrahere ab actis.

23 Qui sententias volunt impedire faciunt assignari parti, vel ejus procuratori tres dies, ut eas extrahant, & deferant ad Cancellariam.

Ibid. Idem erit quando pars recusans voluerit sententiam latam in suspicionibus per Cancellariam expedire.

24 Salariũ Cancellarii, vel alterius, qui cognoscit de suspicionibus, quantum sit.

25 Quid de cautionibus deponendis in Curii Ecclesiasticis, remissivè.

26 Observantur leges, & consuetudines fori, ubi litigium vertitur.

QUI recusationem proponebat contra iudices Curiales Senatus Supplicationis, vel civilis, si recipiebatur, & quia recusati depositio non sufficiebat ad iudicandum eum suspectum, petebat dilationem ad producendam probationem, deponebat penes scribam suspicionis, vel alium, quem Cancellarius maior, vel Senatus civilis eligebat, cautionem decem aureorum, si valor causæ de qua agebatur, erat 20. millium numorum regalium, vel maioris quantitatis in causis civilibus, vel criminalibus cujuscumque qualitatis, & si erat minoris valoris vel recusans erat tam pauper, qui non haberet facultatem ad deponendam dictam cautionem, sive causa esset civilis, vel criminalis, relevabatur ab eo deposito, ex *Ordin. antiq. lib. 3. tit. 22. §. 6.*

Post hanc Ordinat. editam per Regem Emmanuelem, Rex Joannes III. 3. Octobris 1547. ordinavit, ut qui recusasset aliquem ex Correctoribus civilium causarum in civitate Ulyssiponenfi, & recusans se non satisfacisset de depositione recusati, & velit probationem super ea facere, & judicaretur non suspectus, pars recusans solveret decem aureos ad expensas Senatus, sicut erat ordinatum per Ordinationem circa suspensiones positas cuilibet ex Senatoribus, & quod eos decem aureos poneret in cautionem, antequam admitteretur ad probandum, de quo extat provisio missa ad Episcopum Governatorem inter regulas Cancellariæ, & inde desumpta fuit *L. 2. tit. 2. part. 3. Extravag.* cujus occasione præmissi præcedentem alleg. & in hanc descendit.

Deinde idem Rex Joannes III. 3. ordinavit lege lata 27. Novemb. 1547. ut quicumque recusaret aliquem ex Senatoribus, vel officialibus Senatus Supplicationis, vel civilis, cum recusationem in scriptis offerebat, antequam deferretur Cancellario, vel alii, qui de ea esset cogniturus, ad pronuntiandum super ejus procedimento, deponeret statim aureos decem, qui per Ordinationem jubebantur deponi, antequam esset assignata dilatio, & quod si eos non deponeret, non fuisset auditus, & iudex recusatus processisset in causa, ac si ei non esset posita, ut habetur in *L. 1. tit. 2. part. 3. Extravagant.*

Et in *L. 3. eodem titul. 2. & part. 3.* 4. statuit idem Rex Joannes III. quod intestans suspensiones Correctoribus Civitatis Ulyssiponenfis, sive criminalibus, sive civilibus, quantitatis decem millium numorum regalium, vel maioris summæ, deponeret decem aureos, & si non deponeret, non fuisset auditus, & fuit hæc lex stabilita 9. Julii 1550. Deinde Rex Sebastianus in *L. Dominica §. 29.* statuit, ut quicumque recusaret aliquem ex Correctoribus Civitatis Ulyssiponenfis, qui non essent Senatores, deponeret ducatos quatuor, sicut tenebatur deponere,

nere, qui recusabat Correctores Provinciales; & in §. 33. statuit, ut qui recusaret iudices foraneos, vel auditores dominorum literatos, deponeret duos ducatos,

5 Deinde in *Extravagante das suspeiçoens*, edita per Philippum I. §. 1. statuit, qui recusaret Præsidentes Palatii, Mensæ Conscientiæ, Veedores patrimonii regalis, Rectorem Senatus Supplicationis, Governatorem Senatus Portugallensis, teneatur deponere 50. aureos, nec aliter admittatur recusatio; & si recusaret Cancellarium maiorem, vel aliquem ex Senatoribus Palatii, deponeret 30. aureos, & si recusaret Cancellarios Senatus, Senatores eorum, Mensæ Conscientiæ, deponeret 20. aureos; & recusando Correctores Civitatis Ulyssiponenfis, Provinciarum Provisores, Calculatores, Conservatorem Universitatis Conimbricensis, Auditores Ordinum Militarium, tenetur deponere decem aureos; & in recusationibus objectis contra iudices foraneos Regios, vel dominorum literatos, quinque aureos; & recusando eorum auditores literatos, decem: quæ omnia repetita sunt in *Ord. nova*, edita per Philippum II. *lib. 3. tit. 22. in princ. & §. 1.*

6 Hæc autem depositio, sive cautio facienda est penes scribam, qui in processu suspicionis est scripturus, & est casus specialis, in quo scriba potest esse depositarius, ex *Ordin. dict. titul. 23. ad fin princip.* quia est regula in contrarium per *Ordin. lib. 4. titul. 49. §. 1. in novis*, deducta ab *antiq. lib. 4. titul. 24. §. 5.*

7 Quid autem si recusetur persona in casibus, in quibus habet jurisdictionem ex donatione Regia, an teneatur recusans cautionem deponere, potest desumi ex *Azeved. L. 8. titul. 3. lib. 1.* dum dicit, quod ejus recusatio proponenda est secundum terminos legum Regni, non secundum Canones, & quod ita fit, utitur, & practicatur, quidquid dixerit *Abb. cap. licet, num ultim. de foro compet.* quod tamen apud nos observabitur circa processum suspicionis propositæ, non

circum depositum, quia *Ordin.* loquitur in suspicionibus positis auditoribus dominorum literatis, & ad alios, de quibus non loquitur, trahenda non est, *L. si servum 70. §. prætor ait, ff. de acq. hered. L. cum prætor 12 ff. de jud.* Admitterem tamen quod si ipsi domini tempore sint literati, & per se de causis velint cognoscere juxta terminos suarum donationum, prout possunt, ex *Ordinat. antiq. lib. 2. titul. 26. §. 9. & §. 10. & ex nova titul. 45. §. 43. & §. 47.* recusantes eos, tenebuntur ad faciendam prædictam cautionem decem aureorum, militat enim eadem ratio, & eadem dispositio juris, *L. illud 32. ff. ad L. Aquil.* ubi pro sumario dicit *Oldr.* quod casus, quos necit paritas æquitatis, identitas rationis, non sunt quoad juris dispositionem separandi.

Ab eo onere deponendi excusantur pauperes, probata paupertate per testes, *Ordin. antiq. d. titul. 22. §. 6. L. 5. & 6. §. ultim. titul. 2. part. 3. Extravagant. & ex Extravagant. das suspeiçoens §. 1. ad fin. & in Ordin. nova d. tit. 22. §. 1.* ubi ita disponitur: *E a pessoa que puzer qualquer das ditas suspeiçoens, naõ serã relevada de depositar a cauçaõ, salvo sendo taõ pobre, que a naõ tenha, para o que lhe naõ serã admittido juramento, mas sõmente o poderã provar por testemunhas; & aos pobres, que notoriamente constar que naõ tem possibilidade para depositar a cauçaõ nas causas que penderem na Casa da Supplicação, & do Porto, se poderã moderar a cauçaõ pelo Regedor, ou Governador, como lhes parecer justo, & apud Castellanos vide L. 5. titul. 10. lib. 2. novæ collect.*

Nec est novum in hoc Regno Lusitano eas recusationes non admitti contra dictos iudices, & officiales absque cautione, nam & in aliis partibus impositæ sunt mulctæ recusantibus, si suspensiones objectas non probent, ut videre est apud *Rebuff. de recusat. artic. 7. gl. 1. & artic. 9. gloss. 1.* in terris Gallorum, & apud Valentinos ex *Morla in 1. part. sui emporii, titul. 2. de jurisdic. omn. jud.*

num. 180. & pud Castellanos ex *L. 2. & 4. & 17. titul. 10. lib. 2. Azeved. L. 1. num. 7. titul. 16. lib. 4. Monteroso in sua pract. civil. tract. 5. de Chancellariis; in titul. de recusationib. numer. 3. Gonçal. Soares in sua pract. 6. part. primi tomi, cap. 1. §. unic. num. 4. Curia Philippica 1. part. §. 7. num. 23.*

12 A depositione dictæ cautionis etiam relevatur procurator Regius in suspicionibus, quas tanquam procurator Regius objicit iudicibus, ex *Cabed. dec. 119. numer. 2. & Aresto 43. in 2. part. & apud Castellanos vide in d. Cur. Philip. dict. §. 7. numer. 24.* Quando autem re-

13 cusans desistit à suspicione, antequam super ejus procedimento sententia feratur, recuperat totam cautionem, si desistat ab ea, postquam recepta est, & iudicata ad procedimentum, amittat totam cautionem, sicut & totam amittit, quando iudicatur, quod non fuit probata: si

14 autem iudicatur, quod non procedit, amittitur dimidia pars cautionis. Hæc probantur ex *L. Dominica, §. 28. & ex Ord. nova dict. titul. 22. §. 3. ibi: Recusando alguma parte qualquer Fulgador, & pronunciando-se que a suspeiçãõ não procede, perderá a metade da cauçaõ, & desistindo da suspeiçãõ posta, antes de ser julgada, se procede, ou não, não perderá a cauçaõ: mas desistindo depois de se pronunciar que procede, ou julgando-se que o Fulgador não he suspeito, perder-se-á toda.*

15 Quod tamen in duobus casibus non procedit, de quibus *Cabed. decision. 1. part. Arest. 24.* quorum primus est, quando

16 tertius posuit suspensionem, & non amittitur, tanquam pars ad recusandum: secundus est quando pendente recusatione moritur recusatus, & cessat causa

17 suspensionis morte recusati, & reducitur ad terminos, ac si non fuisset posita; quod tamen recipit declarationem, nam

18 prima decisio non procedit quando tertius in causa intervenit, & admissus ratione interesse, vel assistendo alicui ex partibus, juxta *cap. 2. ut lite pendent. lib. 6. Andr. Goyl. lib. 1. pract. observat. cap.*

*71. Ordin. lib. 3. tit. 15. §. 14. in antiq. L. 7. §. 29. titul. 1. part. 3. Extrav. L. Dominica §. 15. Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 31. in novis, vel opponendo se ad excludendum actorem, & reum, ex Ord. d. titul. 10. §. 10. d. L. 7. §. 28. d. L. Dominica, §. 12. Ordin. nov. d. titul. 20. §. 31. quia, ut supra diximus in allegat. precedenti poterit recusare iudicem, & in his terminis incurret jaecturam cautionis integræ, vel dimidiæ, juxta terminos *Ordin. d. §. 3. & L. Dominica §. 28.* Secunda autem decisio declaratur, quando recusatio fuit proposita vivo recusato, & ejus morte cessavit: quod si ponatur post ejus mortem ad annullandum quod ipse processerit, & iudicavit in vita, nam hoc fieri potest, ut per *Cabed. dec. 45. numer. 7. in 1. part. practicabitur in eodem Ord. quæ agit de amissione cautionis.**

Quando autem amittitur cautio, cui fit applicanda, docet *Ordin. d. titul. 22. §. 3. E sendo a suspeiçãõ posta aos Dezembargadores da Caza da Supplicação, Officiaes da Corte, Corregedores da Cidade de Lisboa, applicarse-á a cauçaõ para as despesas da Relação; & sendo posta aos Dezembargadores da Caza do Porto, applicarse-á para as despesas della; & sendo posta a outros Fulgadores, applicarse-á aos cativos: & apud Gallos applicatur dimidia Camerae, dimidia parti, *L. 17. titul. 10. lib. 1. nova collect. Curia Philippica 1. part. §. 7. numer. 23.**

Ex sententia lata super suspicionibus poterit recusans, vel sententiam, vel certitudinem ex actis extrahere per scribam eorum, prout recusans voluerit, nec tenetur præcisè sententiam extrahere, quod probatur ex *dict. L. Dominica, §. 30. ad fin. & in Ordin. nova d. titul. 21. §. 20. ibi: E da determinação final que se tomar sobre a suspeiçãõ, se passará sentença, ou certidão á parte, qual elle mais quizer.* Non obstante, quod *Cabed. decision. 1. part. Arest. 21.* loquitur de sententia, quia sic evenit in eo factò: unde perperam faciunt scribæ Cancellariæ Senatus Portug. qui nolunt cer-

certitudines dare partibus, sed cogunt sententiam ex actis depromere causa maioris lucri.

23 Hinc etiam infertur, quod stylo Senatus introductum est, quod qui volunt sententias impedire per exceptiones, faciunt assignari 3. dies partibus, vel eorum procuratoribus, ut sententias ab actis extrahant, & ad Cancellariam deferant, quod si faciant, exceptiones ponuntur in Cancellaria ne transeant, & si non extrahant, exceptiones offeruntur in processu, qui stylus etiam habebit locum si pars recusans, quam obtineat sententiam, velit extrahere, & per Cancellariam expedire, aliter exceptiones opponentur in processu: expensas autem factas in processu solvit recusans, licet vincat, & hoc jure utitur; si autem contra sententiam excipiebatur, & excipiens succumbat, condemnabitur in expensis juxta *Ordin. lib. 3. titul. 71. §. 24. in fin. & §. 45. in antiq. & in novis lib. 3. titul. 87. §. 8. & 9.* & non admittitur in Senatu Portugallensi *decisio Gamæ 38. n. 7.*

24 Cancellarius autem, vel alius, qui cognoscit, habet duos denarios ex determinatione suspicionum, ex *L. 2. tit. 6. part. 3. Extravagant. & ex L. Dominica §. 30. & Ordin. nova d. titul. 96. in princip. ibi: O Chanceller da Casa da Supplicação levará dous vintens da assignatura no despacho final que der nas suspeiçoens, ora se julge que a suspeição procede, ora que não procede; e esta mesma assignatura levarão Juiz da Chancellaria nas suspeiçoens, cujo despacho lhe pertence, ou outro qualquer Juiz que conbecer da suspeição, que seja posta a Fulgador, quer a Escrivão.*

25 Hæc quoad Curias sæculares Regni: in Curias autem Ecclesiasticis sunt constitutiones Episcopatus Portug. in *titul. de stylo, constitut. 5. §. 79. usque ad §. 84.* & in Episcopatu Conimbricensi in *regimine officialium constit. 4. §. 15. usque ad §. 23.* quæ debent observari in suo foro, tam per personas Ecclesiasticas, quam sæculares in eo litigantes, & recusantes

Judices, & officiales Ecclesiasticos, sicut & leges Regiæ comprehendunt personas Ecclesiasticas litigantes in Curias sæcularibus, nam observantur leges, & consuetudines fori, ubi litigium vertitur, ex *L. 3. §. fin. ff. de testibus, L. cum Clericus 25. Cod. de Episcopis, & Clericis, Bart. L. 1. num. 15. & Jason. n. 57. Cod. de summa Trinitate, & fide Cathol. Doctores in L. 2. Codic. quemadmodum testam. aperiantur, Palat. Rub. repetit. rubric. in præfat. n. 13.* quæ non sunt contemnenda, vidi enim in dubium revocari. Circa suspiciones positas officialibus Universitatis Conimb. vide in *illius statutis lib. 2. tit. 26.*

ALLEGATIO XCVIII.

In qua agitur de quibusdam dubiis, quæ proposita fuerunt, & quibus responsum fuit.

SUMMARIUM.

- 1 *Casus contingentia.*
 - 2 *An de condemnatione facta in summa excedente 30. millia numerum regalium cum sumptibus, debeat decima solvi in Cancellaria, vel poni per verbum in libro.*
 - 3 *An si confessus, & nominans pignora in judicio, mendax fuit, & in aliis bonis fiat executio, debeat decimam solvere.*
 - 4 *Ad Cancellarium, & scribam pertinet decidere dubia in Cancellaria occurrentia de jure antiquo, aliud de jure novo.*
- Ibid. De præcepto injuncto confitenti non solvitur decima.*
- In criminalibus non datur præceptum, & debet sequi condemnatio, n. 4. & 5.*
- Ibid. In civilibus quid agendum.*
- 5 *Ex sententia emanata in criminalibus ante litem contestatam, nullo dato libello, nec lite contestata, debetur decima.*
 - 6 *Sententia præcepti facta nullo præcedente*

- dente libello, nec lite contestata in civilibus, habet vim rei judicatae, & alios effectus.
- 7 Debet talis confessio fieri iudice sedente pro tribunali in figura iudicii vel per notarium de commissione ipsius iudicis.
- Ibid. Ultra confessionem debet sequi pronuntiatio iudicis in præcipiendo confitenti, ut solvat.
- 8 Quando confessio fit præcedente libello, & litis contestatione, quia debet sequi sententia in his terminis, solvetur decima.
- Ibid. Quid in juramento.
- 9 An requiratur pignorum nominatio, ut confessio sit judicialis, & excusetur à decima.
- 10 Non sufficiet litem contestari ex iudicis officio, sed per veram responsionem Rei ad libellum.
- Ibid. An si post confessionem pars confitens opponat exceptiones, in quibus non fuit provisus, debeat decimam.
- Ibid. Contra confessionem judicialem potest pars confitens variis modis excipere.
- 11 Quid si excipiat contra sententiam præcepti extractam ab actis.
- 12 Quando excipit contra confessionem præcepti extractam ab actis, tenetur excipiens deponere summam cõdemnationis, secus quando excipit in actis.
- 13 An de sententiis latis per susceptores iudices gabellarum, alfandegarum, debeat decima.
- 14 An idem sit in sententiis latis per officiales, & susceptores dominorum, qui habent potestatem ferendi sententiam.
- 15 De illis officialibus agitur remissivè locis citatis.
- 16 An à sententiis latis per verbum condemnno, vel mando, post processum discussum, debeat decima.
- 17 Sententia condemnatoria sufficit habere verbum condemnno, vel equipollens.
- 18 Si decem numi regales, qui solvuntur de chartis citatoriis in Cancellaria,

pertineant ad Regem, vel ad Cancellariam.

- 19 Si quis conveniatur pro bonis, quæ possidet indebite, & ipse se defendit, & condemnatur, debet decimam.

Andreas de môraes conductor Cancellariæ Senatus civilis petivit certitudinem à Gonçalo Vaz Scriba Cancellariæ Senatus Supplicationis de illius stylo circa quædam dubia, de quibus sigillatim respondit, & sunt incorporata inter regulas Cancellariæ Senatus civilis, seu portugallensis, de quibus sigillatim proponere intendo in hac allegatione. Prima interrogatio habet, se o condemnado em 30. mil reis, & custas, que por respeito das custas passa de 30. mil reis, se se paga em dinheiro, ou se passa per verba? Ad hanc primam interrogationem eum regimine Cancellariæ responsum est, de quo in regula 11. & in Ordin. antiq. lib. 1. titul. 13. §. ult. & in Ordin. nova, titul. 20. §. §. quibus statutum est, quod condemnatio sententiæ excesserit summam 30. millium numerorum regalium, non teneatur victor in Cancellaria solvere decimam, sed ponatur in memoriali, ut postea exigatur decima à condemnatis, & de hoc egi in alleg. 82.

Secunda interrogatio continet, se confessando a parte em juizo a divida por que he demandado por conhecimeto, ou por scriptura, e nomear penhores, e consta que os penhores que nomeou naõ saõ seus, & se faz execuçaõ em outra fazenda sua, se deve dizima, visto como a declaraçaõ dos bens que nomeou foy falsa, postoque passasse por precepto de solvendo? Ad hanc interrogationem fuit responsum, que era duvida, que determinaria o Chanceller como Escrivaõ da Cancellaria.

In hac responsione notandum est, primum, quod ad Cancellarium, & Scribam Cancellariæ pertinebat decidere dubia occurrentia in Cancellaria, quando in illis non invenitur certa decisio, ex Ordin. lib. 1. tit. 13. §. 3. in antiq. Sed ho-

hodie debet Cancellarius dicere in Senatu cum Senatoribus nominatis à Re-
ctore, vel Governatore, ex *Ord. nova lib.*
1. tit. 20. in princip. & tit. 44. in princ. &
dixi in alleg. 92. Secundo notandum, quod
ex præcepto de solvendo in iuncto con-
fidenti debitum in iudicio, non debetur,
decima, ex *Bart. L. 1. ff. de confess.* ubi
dicit, quod statuta, quæ dicunt, quod de
qualibet sententia condemnatoria sol-
vatur gabella, per hæc verba de confes-
sione, vel præcepta confessionis, non sol-
vetur gabella, secundum distinctionem,
quam infra subjicit; & *n. 2.* dicit, quod
in criminalibus non habetur pro con-
demnato, nisi sequatur sententia, ut in
L. si confessus, ff. de custod. reorum; in
civilibus autem dicit, quod aut non est
datus libellus, & non debet sequi senten-
tia, *L. certum in fin ff. eidem, L. si de-
bitori, ff. de iudic.* aut post libellum da-
tum, & lite contestata, & tunc fertur
sententia. *L. Julianus, L. qui Stichum,*
ff. de confess.

5 Multa ex hac doctrina Bartol. de-
promuntur membra: primum, quod in
criminalibus non datur præceptum, sed
semper debet ferri sententia, sive fiat
nullo dato libello, nec lite contestata, ut
copiosè probant multis adductis *Ro-
deric. Soar. in L. post rem iudicatam,*
notab. 3. num. 9. ff. de re iudicat. Aviles
ad leges prætor cap. 10. glossa, execucion,
*num. 32. Mascard. lib. 1. de probat. con-
clus. 344. num. 6.* & ita de hac sententia
lata in criminalibus, licet fundetur in
confessione Rei, debetur decima.

6 Secundum membrum Bartoli est,
quando confessio facta est nullo præce-
dente libello, nec lite contestata in cau-
sis civilibus, & hæc habet vim rei iudi-
catæ, & executionem paratam, & sit præ-
ceptum in confessum, ex *dict. L. si debi-
tori 21. ff. de iudic.* ibi: *Si debitori meo,*
vel in actionem edere, probandum erit, si
fateatur se debere, paratumque se dicat
solvere, audiendum eum dandumque di-
em cum competenti cautela ad solvendam
pecuniam. In hoc text. *Bart. ibi,* & alii

tenent in confessum non esse ferendam
sententiam, sed dandam dilationem ad
solvendum: idem tenet *Soares dict. no-
tabili 3. num. 1. Mascard. dict. concl. 344.*
*num. 1. Abb. n. 25. & Imol. n. 27. cap. du-
dum Ecclesia de elect.*

Oportet tamen quod fiat coram ju- 7
dice sedente pro tribunali in figura ju-
dicii, vel per notarium de commissione
ipsius iudicis, aliter enim accepta per
notarium absque mandato iudicis, non
erit judicialis, nec operabitur effectum,
ut docent *Marant. de ordin. iudic. 6. p.*
titul. de confess. numer. 30. Aviles dict.
*verbo, execucion, à num. 22. & 23. Mas-
card. dict. concl. 344. num. 7.* vel ut dicit
Parlador loco infra citando, coram iudi-
ce competente fiat, & ultra confessionem
factam in iudicio debet sequi pronun-
tiatio iudicis in præcipiendum confitenti,
quod solvat debitum confessum, ut ex
Hippol. rubric. ff. ad L. Cornel. de falsis,
docet *Aviles dict. glossa, execucion, n. 24.*
& ex tali præcepto non debetur decima,
ex *Bartol. in hoc secundo membro,* & ul-
tra eum docent *Soares dict. notabil. 3. n.*
1. ad finem, Cabed. dec. 16. num. 6. in 1. p.
Firmiant. de gabell. 4. part. 8. partis, n.
1. Marant. 6. part. titul. de sentent. n. 23.

8 Tertium membrum est quando con-
fessio fit præcedente libello, & liti con-
testatione, quia hæc requirit sententiam
condemnatoriam, ex *Bartol.* & sequun-
tur *Aviles dict. gloss. execucion, n. 27.*
Maranta dict. verbo, confessio, num. 30.
Soares dict. notabil. 3. num. 1. Mascard.
d. concl. 344. num. 5. Joann. Gutierr.
prætic. quæstion. lib. 1. quæst. 126. pro-
bat L. 2. titul. 13. part. 3. Parlador de re-
bus quotidian. lib. 2. cap. ultim. 1. part.
§. 4. numer. 4. Azeved. L. 5. à n. 31.
titul. 21. lib. 4. & in his terminis ex sen-
tentia emanata post litem contestatam
solvetur decima. Eadem resolutio pro-
cedit in sententia lata per iuramentum
datum ante litem contestatam, vel post,
ut de confessione diximus, ex *Bartol. d.*
L. 1. ff. de confession. Firman. ubi supr.
Aviles dict. gloss. execucion, numer. 36.

Aze-

Azeved. d. L. 5. n. 31. Girona de gabell. 10. part. numer. 10. Carot. de juram. quest. 20. principal. num. 4. & 8. Sed hæc de juramento non observant nostri iudices, imò ex sententia, quam contra jurantem ferunt, sive juret ante libellum, & litem contestatam, sive ferunt per viam condemnationis, decima exigitur, quod est contra communes traditiones, & quia inter simplicem confessionem, & juramentum non facit Deus distantiam. *Cap. juramenti 12. q. 5.*

9 Cæterum non fuit determinatum de nominando pignora in confessione, ut sit judicialis, & habeat effectum ut talis, vel quod amittat commodum confessionis, si in nominando pignora mendax fuit, nec tale requisitum invenitur de jure, nec servatur in Curia Portugallensi, satis enim est confiteri debitum in iudicio ante litem contestatam, etiamsi præcedat libellus. Nec obstabit si iudex ex officio libellum contestet, juxta terminos *L. 7. §. 2. titul. 1. part. 3. Extravagant. & Ordin. nova lib. 3. titul. 20. §. 5.* quia adhuc requiritur vera contestatio per partem, quæ inducitur per ejus responsionem ad libellum per aliquem ex modis, de quibus, per *Maranta de ordin. judic. 6. part. titul. de litis contestat. Ordin. lib. 3. titul. 51. in nov. Gam. dec. 147. num. 3. & ex doctrina Abb. cap. 1. de litis contestat. & cap. 1. n. 4. & 5. ut lite non contestat.*

10 Tertia interrogatio fuit, se confessando a divida, & depositando o dinheyro em juizo, & vier com embargos, pelos quaes naõ he provido, se deve dizima, & se se paga? Ad hac interrogationem responsum fuit: Como se defende, & vay condemnado, posto que confesse, deve dizima. Aliqua ex hac interrogatione, & responsione inferuntur: primum, præsupponit contra confessionem judicialem posse confitentem excipere, quod potest contingere variis modis, vel quia erat minor, & confessus est non dato curatore ad litem, *L. clarum, Codic. de auctoritate tutorum;* vel quia factus est in ea, & petit restitutionem. *L. certum,*

§. minores ff. de confess. Maranta conf. 97. Purpurat. conf. 507. num. 35. in 2. p. vel quia allegat errorem fuisse in confessione, ex Bartol. L. non fatetur, num. 5. ff. de confessis ubi Alber. Angel. Paulus & Cuman. Soares d. L. post rem judic. notabil. 2. num. 12. vel se solvisse, vel ei fuisse pactum de non petendo, nam si deficiat in probatione, fertur sententia condemnatoria ex adductis per d. glossam execution, numer. 23. vers. & quoque intellige, per L. 8. tit. 3. part. 3. & licet ab opinione Aviles recedat Gutierrez dict. quest. 126. practicarum quest. lib. 1. eo quod illa confessio possit executioni mandari, non obstante pendentia exceptionum per L. modernam Castellæ, de cuius commento ibi agit, tamen apud Lusitanos servatur opinio Aviles, quia si confitens excipiat contra confessionem, ante præceptum ab actis extractum, communicatur illi processus, & allegata exceptione suspenditur extractio, & executio præcepti, donec disceptatur de exceptionis meritis.

Imò, etsi præceptum sit extractum ab actis, & contra illius executionem opponat (quod potest facere intra sex dies computatos à die factæ executionis ex *Ordin. nova lib. 3. titul. 87. in princ.*) adhuc durat dubium interrogationis, & tenendum est, quod sive excipiat ante extractum præceptum, sive post extractum, quod confessio perdet illud privilegium de jure, & si excipiens succumbat in exceptionibus, debet condemnari, & ex tali sententia debebitur decima in Cancellaria, quia non potest se juvare commodo confessionis, quam impugnavit per exceptiones objectas, *regul. ex eo lib. 6. ubi concordantias congerunt Dynus, & Pechæus, Bartol. L. post legatum, ff. quibus, ut indignis, Anchar. conf. 16. Mieres de maioratu 1. part. quest. 68. numer. 8. Robert. de attentatis 2. p. cap. 4. ampliat. 3. numen. 5.* Item quia confessio debet esse simplex sine modo, & conditione.

Secundum præsupponitur in interrogatione, quod debebat deponere pecuniam

cuniam, ut audiretur contra confessionem per suas exceptiones; sed hoc habet locum quando exciperet contra præceptum, postquam extractum est ab actis sub nomine iudicis, non verò quando excipitur contra illud in actis ante extractionem, sic enim disponunt leges Regiæ in hoc Regno Lusitano, ex *L. Dominica §. 43. & Ordinat. nova lib. 3. tit. 86. §. 1.* atque ita cum confessus perdat commodum confessionis excipiendo contra eum, & succumbendo per ultimam sententiam, in qua condemnatur, merito responsum est eum debere decimam, quia se defendit, & non obstante defensione condemnatus extitit.

13 Quarta interrogatio habet, se das sentenças dos Almojarifes, Juizes das fizas, e Alfandegas, se deve dizima? Responsum est, que de todos os juizes nella nomeados, se deve dizima na Chancellaria, & est bene responsum, sic enim decisum est in *regul. 3. Cancellariæ*, de qua supra egimus *alleg. 77.*

14 In quinta interrogatione proponitur, se das sentenças dos officiaes, e recebedores dos senhores, que por provizaõ del-Rey conhecem, como seus Almojarifes, se deve dizima? Cui responsum est: Tanto monta Recebedor, como Almojarife, que tem poder de dar sentença por provizaõ de Sua Alteza, deve dizima, porque o regimento não reserva; sòmente os Juizes ordinarios, e de fóra, e orfaõs que a não pagaõ de suas sentenças.

15 De hujusmodi officialibus agit *Ord. lib. 2. titul. 26. §. 34. in antiq. & in nova lib. 6. titul. 45. §. 26.* Bene igitur responsum est de eorum sententiis latis circa illas causas, quibus constituti sunt à Rege, decimam deberi, ex *regul. 2. 3. & 5.* & sic regulariter prælati, capitula sedium cathedralium, & multa monasteria hujus Regni habent à Rege posse præsentare suos executores, ut accepto juramento in Cameris Conciliorum possint exigere eorum redditus, sicut exiguntur debita ad Regem pertinentia: si debitores, fidejussores, expromissores tem-

pore, quo fit scriptura de contractibus, sint certiotati de jurisdictione concessa per provisiones Regias talibus executoribus, & submittant se suæ jurisdictioni, & hoc fuit introductum ad evitandas censuras, & interdicta, quibus suos debitores impetebant.

Sexta interrogatio refert: E se nas sentenças de condenaçaõ, havendo de dizer, condeno, diz, mando, se se deve dizima, sendo dada em feito discutido, e tratado ordinariamente por artigos, provas, e conclusaõ? Huic interrogationi responsum est. Nos casos que elle declara, como a parte não confessada antes da lide contestada, deve dizima, posto que depois o confesse, antes da sentença dada. Bene responsum est: sed alia ratione confirmatur; quia sententia condemnatoria sufficit habere verbum, condemno, vel aliquod aliud æquipollens, *Bart. & alii, L. 3. Cod. de sentent. & interlocut. omnium judic. Joann. Garcia de nobilitate, gloss. 42. numer. 3. Barbosa L. viro ff. soluto matrim. num. 14. vers. & ideo*, ubi bona jura citat. Rursus, quia verba accipiuntur secundum materiam subjectam, *L. cum mansuata 81. §. fin. ff. de contrab. empt. L. si uno 17. ff. locat.* ideo si in processu ventilato iudex utatur verbo, mando, in sententia definitiva erit condemnatio vera, & debetur decima; & si utatur verbo, condemno, in confitentem ante libellum, & litem contestatam, operabitur effectum præcepti, & non debetur decima in Cancellaria.

Septima interrogatio continet: Se os dez reis das cartas citatorias são do Chanceller, se del-Rey? Responsum est, que das cartas citatorias, e de inquiriçaõ, e diligencias, e de outras de outra qualidade, não tem o Chanceller mais de dez reis: & bene responsum est, sic enim definitur in regulis Cancellariæ.

Oitava interrogatio continebat: E se demandando huma pessoa por fazenda, que traz de outra indevidamente, se elle se defende, e por sentença he condenado

nado que a entregue, se deve dizima? Responsum est: Por elle se vê claro dever dizima, pois ha condemnação, como nelle diz, & bene, quia vera est condemnatio, & si causa erat possessoria, debet decimam ad vintenam, si erat proprietatis, debent decimam integram, vel secundum in regulis est definitum.

ALLEGATIO XCIX.

In qua agitur, quod non debetur decima de condemnatione poenatum, quando pars sententiam non extraxit, nec eas à parte exegit; & quod non debetur de sententiis latis super factis, quæ non recipiunt æstimationem.

SUMMARIUM.

- 1 Non debetur decima ex condemnatione poenarum, nisi quando pars sententiam extraxit, & exegit à condemnato.
- 2 Apud Castellanos non debetur decima de executione poenæ.
- 3 Non debetur decima de sententiis interlocutoriis.
- 4 Sic non debetur decima de alimentis, que jubentur dari ad prosequendam litem; secus quando fuerit definitiva.
- 5 Declaratur Cabedus citatus.
- 6 Non solvitur decima de sententiis latis super factis inæstimabilibus, qualis emancipationis, quia patria potestas res est inæstimabilis.
- 7 Libertas dicitur res æstimabilis.
- 8 Sive provocetur de servitute ad libertatem, sive de libertate in servitutem. Ibid. Reputatur causa publica, causa libertatis, & est inæstimabile inter esse Reipublicæ.
- Idem est in causa hominis liberi, cui facta est cicatrix, vel deformitas.
- 10 Idem ubi agitur de re sacra, quæ non recipit æstimationem.
- 11 Idem ubi agitur de jure patronatus.
- 12 Datur conciliatio ad jura citata, & num. 13.

- 14 Lusitani tenentur sequi cõmunes opiniones, Acurt. & Bart.
- 15 An jus patronatus Ecclesiasticum sit inæstimabile.
- 16 Non debetur de iis, quæ non sunt æstimabilia, vel sunt inæstimabilia.
- 17 Agitur de Aresio Cabedi citato, & num. 13.
- 19 Mariti apud Lusitan. non possunt alienare immobilia sine uxoris consensu.
- 20 Non valet obligatio facti alieni, nisi poenam promittat.
- 21 Non valet obligatio ad poenam, vel interesse, ubi non valet obligatio princ.

Non debetur decima ex condemnatione poenarum, nisi quando pars victrix sententiam ab actis extraxit, vel eas exegit à condemnato, ut probat Ordin. antiqua lib. 2. titul. 31. §. 5. & in nova titul. 52. §. 2. ibi: E quando houverem de arrecadar as dizimas das sentenças em que os devedores forem condemnados no principal, e penas, farão execução pela dizima do principal, e não pela dizima das penas, salvo quando os credores tirarem sentenças contra os devedores do principal, e penas, ou quando acharem que os credores leváram as penas aos devedores.

Sic etiam apud Castellani. quando executio facta fuit pro poena fisco debita, cessat in ea specie decimæ exactio, ex L. 12. titul. 13. lib. 2. & ex L. 7. titul. 21. lib. 4. ubi infert, quod si pro decima executio petatur, decimam iterum non deberi, quia una res non debet duplici onere prægravari, L. 2. ff. ad L. Rhod. de jact. sicut nec ex usuris usuras alias petere jura volunt. L. eos, L. fin. Cod. usur. Afflict. dec. 191. num. 3. Vincentius de Franch. dec. 254. Rota Genue decis. 87. num. 9. Gaspar Roder. de redditibus lib. 1. cap. 12. n. 27. sic etiam decima duplex de eadem re, neque de acervo decimato peti non debet, gloss. cap. pastoralis 28. verba, deducendas ad fin. de decim. Gigas de pensionibus cap. 59. num. 3. & 4. Azeved. L. 2. n. 14. & L. 7. n. 1. tit. 15. lib. 5.

3 Rursus non debetur decima de sententiis interlocutoriis, ex doctrina *gloss. verbo, responsum in cap. dubium 54. de election.* quam sequuntur ibi *Anton. num. 57. & Abb. num. 25. Alex. ad Bart. L. non fatetur, ff. de confess. idem Alex. ad L. 5. num. 4. ff. de verb. oblig. Cabed. dec. 16. num. 8. in 1. part.* unde etiam inferitur, quod si lite pendente inter patrem; & filium, juxta *L. si iudex 10. ff. de iis, qui sunt, sui, vel alieni juris, L. si quis a liberis §. si vel parens, ff. de lib. agnosc. vel inter fratres super hæreditate, juxta terminos L. si instituta 27. §. de inoffic. testam. nepos ff. de inoffic. testam.* (de qua *Covarr. pract. cap. 6. num. 5. Afflict. dec. 10. & dec. 11. Molin. lib. 2. de primogen. cap. 16. à numer. 30. Alvar. Valasc. consult. 1. à numer. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. num. 4. Barbof. L. 1. ff. solut. matrimon. 1. part. num. 59.*) iudex decernat alimenta, & sumptus ad litem,

4 non erit de tali sententia solvenda decima, quia dicitur interlocutoria lata in eo incidenti, ex *gloss. verbo, jubebunt in d. §. si vel parens, licet dicetur definitiva, quando principaliter tractaretur de præstatione talium alimentorum, ex gloss. verbo, sententia, in d. L. si quis à liberis, §. si quis ex his, ubi ita tenet Bart. & in tract. de aliment. num. 47. & ita distinguunt, & declarant Jacob. Butr. & Alber. d. §. si quis ex his, num. 2. & sequitur Cordub. ibi num. 13. Surdus de aliment. q. 7. tit. 9. ubi numer. 5. posse talem sententiam revocari, tanquam interlocutoriam docet.*

5 Et ita intelligendus est *Cabed. dec. 66. numer. 3. vers. Quarto in 1. part.* dum sequendo *Bart. de aliment. numer. 47.* tenet sententiam latam super alimentis esse definitivam, quia debet intelligi secundum prædictam distinctionem, & idem est in aliis exemplis positus per *Alvar. Valasc. d. consult. 1. & per Menoch. dict. quæst. 35.* si tamen contingat sententiam interlocutoriam transire per Cancellariam, solvitur in ea decima de expensis, in quibus pars est condemnata.

Item nec solvitur de sententia lata in 6 factis inæstimabilibus, qualis est ubi agitur de emancipatione filii, quia patria potestas inæstimabilis res est. *L. filiusfamilias 117. §. secundum vulgarem, ubi notant Bart. Alber. Bald. & alii, ff. de legat. 1. Pinel. L. 1. Cod. de bonis matern. 1. part. num. 3. & 8. Barbof. L. si constante, in princ. num. 85. ad fin. ff. solut. matr. Petr. Tholos. syntagm. juris univers. lib. 11. cap. 8. numer. 1. idem in 7 causa libertatis, quæ dicitur res inæstimabilis, ex *L. libertas 107. ff. de regulis juris, ibi: Libertas inæstimabilis res est, & in L. non est singulis 137. §. ultim. ff. eodem tit. ibi: Infinita est æstimatio libertatis, & necessitudinis: L. procurator, §. ultim. ff. rem ratam haberi, text. in §. pen. vers. sed cum libertas institut. quibus ex causis manumittere non liceat, Chrisippus de actionibus, num. 9. 8 Morla in 1. part. sui emporii, titul. 2. n. 147. quod procedit, sive provocetur de servitute ad libertatem, sive de libertate in servitutem, ex *Cabed. decision. 1. part. Aresto 75. Nihil enim præstari servo gratius potest, quàm libertas. L. Paulus 39. ff. de fideicommiss. libert. in fin. ibi: Qui si servi sint, nihil, gratius præstari posse, quàm libertatem. Seneca epistol. 52. Tholos. qui alia incommoda servitutis narrat, lib. 11. syntag. cap. 1. à numer. 14. & reputatur causa publica, non privata, L. si quis rogatus 53. ff. de fideicommiss. libert. & inæstimabile est interesse Reipubl. gloss. L. 1. ff. solut. matrim. verbo, & Reipub. interest, vers. item nota interesse, cumulat hæc Decius in d. L. libertas inæstimabilis.***

Idem in causa hominis liberi, cui est 9 facta, seu injuncta cicatrix, vel deformitas, quia nulla earum fit æstimatio, quia liberum corpus nullam recipit æstimationem, ex *L. fin. ff. de iis qui dejecer. vel effuder. L. ex hac, ff. si quadrup. pauper. ibi: Cum liberum corpus æstimationem non recipiat: §. 1. institut. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur, L. 1. §. sed cum liber homo, ff. de his qui dejecer. vel effuder. gloss. d. L. 1. ff. solut. matr. dicto*

dicto verbo, & Reipublicæ, vers. item nota, Decius d. L. libertas, n. 2. Afflict. lib. 1. constit. rubr. 82. num. ultim. Plaça de delict. lib. 1. cap. 6. n. 33.

10 Idem ubi agitur de re sacra, quæ non recipit æstimationem, L. sacra 9. ad fin. ff. de rerum division. ibi: Res sacra non recipit æstimationem, cap. 2. cum gloss. 1. de reliq. & venerat. Sanctior. gloss. d. L. 1. §. sed. cum liber, verbo, æstimatio, ff. de iis, qui dejecer. gloss. d. L. libertas: idem est, ubi agitur de jure patronatus, quod
11 est inæstimabile, L. naturalis 5. §. ult. ad fin. ff. de præscript. verbis, ibi: An deducendum erit, quod libertum habeo? sed hoc non potest æstimari, & ibi notant Bart. & Bald. alias concordantias ponit glossa L. planè 97. §. ultim. verb. manumittere, ff. de legat. 1. & in L. nemo prædo 169. §. 1. ff. regul. juris, Barbof. L. 1. ff. solut. matrim. 1. part. à num. 21. & L. si constante à num. 85. ad finem, & seqq.

12 Obstat tamen L. idque 46. §. fin. ff. de action. empt. quia variè conciliantur, nam gloss. d. §. fin. L. naturalis, verbo, æstimari, dicit, quod ibi non debet æstimari, quod libertum habeo, cum manumissionem fecerim, non ut meæ, sed ut tuæ satisfacerem voluntati: potius ergo tibi debet imputari, qui me ad hoc faciendum induxisti, nec modo idem vis adimplere, & ibi emptor manumisit proprio arbitrio suæ voluntati satisfaciendo. Unde quod ex eo sibi provenit, secum compensare debet, secundum Azon. Atque ita quando quis manumisit ex voluntate aliena, est inæstimabile, & quando manumisit ex voluntate propria, est æstimabile, & sequuntur Bart. ad finem, Salic. col. ultim. vers. oppono contra finem, Paul. num. 3. dicitque magis communiter approbatum Padilha ibi n. 5.

13 Accurrit in L. sed. hoc nomine 26. verbo, ex vendito, ff. de evict. aliam solutionem ponit, quod in d. L. naturalis, §. ultim. non æstimatur hoc, quod manumissum habeo libertum in odium ejus, pro quo manumisi, quia si non vult pa-

rere contractui, ibi æstimatur, quia non habeo libertum eum, quem ex jure contractus habere debeo: & sequitur Fulgos. d. §. fin. L. naturalis ad finem post glossam, ibidem in secunda solutione inquires: jus patronatus æstimatur vel non, ut est damnum contumaci, aut doloso, aut ergo mea interest æstimari propter contumaciam tuam, & tunc æstimabitur, & hic est casus in contrariis, sed interdum damnum contumaci non est æstimabile, & tunc non æstimabitur, & ibi iudicio suo est dicendum in hoc articulo, glossa d. L. sed hoc nomine, & idem probat Fas. num. 1. dicens, quod est mera veritas, & non improbat Padilha num. 5. Præceptor tamen meus Barbosa dict. L. si constante, num. 86. ad finem, tenet indistinctè jus patronatus censerè inæstimabile, autoritate d. L. nemo prædo, §. ultim. & latè comprobat Fortun. in L. juris gentium §. 1. à num. 22. ff. de pactis.

14 Apud Lusitanos tamen, qui tene-
mur in consulendo, & judicando sequi
communes opiniones gloss. & Bart. ex
Ordin. lib. 2. titul. 5. §. 1. in antiq. & lib.
3. titul. 44. §. 1. in novis, cujus memine-
runt Jason. L. quidam cum filium, n. 32.
ff. de verborum oblig. & Gozad. cons. 39.
num. 15. indistinctè sequemur illas duas
concordias gloss. d. L. naturalis, §. ult.
& in d. L. sed. hoc nomine, & ideo jus pa-
tronatus erit æstimabile, vel non erit
æstimabile, secundum casus contingentiam
intra terminos prædictæ distinctionis.
15 Quid autem de jure patronatus Eccle-
siasticum, an sit æstimabile, vide Pau-
lum de Leaza ad cap. à nobis col. 6. de jure
patronatus, Abb. cap. querimoniam, eo-
dem titul. Paulus d. L. planè §. fin. ff. de
legat. 1. Rochus de jure patronatus,
verbo, ipse, vel is à quo, quæst. 21. Paul.
de Citadin. in eodem tractatu, 6. part.
art. 4. in fine 12. quæst. & 9. part. 9. 15.
remissivè, Jason. d. §. fin. L. naturalis ad
finem, Gama dec. 308. num. ultim post
Socin. & Jason num. 47. in L. cum filio,
ff. de legat. 1. quibus adde Rip. num. 15.
& Gama facit distinctionem an consi-
deretur per se, vel cum universitate jux-
ta

ta terminos *cap. ex literis, de jure patronat.*

16

In casibus agitur, in quibus agitur de iis, quæ non sunt æstimabilia, vel sunt inæstimabilia, non debetur decima condemnationis, ex doctrina *Bartol. in L. 4. §. prætor ait ad finem, ff. de damn. infect.* ubi formaliter inquit: *Ultimo nota ex hoc verbo quoties, quod edictum non habet locum, ubi verba ejus non possunt adaptari, nam quod dicit de denuntiatione, non habet locum, ubi non est cui denuntietur, & hoc dicebam pridie de facto: dicebam statutum hujus civitatis, quod de quolibet contractu, de quo fieret instrumentum, solvantur pro gabella sex denarii pro libra, quod istud statutum non habet locum in contractibus, qui fiunt super re inæstimabili, vel non continet aliquod interesse æstimabile per libram, ut ibi, & in L. ita autem, in princip. ff. de administration. tutor. Sequuntur *Imul. num. 11.* exemplificans in contractu super jure sepulchri, vel re sacra, *Cuman. n. 5. Alex. n. 25.**

17

Adde alium casus, de quo *Cabed. Aresto 84. in 2. part. decision.* ubi refert, quod in judicio patrimonii Regii Senatus Supplicationis 16. Januarii 1598. judicatum fuit in favorem Emmanuelis de Barros contra conductores Cancellariæ dos Contos, in appellatione delata à calculatore Civitatis Ulyssiponenfis, quod non solveret ille decimam de sententia, qua condemnatus fuerat per unum ex Correctoribus illius Civitatis præstare consensum uxoris suæ in quadam venditione bonorum immobilium, eo fundamento, quod non erat res æstimata in pecunia, sed de facto merè personali, & fecit in confirmationem, quod docet *Vincent. de Franchis dec. 308. n. 3. & 4.* ubi agit de promissine ratificationis uxoris, & quod in hoc casu non debetur gabella, quia est factum inæstimabile, ex *Bald. instit. de oblig. in fine. comment. & Jacob. L. cum quedam puella, §. quoties, ff. jurisdict. omn. jud.*

18

Sed non caret scrupulo hæc decisio *Franch. & Cabedi*; nam *Roman. d. L. 4.*

